www.e-rara.ch

Athanasii Magni Alexandrini episcopi, graviss. scriptoris et sanctiss. martyris, Opera in quatuor tomos distributa

Athanasius

Basileae, 1564

Universitätsbibliothek Bern

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-125995

[Tomus primus]

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Patz: N° 177. 99.

alte Sgnatw: K 32

ATHANASII MAGNI

ALEXANDRINI EPISCOPI, GRAVISS. SCRIPTORIS, ET SANCTISS. MARTYRIS, OPERA, IN QVATUOR Tomos distributa: quorum tres sunt à PETRO NANNIO Alcmariano, ad Græcorum exemplarium fidem iam primùm conuersi, exceptis paucis antehac imperfectis ab eo denuo plenius & Latinius redditis: QVARTVS, Latina multorum interpretatione ferè totus seorsim emissus, nunc in unum digestus & concinnatus.

ACCESSIT HIS, QVORVNDAM LOCORVM EX VETVSTO *exemplari Græco, fidelis correctio atq; completio.*

INDEX *sub finem additus.*

BIBLIOTHECA BERNENSIS



Cum Priuilegio Imp. in annos x. & Regis Galliarum in VI. annos.

BASILEAE, M. D. LXIIII.

Archius 11 B

B. Arch. B. 1507.
Inv: k/2 ij. ff: 4. bazon.

DE VITA ATHANASII.

D. HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORUM *illustrium.*

Athanasius Alexandrinæ urbis Episcopus, multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem fugit: unde reuersus cum literis, & rursum post mortem eius fugatus usq; ad Iouiani imperium latuit, à quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. Feruntur eius aduersus Gentes II. libri: & contra Valentem & Vrsacium I. & De Virginitate, & De persecutionibus Arianorum plurimi, & De Psalmorum titulis, & historia Antonij uitam continens: & ἑορταστικὰι epistolæ, & multa alia, quæ enumerare longum est.

PHOTIVS ARCHIEPISCOPVS CONSTANTINOPOLITANVS, *ad fratrem suum Tarasium, De sermonibus magni inter sanctos Athanasij, sic inquit.*

In sermonibus ubiq; locutione clarus est, & breuis, & simplex: Acutus tamen & altus, & argumentationibus omnino uehemens, & in his tanta ubertas, ut admirabilis sit. Logicis autem methodis nihil tenuiter, nihil iuueniliter, ut pueri & rudes, sed philosophicè, sed magnificè utitur. Scripturarum testimonijs, ac demonstrationibus ad uincendum communitus est. Et in primis sermo ille, qui De humanitate Verbi Dei habitus est, & quinq; in Arium librorum uolumina, quod est de omni hæresi trophæum, sed de Ariana potissimum. Et si quis Theologum Gregorium, & diuinum Basilium diceret, ex hoc libro tanquam fonte quodam haurientes orationis suæ pulchros illos ac perlucidos contra errorem fundere fluuios, non iret, ut arbitror, procul à ueri similitudine. Scripta sunt autem ab eo, & in Ecclesiasten commentaria, & in Cantica Canticorum, sic & in Psalterium, & alibi in multis. Gratia tamen & ornatu uerè excellunt sermones contra Apollinarium, & Epistolæ, quotquot suũ ipsius exilij excusationem continent.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. ANTONIO PERRENOTTO, EPISCOPO ATREBATENSI, CAROLI *Quinti Romani Imperatoris, ac Hispaniarum Regis, rerum ac status primo consiliario, & sigillorum custodi, Mecœnati suo humanissimo,* PETRVS NANNIVS *Alcmarianus, Collegij trilinguis apud Louan. Latinus professor,*

S. P. D.

TRANSTVLI tandem in linguam Latinam, optime Mecœnas, ATHANASIVM, & quicquid sub eius nomine ferebatur, opus me hercle magnũ & arduum, à plerisq; tentatum quidem, à nemine aũt hactenus perfectum. Inuitauit plerosq; ingens utilitas libri, sed deterruit omnes labor, ut omittam superioris memoriæ homines, & tantum recenseam eorum nõnullos, aut qui in nostro seculo, aut in proximo fuere. Delibarũt huius operis interpretationẽ Ioannes Reuchlinus, & Angelus Politianus, sed in uno libello perq; exiguo defatigati, à cæteris abstinuerunt: diutius pertulit sarcinam Erasmus, donec exemplaribus Græcis fuerit destitutus. Sigismundus Gelenius, socius mihi & partiarius in hoc labore futurus, cætera quæ susceperat uertẽda, in me reiecit. Dicendum igitur quid uiros eruditissimos & perq; industrios ab hac opera alienauerit, quid item me retinuerit, ut homo multo infirmissimus id sustinerem, quod fortissimi homines perferre noluerunt. Primum luctandum erat cum uetustissimis exemplaribus, in quibus insolitæ dictionum abbreuiationes, unica syllaba totam dictionẽ subinde denotante, sententiam mirè truncare uidebantur. Istis malis accedebat, quod exolescentibus antiquitate literis, nunc syllabæ, nunc integræ uoces deessent, adeo ut in caluitijs & glabretis fieri solet, nudæ tantũmodo areæ apparerent: mihi certe in literis compendijsq; abbreuiationũ cognoscendis integer propemodũ annus perijt, magnæ haud dubiè moræ in impeditiore lectione, sed propè par difficultas in ipso stylo. Habet enim ATHANASIVS suum peculiarem dicendi modũ, & uocabulis utitur illo tantũmodo seculo notis, quæ nec prior nec posterior ætas agnouit: qualia sunt, exempli causa genera magistratuũ, Catholicus, Curiosus & Castrensis: regionum, prouinciarumq; nomina prorsus inaudita, quale est Canalium in Italia, Siscia circa Germaniam, Oasis in Ægypto, quæ non minus horroris quàm obscuritatis scriptis inuehũt. Ferunt Vergilium, quum statuisset res Romanas carmine complecti, stridore & quasi barbarie propriorũ nominum deterritũ, ad Troiana bella ob dulcedinem uocabulorũ Græcorum sese conuertisse: nec alia mente mihi uidetur fuisse Politianus, homo delicijs & lauticijs figurarum & dictionũ propè nimiũ affluens: qui ubi animaduertisset se in libello Athanasij nihil suæ indolis retinere potuisse, à cæteris, ne stylum deformaret, manum subduxit. Iam si de argumentorum difficultatibus, in quibus uersatur Athanasius, dicendũ sit, quid æquè oneroſum putes, aut sublimius, subductiusq; ab hu-

manis ſenſibus. Pleraq; enim eius uiri ſcripta de Trinitate loquũtur, re humano ingenio prorſus inexplicabili. Neq; ille cum Paulo tantũ in tertium cœlũ, ſed in ipſum ſinum Patris euolare uidetur, ibiq; (quatenus fas eſt) Filium è Patre ſine tempore genitũ, ac proinde illi ætate æqualẽ, deitate eundem, perſona diuerſum, ita deſcribit, & cõtemplandum præbet, ut plus ab ingenio humano præſtari non poſsit, utq; illum putes in pectore Domini non dulci cõtemplatione cum Ioanne ſopitum, ſed uigilantiſſ. oculis Trinitatis myſteria enotare, & ſcientiã eius arcani, in terram & ad humanos ſenſus deportare, cõmodisq; uocabulis ad res latentiſſ. edendas uti, ſed quæ in Romanam linguam uix ulla ratione traduci queant, niſi gratia uocum, aut diluta, aut planè extincta, cuiuſmodi ſunt exempli cauſa, ὁμοσία, ὁμοιοσία, μετοσία, ὑπόστασις, βελτίωσις, ὑίωσις, λόγος, quod nunc animi cogitationẽ, nũc rationem, nunc Verbum ſignificat, & plerũq; ad omnes ſignificatus ſimul alluditur, ubi, ſi unica uoce id effers, mutilas ſenſum: ſi multis, extinguis argutiem rotunditatemq; ſyllogiſmi, eaſdem uoces in propoſitionib. aſſumptionibus, & concluſionibus exigentis. Id quoq; ad miſerias accedit, quòd uoces harum rerum quaſi rituales & religioſæ ſint, ut alterũ pro altero ſubſtituere non liceat, & uarietate tædium legenti mitigare, cum eadem res mil lies recurrat. Quid enim pro Subſtantia, Perſona, Trinitate, Patre, Filio, & Spiritu ſancto ſubijcias, niſi cum quibuſdam ἀκυρολογέσιν, euchariſtiam, ſacrum libum: fidem, perſuaſionem: Angelos Dei, genios Iouæ appellare uelis? Fieri igitur nequit, ut ταυτολογίαν uites, rem tractanti legentiq; inamœniſsimam. Quòd ſi Athanaſius, ut Chryſoſtomus, ſua rhetoricis ornatibus imbuiſſet, aut propemodũ dictionibus poeticis & dithyrambicis, ut Nazianſenus, efflоruiſſet, aut, ut Baſilius, multa Philoſophica intexuiſſet, dulciora omnia & ſucculentiora feciſſet: nunc à pleriſq; illis artibus non minus diligenter, quàm ab hæreticis opinionibus abhorret, ſummus quidem theologus, & omnibus numeris abſolutus, ſed alias artes uel non ſpirat, uel tenuiſsimè ſpirat, & ut opinione, ita dictione Chriſtianus. Credo quòd myſteria regni cœlorum non furtis Ægyptijs, & gentilibus fucis, & comptelis exoticis ornare uoluerit, ſed tantũmodo Euangelicis uerbis enunciare, ſiue ut uerius dicã, εὐαγγελίζειν. Iam in ſcelerato Ario maior eſt difficultas, cuius cum ſubinde ænigmata referat Athanaſius, & uafriciem hominis oſtendat, qui ſua inuolucris tegit, multaq; dubijs uocabulis in ancipitem ſenſum effert, ut deprehenſus in ſcelere, aliqua rima elabatur (mauult enim metu pœnæ ſua ſentiri quàm exprimi) dici non poteſt quantum ea res interpretem uexet, dubijs dubia, obſcura obſcuris, griphos griphis reddere conantem. Quale eſt, ut unum uel alterum exemplũ ſubijciam, Erat, quando non erat, quibus uerbis intelligit fuiſſe tempus, quum nondum exiſteret Filius: Patrem uoluntate genuiſſe Filium, quo conceſſo, concludit Patrem ætate prio rem fuiſſe, ut qui prius uoluerit, quàm genuerit, Filium ex non ente ad eſſentiam peruenisſe, quum innuit eum non ex Patris ſubſtantia, ſed è nihilo creatũ fuiſſe. Videmur iam ſummas difficultates interpretationis attuliſſe. Reſtãt adhuc maiores & prorſus inextricabiles. Vt enim fertiliſsimis agris multa zizania unà cum optimis frugibus naſcũtur, ita optimo cuiq; autori

plurimi

plurimi falsi & nothi libri adscribuntur: nulli autē plures q̄ Athanasio. Illi porro, quia similiæ sunt Athanasij, eadē argumenta de Trinitate tractare conantur, sed nulla cum mente, ingenio aut eruditione: ijdemq̄ res implicatissimas mira infelicitate magis ac magis implicant, ut non in labyrintho, ubi saltem filo exitus inueniri poterat, sed in nodo Gordio te hærere putes adeo illic nec caput nec cauda apparet, arbitreriscq̄ te in antiquo, quasi chao uolutari. In hos libros adulterinos quum incidisset Desiderius Erasmus, & nihil melioris uenæ expectaret, semel depositio onere fessus, nauseabundusq̄, exclamauit, ἄλις ὀρύσσων: nolens amplius glandes gustare. Dixi quæ causæ alios ab translatione depulerint, nunc dicendum, quid me in tam graui & diuturno labore detinuerit. Primum utilitas libri summa: ubi non lusus est eloquentiæ, nec theatrica actio, nec absente hoste inanis gladiorum uentilatio, sed pede collato uera & cruentissima pugna cum CHRISTI perduellibus, qui ex professo se χρισομάχους appellarant, & in societate belli, Iudæos sibi adiunxerant: ducibus usi non modo ingeniosis & eruditis hominibus, sed & maximis Imperatoribus, Constantio, Iuliano, Valente. Contra quos inuictis armis depugnauit ATHANASIVS, & furorem Antichristi latè uagantem repressit. Quis enim uerior Antichristus, quàm Ariana hæresis, quæ totum Orientem populata est, & Turcarum superstitionē, quasi uiperinam sobolem ex se genuit, & Græciam non minus ad imperij sui, q̄ ad religionis perniciem, ab Occidentaliū cōmunione alienauit? Vtinā multi semper fuissent Athanasij, aut etiamnum essent. Ex magna enim parte eadem tempora temporumq̄ casus hac nostra ætate redierunt, atq̄ utinā nō in totum redeant. Sunt Memnoniani, sunt Dauidici, sunt Suuenckfeldij, non minus sceleratæ opinionis quàm Ariani, & ducunt suos greges, & seducūt q̄ plurimos. Volui & Latinis auribus reddere Athanasium, ut qui hactenus Græcis uixit, Latinis etiam uiueret, doceretq̄ nostram ætatem, quibus artibus quidam contra ueram religionem nitantur, & quàm uarijs antisynodis, ueras Synodos oppugnent, & quàm principes fluxa fide, nunc has, nunc illas partes foueant, & quibus remedijs in tantis malis utendū sit. Nam quæ truncatim scribuntur ab Ecclesiasticæ historiæ scriptoribus, Eusebio, Nicephoro, Theodoreto, Sozomeno, cæterisq̄ alijs, ea istic integra reperiūtur, & certiore, ut arbitror, fide descripta, certe plenius & distinctius exposita sunt. Vtilitas ergo horum librorum me instigauit, ut onus interpretandi susciperem, nec libenter deponerem. Accessit deinde pudor, qui ægrum fessumq̄ in suscepto negocio detineret, & pacta, quibus Frobenianis meam fidem adstrinxeram, præsertim arris non minimis ad maiorē obligationem datis. Nec leuis interim causa fuit in incepto permanendi, ut aliquod æternum monumentum meæ erga te gratitudinis relinquerem. Sic enim mecum cogitabam: grauis est labor, & quem omnes hactenus defugerunt, sed ea desudatur Atrebatensi præsuli, à quo omnes tuas fortunas adeptus es, magnas satis & bene luculentas, & qui præterea de arca sua honestam pensionem tibi annuè dinumerat: decurrit tua ætas ad finem, iam agendum est, aut nunq̄ agendum, ut mundus agnoscat, quantum optimo omnium mortalium ingeniorum, artium, literarum uero patrono debeas.

ATHANASIVS is ſolus eſt, qui id orbi in æternum teſtatum facere poſsit: is liber ex ſtudijs tuis uel ſolus, uel certiſsimè ſupererit, dedica eas lucubratio nes uiro optimè de te & omnibus ingenijs merito: qui in maximis fortu nis humaniſsimus eſt, in ſummo faſtigio ſine faſtu, in admirabili authoritate non imperioſiſsimus, ſed indulgentiſsimus, cui nihil magis eſt in uotis, quã omnium ordinum gratiam uel tenere, uel mereri: atq; ita tempera tuam de dicationem, ut nullas laudes, tametſi ueriſsimas ei aſſcribas, unde uiro gratia rum & beneuolentiæ ſtudioſiſsimo, aliqua inuidia, quam ubiq; uitat, ſubo riri poſsit. Simulq; adiunge quæ ad rationem librorum pertineant, ne ſe quenti ætate, quod ſæpe factum uidemus, ſine præfatione libri, quum de nuo imprimentur, in lucem prodeant, niſi ſimul cauſam librorũ ſuorum Ty pographi lædere uelint. Verti igitur omnia, quædam etiã ab alijs antè con uerſa: eaq; in tres claſſes diuiſi. Prima claſsis habet eius orationes cum epiſtolis eiuſdem argumenti. Secunda res Synodales cum uarijs epiſto lis eodem ſpectantibus. In tertiam relegaui omnes ſuppoſititios libros, quos Athanaſij nõ puto. In hoc genere alij alijs eruditiores ſunt, alij alijs ne quiores, quos duplici de cauſa uerti, primum, quòd ſemper aliquid Athana ſij ſapiant, & quædã ibi inuenias, quæ unà cum ueris Athanaſij ſcriptis pe rierunt: deinde ueritus ſum, ne ſi eos omiſiſſem, dicerer à quibuſdam ſcio lis carbones pro gemmis amplectentibus, ſummos theſauros reliquiſſe: aſ ſcripſiſſem ſingulis adulterinis uoluminibus noſtram cenſuram, ſed nolui litem meam facere: ſatis mihi fuit, eos à loco meliorum reuellere, ut ſi quis contrà ſentiat, facile eos in aliã claſſem deportare poſsit. In ueris Athanaſij ſcriptis, ſumma fide & religione uerſatus ſum, adeo, ut ubi dignitas, uis, gra tia ſententiæ retineri poterat, uerba uerbis fere eodem ordine ſeruato red diderim: commata certe commatis, cola colis, periodi periodis reſpondent, in falſis libris curam illam relaxaui. Quid enim opus fuit, alienã balbutiem uitiaq; orationis imitariſsimo res uiles grandiori ſtylo extuli, ne penitus eui leſcerent, & gratiam uerbis, quæ in rebus non erat, adiunxi. Vſus autẽ ſum tribus exemplaribus, quorum primum cœnobij Prædicatorum Baſilien ſium fuit, adeo uetuſtum, ut literæ multis in locis exoleſcerent, quo plu rimum uſus eſt Ioannes Reuchlinus: ſecundum fuit Iuſtini Gobleri, iuris pe ritia & eruditione linguarum & quibuſdam Demoſthenicis uerſis clariſsi mi nominis, id quoq; nullis mendis uitiatum, ſed notulis formiſq; abbreuia tionum nuſquã alibi uiſis, ita difficile, ut potius ex ſententijs uerba, quàm ex uerbis ſententias diuinarim. Tertiũ Ioannis Chriſtophorſoni, Angli eru ditiſsimi & integerrimi uiri, grauiorũ autorũ translatione inſignis, id ſimul & emendatum, & lectu facile, & uerbis ad plenum deſcriptis non ita inter pretem remorabatur. Hi tres clariſsimi uiri, ad multos annos mihi ſua exem plaria patientiſsimè cõmodauerũt, quorum benignitatẽ ſilentio mihi præ termittendam non putaui. Extant & alia uulgò Athanaſij noſtri nomen præ ſe ferentia, à diuerſis interpretibus in Latinũ traducta, quæ Frobenius & Epiſcopius Chalcographi humaniſsimi undecunq; conquiſita, in quar tum Tomum cõgeſſerunt, ne quid Athanaſio adſcriptũ, huic operi deeſſe uideretur. Labores igitur noſtros tibi debitos, & in nullum alium uſum, quàm

quàm ut gratitudo in te mea appareret, dedicatos, eo uultu, quo omnia doctorum scripta soles, dignaberis aspicere. Bene uale. Louanij, decimo tertio Calendas Septembreis, Anno 1555.

SYMBOLVM S. ATHANASII, DE FIDE CATHOLICA, VVLGO IN ECCLESIA RE-ceptum, incerto interprete.

Quicunq; uult saluus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholicam fidem: quam nisi quisq; integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in æternum peribit. Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate ueneremur: neq; confundentes personas, neq; substantiam separantes. Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: sed Patris & Filij & Spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, & coæterna maiestas: qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus: immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus: æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus: & tamen non tres æterni, sed unus æternus: sicut non tres increati, nec tres immẽsi, sed unus increatus, & unus immensus. Similiter omnipotẽs Pater, omnipotens Filius, omnipotẽs Spiritus sanctus, & tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens: ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres dij, sed unus est Deus: ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus, & tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. Quia sicut singillatim unamquamq; personam Deum aut Dominum cõfiteri Christiana ueritate compellimur: ita tres deos aut dominos dicere, Catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus: Filius à Patre solo est, nõ factus, nec creatus, sed genitus: Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus est, sed procedẽs. Vnus ergo Pater, non tres patres, unus Filius, non tres filij, unus Spiritus sanctus, non tres spiritus. Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personę coæternæ sibi sunt, & coæquales. Ita ut per omnia sicut iam supra dictũ est, & unitas in Trinitate, & Trinitas in unitate uenerãda sit. Qui uult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat. Sed necessariũ est ad æternam salutem, ut incarnationẽ quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, ut credamus & cõfiteamur quia Dñs noster Iesus Christus Dei Filius, Deus & homo est. Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, homo ex substantia matris in seculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistẽs. Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Vnus aũt non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ. Nã sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Adscendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in uitam æternam, qui uero mala, in ignem æternum. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter, firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

descendit ad inferos

IN HOC

IN HOC OPERE CONTENTA.

D. ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE OPERA, A PETRO NANNIO ALCMARIANO,

Buslidiani, apud Louanien. Collegij, Latino professore, in Latinam linguam translata, inq; tres Tomos diuisa.

In PRIMO habentur.

Athanasij contra idola oratio fol. 1
De Incarnatione uerbi Dei, eiusq; corporali ad nos aduentu fol. 35
Ad Epictetum Episcopum Corinthiorũ epistola, contra hæreticos 73
Expositio Fidei 80
Liberij Romani Episcopi epistola ad Athanasium 82
Athanasij responsio ibid.
Ad Antiochenses epistola ibid.
De æterna substantia filij & Spiritus sancti cum Deo, contra gregales Sabellij oratio 88
Oratio, qua docet unũ esse Christum 97
Ad Adelphium fratrẽ & confessorẽ contra Arianos oratio 101
Contra Arianos orationes quinq; 105
In hoc dictum: Omnia mihi tradita sunt à Patre 289
Compendium è superioribus descriptum contra eos qui dicunt Spiritũ sanctum creaturam esse 297

IN SECVNDO.

Athanasij ad Imp. Cõstantiũ apolog. 303
Apologia de fuga sua 321
Epistola ad ubiq; Orthodoxos, cum per Arianos persecutio fieret 333
De sententia Dionysij Episcopi Alexandrini aduersus Arianos 339
Quod Nicena Synodus animaduersa Eusebij calliditate, congruis & pijs uerbis decreta sua super Ariana hæresi exposuerit 353
Contra Arianos apologia secunda 377
Ad Serapionem fratrem epistola 433
Ad omnes ubiq; solitariã uitam colentes, & in fide fundatos 435
Ad Iouinianum de fide epistola 512
De Synodis Arimini & Seleuciæ celebratis epistola 474 (515
Ad Dracontiũ Episcopatũ fugientẽ epist. 519
Ad Episcopos in Aphrica epistola 519

IN TERTIO.

De Incarnatione Verbi 527
De natura humana suscepta 529
De Incarnatione Christi 541
De salutari aduentu Christi contra Apollinarium 554
Contra omnes hæreses sermo 569
Ad Maximum Philosophum oratio 571
In illud: Profecti in Pagum qui ex aduerso est, inuenietis pullum, &c. 573
In passionem Saluatoris 579
Ad Marcellinum, de interpretatione Psalmorum 580
De Virginitate, siue De meditatione 596
Testimonia ex sacra scriptura, de naturali cõmunione similis essentiæ inter Patrẽ, & Filium, & Spiritum sanctum 607
Ad oẽs ubiq; per Ægyptũ, & Syriam, & Phœniciã, & Arabiã fratres, epist. 627
Refutatio contra hypocrisim Meletij 628
De sanctiss. deipara uirgine Maria 630
In passionem & crucem Domini 640
Ad Serap. Episc. Tmuseos epistola 664
In illud: Quicunq; dixerit uerbum contra Filium hominis, remittetur ei 687
Disputatio in Niceno conc. cõtra Arium Homilia de semente 718 (695
Declaratio Leuitici de diuersa eiusdẽ rei nomenclatura 729

Hactenus Nannius.

QVARTVS ab alijs cõuersa continet:

Athanasij De uarijs quæstionib. sacræ scripturæ ad Anthiochum libellus fol. 3
Tractatus de definitionibus 28
Disputatio contra Ariũ Laodiceę habita
Ad monachos exhortatio 53 (34
De passione imaginis domini nostri Iesu Christi, libellus 57
Ad Marcum Papam epistola 61
Marci rescriptum 62
Ad Serapion. de S. Spir. epistolæ duę 64
De unita deitate Trinitatis lib. VII. 70
Synopsis totius S. Scripturæ Noui ac Veteris instrumẽti, Vu. Musculo interprete, nunc primum à nobis edita 95

Index in calce additus.

FINIS.

ATHANASII EPISCOPI
ALEXANDRINI CONTRA IDOLA
ORATIO: PETRO NANNIO COLLEGII BVSLIDIANI
apud Louanium Latino professore, interprete.

PIAE QVIDEM religionis & ueritatis de uniuerso Ratio cognitioq́, non tam indiget humana institutione, quàm ipsa se suis notis indicijsq́ prodit: quũ prope quotidie ipsis id operibus clamitet, & per Christi doctrinam Sole clarius sese demonstret: tibi tamen Macari de ea audiendi cupido (age) pauca de fide Christi pro uiribus nostris in mediũ adducamus. Nam quãuis tu hæc ipsa queas ex sacris scripturis colligere, alios tamen benignè audis. Sufficiunt quidem per se tum sacræ & diuinitùs inspiratæ scripturæ ad ueritatis indicationem, tum plurimi de eadem re libri à sanctissimis magistris conscripti, quos si quis euoluat, intelliget aliquo modo scripturarum mentem, & fortasse eam quam cupit, cognitionẽ adipiscetur. Cæterùm quia eas lucubrationes ad manum non habemus, necessum est, ut quæ ab illis didicerimus, tibi scripto proferamus: loquor aũt de nostra in Saluatorem fide, ne quis uilem disciplinam nostri dogmatis existimet, aut fidẽ in Christum nullis rationibus innixam suspicetur: qualia per calumniam Ethnici obijciunt, nobis insultantes & rictu latè diducto cachinnantes: ob quod meritò eorum uicem doleas, quod quum cruci obtrectant, & pro conuicio obijciunt, non animaduertant eius uim efficaciamq́ orbem terrarum repleuisse, & per eam, opera unde Deũ agnoscas, ædita fuisse. Neq́ enim, si ad cognoscendam eius diuinitatem ritè mentem applicuissent, rem tantam risui haberent, sed potiùs Saluatorem uniuersitatis crucemq́ eius, non noxam, sed remedium creaturarum fuisse, agnoscerent. Si enim post crucis aduentum omnis simulachrorũ cultus summotus est, omniaq́ dæmonũ præstigia hoc signo propelluntur, solusq́ Christus in ueneratione est, & per eum pater eius cognoscitur, & obtrectatores pudefiũt, & obloquentiũ mentibus quotidie latenter suũ dogma insinuat: qui fit (meritò enim quis eos ita alloqueretur) ut humanum negociũ id opinentur, ac non potiùs agnoscant & Dei uerbum, & mundi Seruatorem esse eum, qui in crucem adscẽdit? Istis mihi simile quiddam euenire uidetur, ac si quis solem nubibus obtectum calumnietur: lucem tamẽ eius interim admirationi habeat, conspicatus uidelicet uniuersum indè mundum illuminari. Vt enim pulchrum est lumen, & pulchrior lumine, luminis ipse autor, sol: ita quum res diuina sit, uniuersum orbem eius noticia adimpleri, necessum est suppeditatorem, autoremq́ tãtæ uirtutis operisq́ Deum esse, & Dei uerbum. Dicemus igitur quatenus dabitur, primo loco refutantes infidelium insciitiam, ut depulsis mendacijs, ueritas postea ipsa per se resplendeat. Quin & tu quoq́ mi homo, certus sis fidentiq́ animo, quòd si ueritati credideris, & Christũ cognoueris, nunq́

fore ut te deceptum putes. Congruũ autem censeo, tecum, qui Christi studiosus es, de Christo disputare, quoniam omnibus rebus pretiosiorem hãc cognitionem fidemq; te existimare non dubito. Principio quidem malitia non fuit, quoniã ne nunc quidem in sanctis est, neq; aduersus eos quicq; solidi aut substantiæ habet, sed mortales eam postmodum excogitare cœperunt, & aduersus seipsos effigurarunt, eadem scilicet ratione, qua & idolorum cõmenta effinxerunt, & ea quę nihil erant tanq;, quæ essent animo cõceperunt. Mundi enim opifex & omnium Imperator Deus, qui omnẽ substantiam humanamq; intelligentiã longe superat, utpote bonus, & omnes bonitate præcellens, per suum uerbum, Saluatorem nostrum Iesum Christum, humanum genus ad suam ipsius imaginẽ effinxit, hominemq; rerum contemplatorem peritumq; cõmunicatione suæ cum illo similitudinis effecit, tribuens ei suę æternitatis intellectum, & cognitionẽ, ut dum hanc similitudinẽ naturæ tueretur, nunquam neq; à cognitione imaginatiõeq; Dei absisteret, neq; à conuictu Sanctorum desiliret, sed possidens donatoris sui gratiam, possidẽs quoq; propriam ex Patris ratione uim, exultaret pariter, & Deo familiaris esset, uiuens innoxiam beatamq;, hoc est, immortalem uitam. Nullo enim impedimẽto implicitus, quod dei cognitionem remorari posset, spectat quidem semper sua puritate, patris imaginẽ Deum uerbum, ad cuius exẽplar ipse creatus est, & obstupescit animo ad eius in rebus creatis prouidentiam, & celsior iam inde super omnia sensibilia, imaginationésque corporeas redditus, ad ea quę in cœlo sunt diuina & intelligibilia, perspicacitate, ac uiribus animi euehitur, illisq; coaptatur. Quum enim corporalibus cõmercijs non immiscetur mens humana, neq; ullam ex rebus extraneis admixtam trahit cupiditatem, sed sibi tota adest, ut à principio condita fuit: tunc sensibilia & omnia humana transcendẽs, in sublime euolat: & uerbum intuens, uidet quoq; in eo ipso & uerbi patrem, delectaturq; istiusmodi spectaculo, & eius desiderio reiuuenescit. Vt igitur primũ hominẽ (qui etiam secundum Hebręã linguam Adam, id est, homo appellatus est) aiunt sacræ scripturæ principio liberioris inuerecũdioris q; fiducię mentem erga Deum habuisse, & cum Sanctis conuersatum esse in contemplatione intelligibilium, quam habuit in eo loco, quem Moises figuratè paradisum nominauit: sufficit enim animæ puritas, ut Deum per se speculetur, quemadmodum & Dominus dixit: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Ita quidem opifex rerum (ut dictum est) genus humanũ conditum, in eo statu permanere uoluit, sed ipsi neglectu meliorũ, tędioq; ea per uim ingenij persequẽdi illa quæ ipsis propinquiora erãt, requisiuere, propinquiora autem erãt corpora ipsorũ corporeiq; sensus. Vnde ab intelligibilibus animũ seuocarunt, seipsosq; animo circumspicere incœptauerunt, circumspectis porrò consideratisq; seipsis, corpus corporeosq; sensus amplexi, ac quasi suis proprijsq; decepti, in sui cupidinem corruerunt, sui cõtemplationem diuinitatis cõtemplationi anteponentes. Hic igitur diutius cõmorati, neq; à propinquioribus rebus deflexi, animã quidem suam corporalibus uoluptatibus, turbidam iam & permixtam omni concupiscentia obruerũt. Tandem factum est, ut prorsus sint obliti suarũ uiriũ, quas ab initio à Deo

accepe-

acceperam. Id autem uerum esse, uel in primo homine conspicias, quemadmodũ sacrę scripturæ de eo testantur. Ille enim cũ diu mentẽ habuit ad Deum, deiq; cõtemplationem intentam, auersus alienusq; fuit à corporeis spectaculis: ubi autem suasu serpentis abstitit à cogitando intelligẽdoq; Deo, seipsum autem considerare occœpit: statim in concupiscentias corporeas uterq; delapsus est, seq; nudos esse cognouerunt, quo cognito, erubuerũt. Cognouerunt autem se nudos, non tantopere quòd amiculis uestium carerent, cũ quod exuti essent diuinarum rerum cõtemplatione, ac iam deinde animum suum ad contraria transtulerunt. Vbi enim defecerant à desiderio intelligentiaq; unius & ueri numinis, in uarias deinde corporis alias atq; alias cupiditates præcipites ierunt. Postremò (ut fieri solet) frequenti usurpatione uetitarũ cupidinum, in habitum tandem occalluerunt, adeò ut iam ab eo tempore eas relinquere reformidarint: hinc iam ignauiæ & timores ac uoluptates emersere, nihilq; nisi mortale sapere in animis coalitum est. Nolens si quidem à cõcupiscentijs absistere, mortem exhorret, & segregationem à corpore. Rursum desiderijs laborãs earum rerum, quibus prò uoto potiri nequit: cædes iniuriasq; facere studio habet. Cæterùm quánam ratione ista agat, operæ precium est ut pro uiribus exponam. Vbi defecit à rerum intelligibilium consideratione mens, uiribus corporis sui abutens, gaudensq; rerum corporalium spectaculo, & per errorem existimans uoluptatem sibi bonam esse, ipso uocabulo boni abutitur, & uoluptatem, ipsum uerum bonum censet, non aliter quàm si quis mente attonitus, gladium postulet in obuiũ quemq;, id sibi persuadens sapientis esse. Amore deinde uoluptatis irretita, uarijs modis eam exercere instituit. Nam quum mobilis agilisq; naturæ sit, etsi sese à bono auerterit, à motu tamen non conquiescit: mouetur igitur, sed iam non secundum ueritatem neq; Deũ spectat, sed res nihili, easq; ueras ac solidas arbitrata essentias, uires suas occupat, ijsq; ad eas, quas commenta est uoluptates, abutitur, ideo quòd libera sit & sui arbitrij. Potest enim ut ad bona se inclinare, ita bona quoq; auersari. Cęterùm ubi bonũ auersata est, omnia contraria imaginatur & cogitat, quippe quæ à motu conquiescere nequeat, quum natura (ut dixi) perquàm mobilis sit. Quę cùm liberũ sui ius arbitriumq; intuetur: & sentit se in utramq; partem corporeis membris uti posse, tum ad ea quæ sunt, tum ad ea quæ non sunt. Ea autem quæ sunt appello bona: quæ non sunt, mala. Quæ sunt, ideo à me uocantur bona, quoniam à Deo, qui est essentia ipsa, exemplar trahunt: quę non sunt, mala nũcupamus, eo quòd, quũ nulla essentia subsistant, hominũ cõmentis efficta sint. Quũ enim corpus oculos habeat, rerum naturæ contemplationi destinatos, ut ex eius concinna modulataq; cõpositione opificem agnosceret: quumq; itẽ auditũ habeat auscultandis diuinis scripturis, & Dei legibus idoneum, manus quoq; illi aptæ sint tum ad necessarios usus, tum ad eas in precibus ad Deum porrigẽdas, fieri non potest, quin ubi anima degenerat desciscitq; à bonorum contemplatione, motuq; in ijs rebus exercendo, aberret deuia, ad res contrarias. Deinde uires suas (ut dixi) ipsa considerans, ijsq; abutens, animaduertit, sese ad res contrarias membra corporis sui dirigere posse. Atq; ideo pro contemplatione rerũ naturæ, ad

concupiſcentias oculos auertit, ſpecimen de ſe præbẽs, oſtentãsq; ſe & hoc quoq; poſſe, Perſuaſa interim dũ modo ſe moueat, ſuã ſe ipſius dignitatem tueri & nequaq; errare, ſi q̃d poteſt, agat, inſcia q̃ non ſimpliciter cõdita ſit ad mouendũ, ſed ut ſe ad id q̃d decet, moueat. Huius gratia Apoſtolus ſua uoce admonet: Omnia licere, ſed nõ omnia expedire. Audacia tñ hominũ non ad id quod expediẽs, aut decorũ eſt, ſed ad id q̃d ipſis poſsibile eſt, reſpiciẽs, cõtraria molitur. Vnde & manus in diuerſum mouẽs, cędes perpetrat, & auditũ ad abauditionem, aliaq; membra, pro legitima liberorũ procreatione, ad adulteriũ: Linguã item pro benedicẽtia ad blaſphemias, cõuicia, & peierationes traducit. Rurſus manus ad furta & uerberationes hominũ ſibi ſpecie ſimiliũ, & olfactũ ad multiplicia genera meretriciorũ odorũ: pedes uerò ad celerẽ impetũ effundẽdi ſanguinis, uentrẽ quoq; ad ebrietatem, & ſacietatẽ inexplebilem trãsfert. Quæ omnia uitia, & crimina animæ ſunt, cauſaq; horum nõ aliunde, q̃ rerum meliorũ auerſatione. Vt enim ſi auriga inſcenſis in ſtadio equis negligẽs ſcopi, ad quẽ curſus dirigẽdus ſit, auertensq; ſe ab eo, dũtaxat equos ad curſurã impellat, ut poteſt: poteſt aũt ut uult, ac ſubinde illas in obuios agat, ſubinde q̃q; per præcipitia inſtiget, uectatus quò eum pernicitas equorũ abripuerit, interim ſibi perſuadẽs quũ ita auriget, ſeſe à ſcopo nõ excidere, utpote qui ad ſolum curſum oculos intentos habeat, nec ſe uideat extra ſcopũ palabũdũ uerſari: ita q̃q; anima, q̃ ſe auertit ab orbita dei, & prẽter decorũ incitat mẽbra corporis ſui, uel potius ipſa ex ſe incitata, unà cum mẽbris perperam agit, ſibiq; malum fingit, nihil interim animaduertẽs ſeſe à uia deerrare, & extra ueritatis ſcopũ ferri. Quẽ ſcopum Chriſtigerulus Paulus in oculis habens ita locutus eſt: Secundum ſcopum perſequor præmium ſupernæ uocationis Ieſu Chriſti. Reſpectans igitur quod bonũ eſt Paulus, nunq; quod malũ erat operatus eſt. Ethnicorũ quidã errabundi itineris, & Chriſti ignari, ſubſtantiã eſſe, et per ſe in rerũ natura conſiſtere malitiam pronunciarunt, duplici ratione à uero deũ, uel quia mundi opificẽ defraudãt creatione rerum omniũ, quæ in natura ſunt: Non enim rerum Dñs haberi poſſet, ſi pro illorum dogmate, malitia res ſolida eſſet, & uera eſſentia ſubſiſteret: Vel ſi illum omnium cõditorem uolunt, neceſſariò quoq; dabunt, etiã mali conditorẽ eſſe, quippe cum ſecundum illos, etiã malum inter res creatas adnumeretur. Id autẽ abſurdũ ſimul & impoſsibile fuerit. Nõ enim ex malo bonũ, neq; in eo eſt, neq; per eum: alioqui pro bono haberi non poſsit, cùm aut miſcellaneã contaminatamq; naturã haberet, aut cauſa authorq; malorũ exiſteret. Hæretici uerò decidui ex maiorum traditione, naufragiq; in fide, & ipſi quoq; per delirium uerã eſſentiam malitiæ attribuũt, Cõmenti præter uerum Chriſti Patrem alium eſſe Deum, eumq; ingenitum, mali conditorẽ, choragumq;, illumq; ipſum naturę opificẽ eſſe. Hos quidẽ aliquis facile refutarit, tum ex ſcripturis, tum cogitatu humanæ mentis, qua iſta per inſaniam commenti ſunt. Dominus igitur & Saluator noſter Ieſus Chriſtus in ſuis Euãgelijs ait, Moiſis uerba corroborãs, Dominum ac Deum unum eſſe: Confiteor, inquiẽs, tibi Pater, domine cœli & terræ. Quod ſi unus eſt deus, idẽq; cœli & terræ dominus: qui fieri poteſt, ut alius ſit Deus præter ipſum? Vbi erit illorũ Deus? quum

omnia

omnia unus,& uerus Deus adimpleat,quæ cœli terræq; ambitu cõprehen dũtur: Aut quánam ratione,alius ſit cõditor earũ rerũ, quarũ ipſe Deus & Pater Chriſti,dominꝰ eſt? ut uox Seruatoris indicat, niſi ſcilicet ut in æquilibrio malũ deũ,inuicem quoq; boni Dei dominũ eſſe poſſe affirment. Sed ſi hoc loquantur,uide mihi,quæſo, in quantã impietatẽ prolapſuri ſint. Inter illos enim qui pares ſunt uiribus, eminentiorẽ & potentiorẽ non inuenias. Nam ſi concedas,ut nolente altero, alter tamen eſſe & exiſtere poſſet, æqua in ambobus poteſtas, & imbecillitas fuerit,par quidẽ in eo poteſtas, q̃ alter alterius uoluntatẽ uincat,eo ipſo, q̃ altero inuito eſſe poſſit: par itẽ imbecillitas amborũ in hoc eſt, q̃ nolentibus ipſis,ea quæ nolint, eueniãt. Eſt enim bonus,præter uoluntatẽ mali: & malus,prẽter uoluntatem boni. Alioqui & hoc quiſpiã illis reſponderit: Si res uiſibiles mali ſunt,quæ nam ſunt opera boni? Nihil enim aliud apparet,præterquã iſta rerum natura ab opifice cõdita. Aut quodnam erit indiciũ,unde intelligatur bonus ille eſſe, non exiſtentib. ullis operibus,per quę agnoſcatur? Ex operibus enim opifex cognoſcitur. Aut duo cõtrariꝝ ſimul eſſe qui poterint? aut quod eorũ interſtitiũ,ut à ſe inuicem dirimantur? certum enim eſt,eos ſimul eſſe non poſſe,eò q̃ mutua pernicie, in ſe inuicẽ ferantur: quin nec alter in altero cõſiſtere poteſt,ob impermixtilẽ,diſſimilemq; naturã. Ergo tertiũ quiddã erit,q̃d ipſos dirimat,& hoc ipſum quoq; deus. Sed cuius naturæ hic tertius fuerit, bonæ ne an malæ? in incerto erit. Nam utriuſq; naturæ eſſe non poterit. Ita igitur infirma,futiliq; demonſtrata iſtorũ ſententia, neceſſum eſt ueritatem eccleſiaſtici dogmatis explendeſcere: Nullum malũ nec à Deo,nec in Deo, nec ab initio extitiſſe,neq; ullã eſſe eius ſubſtantiã. Sed homines per priuationẽ imaginãdi cogitandiq; boni,ſibi illud q̃d malũ eſt,cõminiſci incœperunt,effinxeruntq; pro libidine,ea,quæ non erant. Vt em̃, ſi quis ſole præſente,& uniuerſa terrarũ ſuo iubare illuſtrãte, cõniueat clauſis oculis,ac inde tenebras,quæ nullæ ſunt, animo fingat, ac poſtmodũ quaſi in tenebris ambulãs oberret,ut nũc lapſante gradu procidat,nũc ad præcipitia ſeſe inciet,arbitratus interim,nõ lucẽ ſed tenebras eſſe,ſeq; intueri, quũ nihil uideat: ita quoq; mens humana clauſis oculis,quib. Deũ contẽplari poterat,effictis ſua imaginatiõe malis,in ijs ſeſe agitat ac mouet, inſcius interim ſe nihil agere,dum ſe maxime negocioſam præbet. Et quæ natura nõ ſubſiſtũt,animo cõminiſcitur. Non em̃ qualis à principio cõdita fuit,talis permanet,ſed qualem ſeipſam cõtaminando reddit. Condita em̃ eſt,ut Deũ ſpectet,& ab eo illuſtretur,ipſa uero pro Deo,mortalia & tenebras exquiſiuit,ut alicubi Spiritus ſcripto prodidit: Deus hominẽ rectũ fecit,ipſi autem exquiſierunt multiplicia cõmenta. Malitiæ igitur inuẽtio & excogitatio, hominibus ab initio ita excita,& cõficta eſt. Quomodo porrò ad idolorũ ueſaniã deſcenderint,neceſſum eſt,ut iã deinceps referamus,quò plane cognoſcas, idolorũ cõmentũ nõ à bono,ſed à malitia originẽ trahere. Quod aũt initiũ ſui malũ habet, nullo unq; tẽpore bonũ fuerit, quũ undiquaq; ſit uitioſum. Non cõtenta igitur malitiæ inuẽtis,hominũ mens,paulatim ſe ad deteriora deiecit. Percepta em̃ uoluptatũ multiplici ſpecie,& retẽta diuinarũ rerũ obliuione, dũ in corporeis affectibus uoluptatẽ ſentit,& ad præſentia ſolũ eorũq; opinio-

opiniones reſpicit, perſuadens ſibi ultra uiſibilia nihil eſſe, ſed ſola iſta tẽporaria, & corporea, boni naturã habere, in auerſum acta, oblitaq; ſe ad imaginẽ Dei eſſe conditã, non ulterius uiribus ſuis utitur ad Deũ rationẽ, ſiue q̃d idẽ eſt uerbum, ſecundũ quã creata eſt contẽplãdum. Extra ſe igitur poſita, ea quæ nõ ſunt, animo cõcipit, & cõfigurat. Nã quũ ſpeculũ q̃d in mẽte eſt, ſinuoſis corporaliũ inuolucris obducet, per q̃d ſolũ patris imaginẽ cõtẽplari poterat, deſinit ea uidere, q̃ animo imaginari debebat, raptaturq; in oẽm partẽ, & in ea ſola obtutũ habet, quæ ſenſibus occurſant, quapropter undique omni carnali cõcupiſcentia ſcatẽs & opinionib. turbida, Deũ, cuius in animo obliuionẽ cõcepit imaginãdo cogitãdoq; ex reb. corporeis, ſenſibilibusq; ſibi cõfingit, ijsq; quæ uiſibilia ſunt, numinũ appellationẽ cõſecrat, quippe quũ ea ſola magnifaciat, quæ animo cõcupiſcit, & cũ uoluptate adſpectat. Eſt igitur malitia præuia, anteãbuloq; idololatriæ. Vt eñ homines malitiã quę nulla eſt, didicerũt effingere: ita quoq; Deũ, qui nullus erat, effigurarũt, non aliter q̃ ſi q̃s in profundũ demerſus, & exors iam lucis, ac ſine cõſpectu earũ rerũ, quæ luce retegunt, oculis humi uergẽtib. aquaq; ſupernè aciẽ oculorum premẽte, ſola quæ in profundo ſunt, percipit: nec p̃terea quicq; eſſe in rerũ natura opinat, eaq;, quæ ita ſibi in aquis apparẽt, rerum omniũ potiſsima credat: ita olim ſtolidi homines demerſi in carnales libidines & imaginationes, oblitiq; earum rationũ dogmatumq;, quib. Deus intelligitur, obſcura cordis ratiocinatione, uel potius irrationali uecordia uſi, rem uiſibilẽ eſſe Deum finxerũt, creaturã prę creatore honorib. proſequentes, & de operibus diuiniora, q̃ de autore & opifice Deo ſentiẽtes. Vt autẽ ſecundũ ſuperiorẽ cõparationẽ qua qui in profundum urinãtur, quãto magis deſcẽdunt, tãto ad tenebroſiora ſemper altioraq; abripiuntur, ita quoq; nõ diſsimile quiddã humano generi euenit. Non enim ſimplicẽ tenuerunt idololatriã, neq; unde incœperunt, in ijs quoq; perſtiterũt: ſed quanto diutius prioribus inueterati ſunt, tãto magis ac magis nouas ſibi ſuperſtitiones repererunt, ac nondũ priorib. ſatiati, alijs ſe denuo malis impleuerunt, dum pergunt in turpiſsimis, ulteriuſq; ſuã impietatẽ extẽdunt. Quod ipſum etiã ſacra ſcriptura atteſtat, dicẽs: Quum uenerit impius ad profunditatẽ malorum, cõtemnit. Nuper enim, quum reſilijſſet à Deo mẽs humana, ac cogitationes, rationesq; ſuas demiſiſſet, primùm cœlo, ſoli, lunæ, rèliquisq; ſtellis diuinos honores cõſecrauerũt: eos nõ ſolũ numina, ſed aliarũ quoq; rerum deinceps autores fuiſſe arbitrati mox adhuc magis humi cum tenebricoſis ſuis cogitationib. ſubſidẽtes, æthera, & aerẽ, eaq;, quæ in aere ſunt, deos appellauerũt. Prouecti uerò ulterius in malis, iam & elemẽta, principiaq; illa, quibus corpus cõſtituitur, calorẽ, frigus, ſiccitatẽ, & humiditatẽ pro numinib. celebrauerunt. Vt aũt qui penitus ex alto in terrã afflicti, inſtar terreſtrium cochlearum, torquẽt ſeſe ac reptant: ita quoq; impientiſsimi mortales, ubi ſemel ceciderant à concipienda imagine Dei, homines deinde, & hominum formas, tum uiuentium, tum defunctorũ, in deos retulerunt. Poſtmodum uerò cogitationibus, cõſilijſq; deterioribus initis, in lapides etiam & ligna, reptilia tum aquatici generis, tum terreſtris, & in brutas, ferasq; beluas, diuinũ & ſupramundanũ nomẽ tranſtulerunt, omnes interim diuinos

honores

honores illis attribuẽtes,uero ac legitimo,reꝯ ipſa Deo, Chriſti Pãtre, reiecto. Cæterũ utinã uel hic ſaltem cõſtitiſſet uecordium audacia,& nõ ulterius prodeũtes,impietatib.ſeſe grauioribus cõtaminaſſent. Nam tãtopere quidã mente prolapſi ſunt,tantiſꝯ tenebris animũ ſuũ inuoluerũt,ut quæ nequaꝯ ulla ratiõe eſſe poterãt,aut unquã cõſpecta eſſent, eà & excogitarint,& numina fecerĩt:quippe qui bruta,ratiõabiliaꝯ animalia inuicẽ permiſcẽtes,& in unam ſpeciem cõtrahẽtes, pro dĳs colant. Quales ſunt apud Ægyptios Canicipites,Serpẽticipites,Aſinicipites,& ĩ Lybia Iuppiter Ammon ueruecino capite cõfiguratus. Alĳ uero partes corporis,aut caput,aut humeros,aut manꝰ,aut pedes ſeorſim ſibi deſumẽtes,inter deos extulerũt, & ceremonĳs coluerũt,quaſi eis nõ ſufficiat integrũ,& nõ in partes decurtatũ corpus religiones deorũ obtinuiſſe. Alĳ adhuc magis ſceleratã ſuperſtitionẽ amplificantes,ex uitĳs ſuis occaſione ſumpta,libidinẽ,& cupidinẽ indigitãtes adorauerũt. Qualis eſt apud eos Amor & in Papho Venus. Alĳ rurſus ut ſeſe malis uẽditarent,& gratificarẽtur,auſi ſunt ſuos principes, eorũꝯ liberos inter numina referre, aut per reuerentiã regũ, aut per metũ tyrãnorũ. Vtĩ Creta famigeratus ille Iuppiter,in Arcadia Mercurius,apud Indos Dionyſius,apud Ægyptios Iſis, & Oſyris, & Horus, & hoc tẽpore Antinous Adriani Romanorũ Imperatoris amaſius, quẽ nõ ignari hoĩem fuiſſe,& hominẽ nequaquã ſanctũ,ſed potius ſtupris & ꝓpudĳs plenũ,ob metũ præcipiẽtis in cultu ac ueneratiõe habẽt. Quũ enim profectus eſſet in Ægyptum Adrianus,defunctũ ibi uoluptatis ſuæ miniſtrum,publico edicto ſtatuit,ut ſacrificĳs colerẽt:qua quidẽ re,ut ipſe etiam à funere, pueri ſe amatorẽ oſtendit, ita recẽs refutandæ idololatriæ documentum de ſe præbuit,declarauitꝯ eam nõ alia de cauſa ab hominib. inſtitutã eſſe,ꝯ deſiderio eorum,qui figmẽtis repræſentantˇ,quemadmodũ Sapiẽtia Dei atteſtatur:Origo fornicatiõis,idolorum inuẽtio eſt. Ne mihi hic dubius hæſites, néue longe à fide rem abeſſe credas,quod dico: Nõ ita pridẽ, & fortaſſe etiã nunc,Romanus ſenatus ſuos ab origine imperatores,aut omẽs,aut ſaltẽ eos,quos ipſis libitũ eſt,cœlo ariſꝯ dedicãt, legibusꝯ & ſenatuſconſultis deos eſſe iubent. E diuerſo in quos male animati ſunt, & pro hoſtibus habent,illosꝯ quæ eorum natura eſt homines eſſe agnoſcũt,rurſus,quos gratia & amore proſequunˇ,hos ob uirtutẽ coli prẽcipiunt,non aliter quàm ſi numinis faciẽdi ius poteſtatẽꝯ haberẽt,quũ illi ipſi & homines ſint,& ſeſe mortales eſſe nõ diffiteantur. Atqui deceret iſtos deorum cõditores, ipſos potiſsimũ deos eſſe. Id enim quod facit,eo quod cõficitur præſtantius eſſe debet. Et is qui ſancit,in id quod ſanciˇ,imperium obtinet, & is qui donat, plane quod in poteſtate ſua habet,donat. Ita certe & rex,id quod poſsidet elargiˇ,ĳſꝯ,qui accipiũt,ſuperior & potentior eſt. Si igiˇ quos ipſis libuit, Senatuſcõſulto deos reddũt,oportebat ante omnia ipſos eſſe deos. Cẽterũ hoc mirificum eſt,ꝙ ipſi morientes,falſum eſſe docent ſuum de dĳs conſtituendis ſuffragium. Non tamen iſta conſuetudo recens,neꝯ à ſenatu Romanorum originem ſumpſit,ſed iam olim id factitatum, & in uſu habitum eſt, in decernenda diuinitate. Nam & priſci in Græcia, celeberrimiꝯ Dĳ, Iuppiter, Neptunus, Apollo, Vulcanus, Mercurius, & inter fœminas

Iuno, Ceres, Pallas, Diana, Theſei edicto, qui ibi regnauit (ut in hiſtorijs eſt) accepere numen, ac diuinitatem. Quum interim qui ſanxerunt uita functi, ut mortui lugeantur, quos autem edictis ſanxerunt, inter numina recipiant. O inſe arietantem ueſaniã, norũt quales ſint autores cõſecrandi, eos tamen qui ab ipſis conſecrati ſunt, potiores ducunt. Atq; utinam intra mares ſtudium iſtud uecors idololatriæ conſtitiſſet, neq; fœminis detuliſſent diuinum nomen. Nam & fœminas, quas neq; ad cõmune de republica cõſilium tutũ eſt admittere, illas ipſas, Deorum religione ut numina ueneran tur. Ex quo genere ſunt illę (quas ſuprà diximus) à Theſeo inter numina re latæ. Ex quo itẽ genere apud Ægyptios Iſis, & Proſerpina minor: & apud alios, Venus. Nam aliorum nomina, ne fas quidem arbitramur, quorũ uel mentio ulla habeatur, quũ ſint omni ludibrio plena. Quandoquidem mul ti nõ modo priſcis, ſed & noſtris tẽporibus, ubi amiſere quos chariſsimos habẽt fratres, cognatos, uxores: multæ item uiduæ, maritos extinctos, quũ omnibus conſtet eos ex natura homines fuiſſe: iſtos tamen inquam, iſtasq; ob ingẽtem luctum, deſiderium q;, fictis depictisq; figuris expreſſos, inter numina dedicauerunt. Poſteri deinde admirati elegantiã, artificium q; operis, eoſdẽ pro dijs habuere, idq; præter omnẽ rationem naturæ, quum eos colant, quos ipſi parentes, ut neutiquã Deos, cõploraue re, quippe ſine luctu futuri, ſi deos illos eſſe certum habuiſſent. Ideo enim quòd eos non modo non crederent deos, ſed plane nullos reputarent, imaginibus eos effigurari uoluerunt, ut eos non ulterius ſuperſtites, per effigiei ſimilitudinẽ obtuentes, hoc genere repræſentationis, dolorem ſuũ mitigarẽt. His tñ ſimulachris ſtulti, ut dijs, uota faciunt, & ueri numinis ceremonijs proſequũtur. Certe in Ægypto etiã nũc de Oſyride, Horo, Tiphone, alijsq; ut perditis et extinctis, deploratio ſolennis peragitur, armentaq; Dodonæ, & Coryban tes in Creta, ſatis argumento ſunt, Iouem non fuiſſe Deum, ſed hominem, eumq; ex crudiuoro patre progenitum. Et quod mirum eſt, Plato ille apud Græcos ſapiens ac proinde clarus ac magnificus, ueluti de numine cogitabundus, in Pireum cũ Socrate accedit, hominis arte deformatam Dianam adoraturus. Has uero aliasq; eiuſmodi idololatriæ excogitandæ uecordias, iam olim & ante multa tempora prædocuit ſcriptura his uerbis: Origo fornicationis, idolorum excogitatio, inuentio eorum, peſtis uitæ. Neq; eũ ab initio fuere, neq; in æternum futura ſunt: ambitione enim hominum in mundum uenere, ideoq; cõpendiaria eorum conſummatio excogitata eſt. Acerbo enim luctu attritus pater filij ſubito è uita abrepti, imaginem fecit, eũq; uita functũ, quaſi uiuũ cultu proſequitur, ſubditisq; ſuis myſteria religiõis ritusq; tradit, ita mos impius tẽpore inualeſcẽs uim legis obtinuit: Tyrãnorũ quoq; imperijs ſculptilia uenerationẽ adepta ſunt, quib. eũ ante oculos nõ poterãt honores exhibere, eo q; procul illinc habitarẽt, eorũ ſpeciẽ imaginib. expreſſerũt ut ijs, quos ita honoratos uolebãt, tãq; pręſentib. hac opera adularent. Cæterũ quo maiores ſuperſtitiõis acceſsiões fierẽt, artificis quoq; inſtigauit ambitio, qui quũ fortaſſe principi uellet gratificari, ſumma ope nixus eſt ſimulachrũ q; pulcherrime elaborare. Cęterũ uulgus allectũ gratia, uenuſtateq; iſtiuſmodi opificij, hominẽ qui nõ ita pridẽ coli

cœpit,

ꝛ cœpit, pro homine habuit, idq; in uitæ insidias uersum est, qm̃ aut calamitatibus suis, aut tyrãnidi inseruiẽtes homines, propriũ illud solius Dei, & incõmunicabile nomẽ lapidibus, & lignis imposuerũt. Cùm igitur tali initio idolorum figmenta inter homines (attestante scriptura) prodierint, tempestiuũ mihi uidetur, ut ea uanitatis, falsoq; usurpati diuini nominis reuincamus: non tam aliunde petitis argumẽtis, q̃ ex illis ipsis, quæ ipsi de suis numinibus opinantur. Si quis enim eorum acta, quos ipsi deos prædicant, in unum colligat (ut ab intimis exordiar) inueniet, eos non solũ mortales, sed mortaliũ omniũ teterrimos fuisse, ut in Iouis amorib⁹, libidinibusq; apud poetas uidere licet, cuius generis est, dũ audis eũ Ganymedem rapere, furta adulteriorũ patrare, pauere itẽ & angi, ne contra ipsius sententiã mœnia Troianorũ excindantur. Quale item est, dũ uides eum ægrè, indignãterq; ferre filij sui Sarpedonis mortem, eiq; opitulari uelle, sed non posse, insidiasq; Deorũ aliorũ experiri, Mineruæ (inquã) Iunonis, & Neptuni, succurriq; eidem à fœmina Thetide & centimano Ægeone, ac uoluptatib. succũbere, mulierculisq; ancillari, & gratia illarũ uersipellẽ sub imagine brutorũ animantiũ, quadrupedũ, uolucriũ, suam ipsius speciem in periculũ adducere? Rursus eũdem in latebris agitare ob patris insidias. Saturnũ uero deinde uinciri, illumq; ipsum, suũ patrem euitare. Age quæso num dignũ est, ut is, qui talia designat, quiq; eiusmodi flagitijs famosus est, quæ ne cõmunes quidẽ leges Romanorũ in merè hominib. impunita uelint, pro numine habeat? Vt em̃ pauca ex multis ob multitudinẽ cõmemorẽ, quis nam quæso ex eius in Semelen, Ledã, Alcmenã, Dianã, Maiã, Europẽ, Danaen, & Antiopam, sceleribus & stupris, aut ex ijs quæ in suã ipsius sororem patrauit, quã eandem & sororẽ habuit & uxorẽ, ipsum non uituperet, & morte mulctandũ censeat? nõ solum ob crimina adulteriorũ, sed q̃ sceleribus suis prætextũ colorẽq; honestatis quæsiuit, dum liberos ex adulterijs prosatos indigites facit? Ex quorũ numero Bacchus est, Hercules item, Castor quoq; & Pollux, Mercurius, Perseus & Diana sospitatrix. Quis rursus conspicatus Deorum inter se irreconciliabile certamen, idq; Græcorum, & Troianorũ gratia, non eos condemnet imbecillitatis? dum mutua inuicem æmulatione etiam homines in se irritant? Quis item uidens Martem & Venerem à Diomede: Iunonem & infernũ Iouem, quem Plutonem appellant, ab Hercule: Dionysium à Perseo: Palladem ab Arcade uulnerari: Vulcanum ex præcipitatu claudicantem, non uituperarit talem conditionem naturæ? exhorruerit q; eos numina appellare? ac non potius, dum eos audit uiolabiles, malisq; obnoxios, pro hominibus, ijsq; non fortibus habeat, rectiusq; uulneratores eorũ, quàm ipsos uulneratos suspiciat & admiret? Aut quis recognoscens Martis cum Venere adulteriũ, & Vulcani contra utrũq; insidias, aliosq; deos ad spectaculũ stupri à Vulcano euocari, euocatosq; aduẽtare, & obtueri eorũ salacitatem, non in risum abeat, ac detestetur eorum nequitiam? Aut quis non in cachinnos soluatur, conspectis Herculeis cum Omphale ex ebrietate ineptijs & flagitijs? Neq; em̃ necessum est, ut eorũ libidines, amoresq; absurdos, quos in auro, argento, ære, ferro, lapidibus, lignis expressos uideas, sedulò argumentis & criminib. incessam, & exagitẽ,

cum

cũ ipſæ res,ſuũ ex ſe odiũ ultrò habeãt,erroreśq; eius ſuperſtitiõis prodãt. Qua de cauſa magnopere eorum miſererearis,qui ita ſeducũtur, quippe qui quũ indoleãt uxoris pudicitiæ adulterũ ſuperuenire, magiſtros tamẽ adulteriorũ non uereantur in deos referre,&,quũ ipſi abſtineãt,à ſororũ concubitu,eos tamen,qui hoc ſcelere cõtaminati ſunt,adorare:fateri rem flagitioſam eſſe ſtuprare pueros,famoſos tamen iſtiuſmodi fœditate,ſacris & altaribus colere,& interdicta legibus,citra pudorem ſuis numinib. aſſcribere: ſuppliceśq; ante ligna procũbere,nec uidere interim,res ſimiles ac prorſus eiuſdẽ generis ſuis ſeſe pedibus calcare,& pro fomẽtis igniũ uſurpare, quũ tamen partes earũ rerũ,numina appellẽt.Et quæ paulò antè in uſu cõmuni habuere,ea per uecordiã(quũ exculpta ſunt)colenda arbitrantur,nihil omnino,neq; oculis,neq; mente utentes,quippe qui non deos,ſed artẽ cælatoris adorent.Quandiu enim impolitus eſt lapis, & rudis materia: tamdiu iſtiuſmodi res pedibus calcãt,ijśq; ad miniſteria ſua,& ſubinde uiliſsima abutũtur.Cæterũ ubi artifex ſuæ ſciẽtiæ modulos proportioneśq; impreſsit, & in ſpeciẽ uel uiri,uel mulieris effigurauerit:aguntur gratię artifici,ac iam deinde pro numinibus adorant,quos precio à ſculptore redemerunt.Non infrequẽs quoq; eſt,ut ipſe ſtatuarius,quaſi oblitus quid ipſe elaborauerit, ſuis operibus preces affundat,& quæ paulò antè obradebat, & cõcidebat, ea poſt artem inditam deos appellet. Atqui cõueniret(ſiquidem iſta admiranda ſunt)artificis ingenium potiùs approbari,& non quæ ab ipſo figurata ſunt,figuratori anteponi.Non enim materia artem,ſed ars materiam iſto ornatu inſtruxit,ac deificauit.Multò igitur æquius erat,ipſum artificem ab ijs adorari,quàm ea,quæ ab illo fabrefacta ſunt,præſertim quũ prior ſit ætate dijs à ſe fabrefactis,illaq; pro ipſius arbitrio,ſpeciẽ ſuã acceperint. Nũc contrà,reiecta æquitate,& ſcientiam,& artem uilipẽdentes, ea quæ per artem & ſciẽtiam facta ſunt,ceremonijs diuinis proſequũtur.Et homine iſtorum conditore extincto,ea quæ ab ipſo cõdita ſunt,ut immortalia uenerãtur,quæ niſi noſtra quotidiana cura ſeruarentur,planè cum tẽpore (quæ ipſorũ natura eſt)in nihilũ abirẽt.Qui(quæſo)eorũ nõ miſererearis? idq; uel ea de cauſa,q; ipſi uiſu prædĩti,ea quæ non uident,adoranda exiſtiment,& audiẽtes quę nõ audiũt,precibus ſolicitẽt.Et anima,rationeq; per naturam (ut homines)inſtructi,ea quæ ne ſemel quidem mouentur,ſed inanimata ſunt,ut deos ſalutent,& quod ſummæ admirationis,quos ipſi ſub ſua poteſtate habent, ijs ueluti dominis inſeruiant. Verùm ne temere(quæſo)iſta à me aut falſò obiectari credas,quum fidem tibi etiam ipſis oculis tuis facere poſsis,ſæpe in iſtiuſmodi ſpectacula occurſantibus,quippe quæ ubiq; obuia & expoſita ſint.Sed tamen grauius teſtimonium de iſtis rebus penes ſacram ſcripturã reperias,quæ ab initio iam antea iſtarũ rerũ mentionẽ fecit, idq; ſub his uerbis:Idola gentiũ,argẽtũ & aurũ,opera manuũ hominũ.Os habent,& non loquentur:oculos habẽt,& non uidebũt:aures habẽt,& nõ audient:nares habent,& non odorabũtur:manus habent, & nõ palpabũt: pedes habent,& non ambulabũt,non clamabũt in gutture ſuo. Similes illis fiant,qui faciunt ea.Neq; prophetica expoſtulatio ab illorũ uituperatione abſtinuit,dicente ſpiritu:Pudefiant,qui finxere deum,& ſculpunt uana.

Et

Et omnes unde orti sunt, emarcuerunt: & surdi ab hominibus. Congregentur omnes & cõsistant simul, quoniam faber ferrũ suum acuit, & ascia elaborauit, & ad regulam moderatus est, ac statuit brachio roboris sui: Et esuriet, & infirmabitur, & nequaquã bibet aquam. Lignũ enim faber ubi delegit, libramento illud & glutino constituit, & rubricauit, indiditq; ei formam uiri, & pulchritudinem hominis, collocauit illud domi, quod è sylua exciderat, quod plantauerat dominus, & quod pluuia in sublime produxerat, ut esset hominibus in alimentũ ignis, indeq; desumpsit unde sese calefaceret, eoq; ardente panes coxit, residuũ porro eius in deũ deformauit, illiq; se suppliciter affudit, cuius dimidium igne combusit, alteroq; dimidio carnes assatas comedit, & repletus est, Et calefactus, inquit, dulciter mihi accidit quia incalui, & ignem conspexi: reliquias tamen eius his uerbis adorauit: Eripe me, quia Deus meus es tu. Non didicerunt, ut sentirent se obtutu esse hebetiores, quàm ut uideant oculis suis, aut animo intelligant. Et non cogitauerunt in corde suo, neq; sensibus perceperunt, quòd illud adoratur cuius dimidium combusserint igne, & in carbonibus eius decoxerint panes, & assatas indè carnes depasti sint, & residuũ eius ligni, in abominationem conuerterint. Scitote cinerem esse mentem illorum, neminemq; posse eorum animam eripere, uidete, & ne dixeritis, mendacium esse in manibus meis. Quomodo igitur isti non impij ab omnibus habeãtur, qui tantæ impietatis à sacris literis accusantur? Aut qui non sint miserè superstitiosi, qui ita apertè inanimata pro ueris rebus adorare conuincuntur? Quænam illis spes? aut quid ueniæ sibi sperare poterant, qui in brutis immobilibusq; fiduciam suam collocant, eaq; pro uero Deo uenerantur? Vtinam, utinam sine specie ulla artifex illis numina conformasset: ita enim fieret, ut non tam euidens suæ aduersus se stoliditatis, documentum ostenderent. Tum enim si signa, notasq; sensuum non haberent, quales sunt oculi, nares, aures, manus, os, ipsis interim immobilibus, & sine usu sensuum, sensibiliumq; perceptione simpliciorũ animos fallere potuissent, Nũc cõtrà habent, & non habẽt: stant, & nõ stant: sedent, & nõ sedent: nullã enim uim istiusmodi actionũ possident, sed in eo statu quo uoluit artifex, permanẽt, diuinitatis suæ argumentũ nullũ de sese exhibẽtes, inanimati prorsus, solùm hominis arte cõsistendi speciem habere uidentur. Vtinam isti falsorum deorũ prẽcones & uates (de poetis loquor & historiographis) simpliciter eos deos esse, in scripta retulissent sine illorũ actis: unde facile conuinci possunt, cq; & Dij non sint, & quàm turpi disciplina morũ sint usi. Potuissent emẽ solo diuinitatis titulo ueritatẽ interuertere, uulgusq; multo melius à fide rerũ seducere. Nũc aũt, dũ amores, salacitatesq; Iouis, aliorũq; in masculos stupra, & zelotypias in fœminas, metusq; itẽ & pauores, aliaq; uitia recẽsent, nihil aliud cq; seipsos deniq; produnt, nõ solum non de numinibus, aut de castis quidẽ hominib. uerba facere, sed de turpib. lõgeq; ab honestate semotis, fabulas referre. Verũ hic fortasse superstitiosi, ad indolem morẽq; poetarũ defugiẽt, affirmabũtq; hũc peculiarẽ esse poetarũ stylũ, ut ea, quæ nõ sunt, effingant. mẽtianturq; ad uoluptatẽ audiẽtiũ, eãq; rẽ fabulãdi occasionẽ dedisse. At istiusmodi causificatio, maxime oĩm uana esse demonstrabit, idq; ex ipsorũ

de dijs

de dijs suis opiniõe, atq; itẽ ex alijs rebus, quas in uulgus edũt. Si em̃ quæ poetæ scribũt, figmẽta sunt, & pro falsis habẽda, falsa quoq; fuerint nomina Iouis, Saturni, Iunonis, cæterorumq; deorum. Forsitan enim, ut ipsi dicunt, nomina ista fictitia sunt, nec existit prorsus ullus Iuppiter, aut Saturnus, aut Mars, sed eos fingi à poetis, quasi qui sint, quò imponatur auditoribus. Probè, sed si fingũt poetę ea quæ nõ sunt, qui fit, ut eos, tanquã re uera sint, adorent? An hic forsitan replicabunt, non nomina quidem ista falsa esse, sed facta, quæ poetæ istarum personarũ nominibus falsò addiderunt? Sed hoc nihilo firmius ad excusationem: si enim in factis mendaces sunt, in nominibus quoq; eorum mendaces fuerint, à quibus istiusmodi res gestas esse uolunt. Aut si ueri sunt in assignãdis nominibus, ueri quoq; necessariò futuri sunt in factis enarrandis. Alioqui qui ista fabulati sunt, si eos re uera deos credidissent, paria certè & quæ dijs cõgruerent, non autem humanos affectus illis attemperassent. Vt nunquã quispiã officium ignis, aquæ attribuerit, quum ille inflammet, ista frigidam naturam in se possideat. Quòd si acta ista digna & congrua sunt Deo, dei quoq; fuerint horum actores: sin autem hominibus cõueniunt, atq; adeò hominib. neutiquã honestis, qualia sunt adulteria, aliaq; facinora, quæ iam recẽsuimus, hoies profectò sunt, & non dij, qui talia fecerũt. Acta enim, personis rebusq; respondere necesse est, ut quis autor fecerit, ex opere ipsius cõtestatum reddatur: & ex autore, uicissim quale sit opus, agnoscatur. Vt em̃ si quis de aqua, & igne disceptet, eorũq; uires alleget, nunquã dixerit aquam comburere, ignem refrigerare: Aut si quis de sole, & terra mentionẽ faciat, nunquã affirmarit, terram illustrare: solẽ, herbas, frugesq; progerminare: nam tale quid si diceret, omnem stoliditatẽ exuperaret. Ita quoq; nunquã scriptores illi, & prẽcipuè omniũ excellẽtissimus poeta, si certũ habuissent, Iouem, cæterosq; id genus deos esse, nunquã istiusmodi acta ijs attribuissent, unde ipsos nõ deos, sed homines esse proderẽt, & homines nequaquã graues. Quòd si eos poeticè fabulatos dicas, & falsa cõfinxisse (ut tua mẽdacia de illis recipiamus) quur non & de fortitudine heroum mentiti sunt? & pro fortitudine, imbecillitatem: pro imbecillitate, fortitudinem affinxerunt? Congruum enim erat, ut quemadmodũ in Ioue, & Iunone: ita quoq; in Achille, ignauiam admentirentur, Thersitæ uires miraculis celebrarent, Vlyssis hebetudinem conuitijs exagitarent, Nestoris delyria confingerent, Diomedis, & Hectoris muliebria studia, Hecubes fortia facta describerẽt. Quia in omnibus uidelicet (ut ipsi aiunt) recipiundum est poetas fingere, & mendacijs uti. Nunc contrà, illi qui in hominibus describendis ueritatẽ tuentur, falsa de dijs scilicet non uerẽtur tradere: Quin & hoc aliquis eorum dixerit, eos de Deorũ salacitatibus falsa scribere, in laudibus tamen (quum Iouem patrem deorum, supremumq; ac olympium, & cœli regnatorem dicunt) nihil cõfingere, sed ueraces esse. Atqui non ego solus, sed quiuis ostenderit, hanc rationem cõtra illos facere. Rursus enim, primis illis demonstrationibus ueritas sese manifestò prodet, quum facta illa illos homines fuisse coarguant: laudes uerò humanam naturam transcendant. Vtrũq; istorũ inter se cum altero discrepat: Non enim proprium est cœlicolis, talia facere: neq; eos qui talia faciũt,

cœlico-

cœlicolas esse, suspicari poteris. Quid igitur inde colligas? nisi laudes uanas & assentatorias esse: facta uero ex fide esse pronunciata? Idq; uerum esse, ex cõmuni omnium cõsuetudine deprehendas: Nemo enim qui aliquem laudandũ suscipit, studia moresq; eius uituperare solet, sed potius contrà, encomijs euehere, ut laudum maiestate, si qua in factis turpitudo lateat, deceptis auditoribus prætegatur. Quamobrem ubi quis in aliquo celebrando, non reperit in uita eius, animiq; dotibus, ob insitam turpitudinẽ argumentum laudis, alias cõmendandi rationes init, aggerens ea, quæ illius cõditionem transcendunt, ita quoq; mirifici illorum poetæ, ueriti extollere ob turpitudinẽ facinorũ gentilitios istos deos, nomen illis, quod est supra humanam naturam, adaptauerunt, sed parum in eo prouidi fuere, quum sublimibus illis ultra humanam conditionem figmentis, non obscurent eorum humana, sed humanis ipsorum uitijs ostendãt, Deorum titulum existimationemq; illis nõ cõgruere. Ego certè arbitror, à nolentibus poetis uitia deorum prolata esse: quia enim Dei incõmunicabilem (ut inquit scriptura) appellationem & honorem, illis qui non dij, sed homines mortales erãt, attribuerunt, tantumq; nefas in sese admiserunt, ideo ueritas uicissim ab ijs expressit, ut uel nolentes putatitiorum deorum flagitia exponerent, quo omnibus posteris pro argumento constaret, non esse eos deos, de quibus talia scripto proderentur. Quid igitur superstitiosi respondeant? aut quo argumento utentur? ut istos, de quibus loquimur, deos probẽt: ratio enim paulo superius habita, homines eos fuisse ostẽdit, eosq; neutiq; sanctos aut graues. Fortasis eò sese recipient, ut magnificè iactent inuẽta istorum, quibus humanæ necessitati multũ utilitatis contulerunt, ideoq; eos deos habitos, q; utiles fuissent: Iouem enim (ut fama est) plasticen inuenisse: Neptunũ, gubernatoriam artem: Vulcanum, fabrilem: Mineruam, textoriam: Apollinẽ, Musicen: Dianam, uenaticam: Iunonem, uestiendi rationem: Cererem, agriculturam: aliosq; item alia, ut scriptores referunt. Rectè, sed has, aliasq; consimiles artes non istis solis ut autoribus, sed cõmuni hominum naturæ imputari, acceptasq; ferri oportuit. Siquidem eas artes, dum fixis oculis naturam intuentur, deprehenderunt. Nam artem esse imitationem naturæ uel uulgus deprædicat. Si igitur periti expertiq; euasere earũ disciplinarũ, quibus operam nauarunt, non ideo tamen eos deos credere necessum fuit, sed homines potius. Non enim ex ipsis artes naturam suam capiunt, sed in artibus, ipsi naturã æmulati sunt, nimirum homines, ac proinde naturaliter capaces scientiarum, ut ex hominis definitione patet. Quid miri igitur, si humano ingenio usi, suamq; in naturam respectantes, istiusmodi scientiarum artificia excogitarint? Quod si ob inuenta artium operæ preciũ est, eos Deos nuncupari, restat, ut item aliarum artium inuentores, Dij nuncupentur, ea nimirum ratione, qua illi digni sunt uisi, qui in Deorũ numero haberentur. Literas autem inuenerunt, Phœnices: Poesin heroicam, Homerus: Dialecticen, Zeno Eleates: Rhetoricen, Corax Syracusius: apiaria emolumenta, Aristeus: sementem, Triptolemus: leges, Lycurgus Spartanus, & Solon Athenienſis: literarum uero structuras, numeros, mensuras & momẽta, Palamedes excogitauit. Alij item alia, uitæ utilia prodiderunt, ut testes sunt hi

ſtoriographi. Si igitur ſcientiæ deos faciunt, atq; inde dij ſculptiles emerſerunt: neceſſum eſt, & eos, qui poſt iſtorum ætatem aliarum rerum autores ſeſe exhibuerunt, pro iſta ratione in Deorum claſſes recenſeri. Quòd ſi diuinitatis operæprecium in eo non locant, ſed pro hominibus eos habent: cõſequens eſt, & Iouem & Iunonem, cæteroſq; alios diuinitatis nomine ſpoliandos eſſe, credendumq; homines fuiſſe, eoq; magis credendum, quia nequaquã fuere graues aut ſancti, quod uel ex ipſa ſtatuarum ſculptura deprehendas. Quam enim aliam ipſis ſculptores indidere formã, quàm uirorum & fœminarum, rerumq; adhuc inferiorum, nimirum brutorum animantium, auium cuiuslibet generis, quadrupedum partim cicurum, partim indomitarum, reptilium, & quicquid uel terra, uel mare, aut uniuerſa aquarũ natura producit. In feras eñ indomitasq; libidines, & affectus deiecti mortales, nihilq; niſi uoluptates & carnis concupiſcentias ob oculos ponentes, prout brutis illis rebus, irrationabilibusq; mentem occuparant, ita in bruta pecuniasq; ſpecies imaginem numinis contulerunt, pro multiplici diuerſitate ſuorum affectuum, numinum formas cõfigurantes. Quadrupedum enim & reptilium ſimulachra apud illos reperiuntur, quemadmodum
Rom. 1 diuinæ, & ueræ religionis interpres ait: Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt brutum cor eorum: dicentes ſe ſapientes, infatuati ſunt, & mutauerunt gloriam Dei incorruptibilis, in ſimilitudinem imaginis hominis corruptibilis, & uolucrium, quadrupedum, & reptilium, Ideoq; tradidit eos Deus in affectiones ignominiæ. Cum enim prius uitiaſſent animos uoluptatũ irrationabili immanitate (ut ſuperius dixi) ad iſtiuſmodi numinum cõcipiendas ſpecies præcipitati ſunt, ſemelq; ita lapſi, & quaſi mancipati, ut à Deo auerſi ſint perpetuo ibidem uolutantur, & in rebus ratione carentibus, Dei, qui pater eſt Rationis ſiue uerbi ſimilitudinẽ quæſiuerunt. Hic quum male audiunt ethnicorum Philoſophi, uiriq; eruditi, nõ inficiantur eas deorum ſpecies, hominum & brutorum ſimulachra eſſe: ſed ideo id in uſu haberi, ut dij ſub iſtis imaginibus oracula promant, & ſeſe oſtendant, alioqui eum qui inuiſibilis eſt, niſi per iſtiuſmodi ſimulachra & ceremonias cognoſci non poſſe. Alij porrò quaſi maiori Philoſophia inſtructi, ac proinde ſe altiora promere exiſtimantes aiunt iſta inſtituta eſſe & effigiata, ad euocationẽ aduentumq; angelorum aliarumq; poteſtatum concilian dam, ut quum illi ita ſe præſentes obtulerint, & apparuerint, numinis notitiam mortales doceant, ac proinde iſtiuſmodi ſimulachra pro elementis literarum humano generi eſſe, quę dum legunt, Dei notitiam cõdiſcere poſſunt. Ita iſti fabulantur, non enim eſt ut eos theologicari dicas, minime gentium. Quod ſi quis hæc uerba accuratius expendat: inueniet, iſtorum non minus quàm eorum (quos ſuperius conuici) opinionem eſſe falſam. Dixerit enim aliquis inſiſtens ueritati examinandæ, quónam modo Deus per ſimulachra uel reſpondeat, uel cognoſcatur: an per materiam ſtatuę, an per figuram? Quòd ſi per materiam: quis igitur uſus eſt figuræ? & quur antequã fingeretur, nõ in omni materie ſeſe ſimpliciter repræſentauit? Fruſtra igitur templa iſti obmunierint, includentes (neſcio quem) lapidem aut lignũ, aut auri partem, quum uniuerſa terra iſtiuſmodi rebus exuberet. Sin autem ſu-

perindu-

perinducta forma in causa est, ut numen illic præsto sit: quis usus materiæ, siue illa aurea, siue alterius generis sit? quur non potius per uera & naturalia animantia (ad quorum speciem sculptilia deformata sunt) præsentia numinis sentiatur? Ea enim opinio de Deo, speciosior aliquanto & honestior esset, si creditum foret, per uiua animantia tum rationalium, tum irrationalium, numen sese præsens exhibere, non autē in rebus uitæ, motusq; expertibus, eius aduentum expectari. Mira igitur in hac parte ipsorum impietas, qui cum uera natiuaq; animantia, quadrupedia, uolucria, reptilia detestentur & exhorreant, uel ob feritatem, uel ob fœditatem: tamen horum species in lapidibus, aut lignis, aut auro descriptas, Deos esse uolunt. Æquius erat ipsa uiua potius coli, q; uiuorum effigies in istis adorari. At fortasse horum nihil, neq; forma, neq; materia numinis præsentiam efficit, sed operis dunta xat artificium Deum ad se elicit, cum in eo sit imitatio naturæ: esto, sed si ob artem, sculptile opus Deus sua presentia frequentat, quid opus est materie? quum ars ipsa in hominibus sedem habeat? Si enim planè ob artem Deus se sistit, ideoq; sculptilia ut diij coluntur, par erat, homines istius artis administros adorari, & diuino cultu affici, tum quia rationales sunt, tum quia ipsam artem in animis continent. Ad secundam illorum profundiorem scili cet responsionem, etiam ista quispiam non incongruè dixerit: Si nō ob Dei præsentiam ista à uobis instituuntur, sed ut Angeli ibi præsto sint, quur sta tuas, per quas potestates illas euocatis, maioris facitis, quā ipsas potestates? Cognoscēdi enim Dei causa, sculpētes has figuras (ut dicitis) ipsius Dei honorē, uocabulumq; sculptilibus iniungitis, rem nequaq; piam designantes. Quum enim profiteamini Dei potentiam longè euehi ultra simulachrorū paruitatem, atq; ideo uos non audere numen euocare, sed minores potestates: Dei nomen, cuius aduentus uobis formidini est, lignis, & lapidibus implicatis: deosq;, simulachra (quum lapis & artificium nominari deberēt) appellatis, & adorationibus prosequimini. Si igitur ista pro literis sunt uobis, ad diuinitatem speculandam (ut falsò iactatis) qui cōuenit, signa rebus suis, quas denotant, præstantiora haberi? Non enim, si quis Regis nomen literis exaret, extra periculum est, si scriptum illud in maiori honore, q; regem habeat, ille enim mortē in pœnam accipit, neq; id mirū, cum aliud sit rex, aliud tabula ad eius speciē à pictore descripta. Ita & uos quoq;, si corroboratam, firmamq; haberetis rationem, nō tantopere diuinitatis characterem in materiam defixissetis: imò ne sculptile quidem sculptori suo antepositissetis. Si enim simulachra planè, ueluti literæ, Dei aduentum significant, atq; ideo ut Dei notæ, characteresq;, numinis maiestate dignæ censentur: multo magis artificem illa describentē deificari, numinisq; maiestate indigitari oportuit, ut longe simulachris potentiorem, diuinioremq;, eò q; illa ad huius arbitrium expolita sunt, & configurata. Si igitur literæ sunt admiratione dignæ, scriptor ipse multò maiori admiratione efferendus uidebitur, tum ob artificium operis, tum ob animi scientiam. Quòd si igitur non ea de causa, par est simulachra pro numinibus haberi, iterūq; scisciteris, auidus cognoscendi, quænam sit origo istius rei, quid putes illos responsuros? Si enim dicant, numen quia humana specie sit præditum, ideo humana specie effigu-

rari: qua ratione igitur fit, ut illud pecudum imaginibus exprimant? quòd si pecudum effigies, numinis uultum repræsentant, quur hominũ delinia-menta illi adiungunt? Quòd si utrũq; simul est, & utraq; specie Deum com prehendunt, eo quòd rationalium, irrationaliumq; formas possideat: quur disiungunt coniuncta, ac diuersas faciunt hominum brutorumq; confor-mationes? ac non ubiq; utraq; specie eum cælatum exhibent? qualia sunt fa bularum commenta, Scylla, Charybdis, Hippocentaurus? & apud Aegy-ptios canina facie latrator Anubis. Oportebat eos aut tantummodo descri bi biformes, aut si unius & simplicis sunt formæ, non alteram affingi. Por-rò si illorum formæ uiriles sunt, qua ratione illis fœminarum liniamenta addunt? Quòd si muliebri specie subsistunt, quare illis uiriles admentiun-tur formas? Quòd si utrunq; simul existunt, discriminationem interuenire non oportebat, sed ambos in unum sexum cõiungi, fieriq; illos ipsos, quos hermaphroditos appellamus, ut superstitio ista non solum impietatem & calumniam, sed etiam cachinnos spectatoribus conciliet. At si plane corpo rali facie numen arbitrantur, adeo ut & uentrem & manus & pedes, cer-uicem item & pectus, cæteraq; membra, quæ ad hominum genituram per-necessaria sunt, in illo comminiscantur & affingant: iam mihi quæso uide in quantam impietatem, Deiq; alienationem mens eorum præcipitata est, qui talia de numinibus comminiscuntur. Ad quæ consequitur, ut & illa, cæteraq;, quæ corporis sunt, patiantur: adeo ut & secentur, ac in partes di-uidantur, ac prorsus intereant. Hæc aliaq; istiusmodi, nõ propria sunt Dei, sed potius eorum corporum, quæ in terris degunt. Deus enim incorpo-reus est & incorruptibilis, & morti inobnoxius, ne tantillum quidem ul-lius indigens. Atqui istiusmodi simulachra & corruptibilia sunt, & corpo-rum signa, & alienam opitulationem requirunt, ut antea dictum est. Sub-inde igitur uidemus, ea postquam nimium inueterauerint, interpolari, & aut tempore, aut pluuia, aut à belluis terrestribus euastata, denuo refringi. Vnde merito eos stultitiæ condemnes, quòd quorum ipsi sunt effigiato-res, eos titulis deorum honorent, & quos ope sua arteq; instruunt, ne per-eant, ab illis salutem comprecentur: & quos ipsi suæ curæ, tutelæq; indi-gos non ignorant, ab illis suas necessitates, ususq; resarciri quærant: & quos in paruis ædiculis concludunt, eos cœli terræq; uniuersæ dominos appellari non uereantur. Non hinc solummodo eorum impietatem didi-ceris, uerumetiam ex eo, quòd in ipsis idolis discordis sententiæ sunt. Si e-nim illi Dij sunt (ut prædicant ac philosophantur) quem, cui ex istis præ-ferri oportet? aut quos maioris autoritatis existimes? ut ita uel securus eum adores, uel (ut aiunt) nihil hæsites in cognoscendo numine? Non enim a-pud omnes ijdem existimantur dij, sed quot sunt gentes, totidem deorum genera confinguntur. Est quoq;, ubi eadem regio, atq; adeo eadem ciuitas inter se dissideat in superstitione idolorum. Phœnices certe, Aegyptios deos non agnoscunt: neq; Aegyptij, eadem cum Phœnicibus simulachra adorant. Nec Scythæ, Persarum: nec Persæ, Syrorum numina recipiunt. Pelasgi Thræcios deos repudiant: Thraces Thebanos ignotos habent. Indi contra Arabes: Arabes contra Aethiopes: & Aethiopes uicissim

contra

contra illos, in ratione ceremoniarum dissentiunt, Syri Cilicum deos non colunt: & Cappadocum gentes, alios præter istos, deorum nominibus appellant: Diuersos item Bithynij, diuersos Armenij commenti sunt. Et quid opus multis? qui in continente sunt, alios ab insulanis deos uenerantur. In summa, quælibet ciuitas, & uicus, uicinorū numina non agnoscens sua præstituit, eaq; sola deorū loco habenda existimat. De abominandis Ægyptiorum ceremonijs non est, quod dicatur, quum omnibus in oculis sit, quàm contrarias, & inter se pugnantes habeāt religiones, & quàm semper uicini contra uicinos studeant diuersa colere. Saltem apud alios adoratus crocodilus, apud alios abominationi habetur: Ac leo alicubi ut numen cultus, à collimitanis non solum non colitur, sed deprehensus, ut bellua neci datur: idemq; piscis alibi in numē dedicatus est, alibi hamo capitur. Hinc illis bella, seditiones, ac nulla non cædium causa, & illecebræ omnium affectuum: denicq; quod mireris, Pelasgi (ut historici uolunt) quum ab Aegyptijs disciplinam religionis hauserint, ne nomina quidem eorum numinū, quæ apud Aegyptios in precio sunt, cognita habēt, sed plane diuersa ab illis colūt: Vt compendio dicam, omnium idololatrarum gentium dissimilis est religio, & existimatio, neq; eadem apud illos reperiuntur, quod ipsum non immeritò illis accidit. Delapsi em̄ à cognitione unius Dei in multa, & diuersa sese præcipites dederunt, auersatiq; ueri Patris Verbum Seruatorem omnium Christum, non iniuria mentem habent, ad alia atq; alia quasi turbine fluctuantem. Et ut illi qui solem auersantur, in locisq; umbrosis hærent, per multa inuia circumferuntur, & quod adest, non uident: eodem modo qui Deum negligunt, animo caligant, & æstibus animi, fluctibusq; iactantur, resq; nihili & euanidas, ut ebrij ac cæci, imaginationibus concipiunt: quod ipsum non leue argumentum certissimæ superstitionis: Diuersis enim oppidatim, uicatimq; numinibus, alijs aliorū deos profligantibus, plane consequitur, ut nihil sit firmi, & ut omnes tandem profligentur. Quippe quum qui apud alios sint dij, aliorum dijs pro uictimis mactentur, ac libamina fiant: ac rursus, quæ istic sunt uictimæ, alibi deorū uicem, & locum obtinent. Aegyptij certe bouem, quem Apim nominant, sacris colunt, sed eum alij lo ui sacrificant, non quòd plane illum ipsum, qui pro numine consecratus est, sed quia alios ex eodem armenti genere occidant, eundem illum ipsum occidere, & immolare uidentur. Lybes arietem, cognomento Ammona, deum habēt, qui tamē ipse apud plerosq; pro uictima cæditur. Inde Dionysium colunt, sub cuius nomine per allegoriam uinum intelligunt, & tamen illud apud alios in libamen uertitur. Alij fluuios & fontes, & omnium maxime Aegyptij aquam in præcipua ueneratione habent, deosq; appellant: sed tamen illi ipsi hac in parte religiosi Aegyptij, & suas, & aliorū sordes aquis eluunt, & quod inde reliquum est, cum ignominia abijciunt. Parumq; abest, quin omnium Aegyptiorum idola apud alios pro uictimis immolentur, adeo ut Aegyptij ludibrio sint, quòd dijs careāt, ac pro dijs uictimas & piacula colant. Iam nōnulli in tantam impietatē, uecordiamq; abrepti sunt, ut falsis istis dijs, hominum simulachris, homines uictiment: nec uident miseri, uictimas illas exempla & archetypa esse suorum numinū, & ab illorum

ſpecie, diuorum ſuorum formas mutuatas eſſe, & in mactandis hominibus, propemodum ſimiles ſimilibus, aut potius præſtantiores deterioribus immolare: quippe qui animata inanimatis ſacrificent, & rationalia ſenſu carentibus offerãt. Scythæ enim qui Taurici dicuntur, Virgini ſuæ (ſic enim Dianam uocant) naufragos, & quoſcunq; ex Græcis ceperint, pro hoſtijs iugulant tanta impietate aduerſus homines eiuſdem conditionis utentes, atque tantopere deorum ſuorum crudelitatem præ ſe ferentes, ut quos ueri numinis cura, prouidentiaq; à marinis periculis eripuerit, ipſi mactent, modo nõ ipſi prouidentiæ infeſti, quippe qui illius beneficium efferata crudelitate ſubuertant. Alij uero Marti ex prælio reduces deportato triumpho, captos bello centeſimant, in centurias diuiſis captiuorũ corporibus, ac pro numero centuriarum, hoſtias cædunt. Neq; ſolum iſtiuſmodi Scythæ pro innata feritate perpetrant, ſed propriũ id tragicũ facinus immanitati idolorum & dæmonũ: quũ & Aegyptij olim iſtiuſmodi uictimas lunoni immolarint: Phœnices item, & Cretenſes, mactatu liberorũ Saturnũ placarint: Priſci quoq; Latini, Iouẽ latialem humanis cædibus uenerati ſint. In ſumma alij aliter, ſed tamẽ ſemel ſeſe oẽs & polluebant & polluebantur. Polluebantur enim ipſi quũ cædes facerent: polluebãt uero ſua ipſorũ phana huiuſmodi holocauſtis ac ſuffitu: Hinc iam deinde mala in homines ingẽti numero incubuerũt. Quũ enim uiderent, ſuos deos iſtiuſmodi rebus oblectari, ſtatim eos ijſdem delictis æmulati ſunt, egregiũ facinus arbitrati, ſi exempla eorũ quos ſummos cenſebant, imitarentur: atq; inde factũ eſt, ut ſceleribus homicidiorũ, parricidiorũ, omniumq; libidinũ ſuccubuerint. Nam propemodũ oẽs ciuitates omnib. libidinibus ſcatent ob immanitatẽ morum, quã in ſuis dijs cõſpiciunt. Neq; eſt in hoc genere deorũ, quẽ caſtum appelles, niſi illũ fortaſſe, cuius libidines teſtatæ, & in cõfeſſo habẽtur. Olim certe Phœniſſæ mulieres ante idola proſtituebantur, dedicantes numinibus ſuũ quæſtum, perſuaſæ meretricatu ea propitiari, ac proſperitatem rerum inde naſci. Viri quoq; abdicato ſexu, nec ſe amplius mares eſſe ferentes, mulierũ naturã affectauerunt, tanquã ita honorifica grataq; matri deorũ facturi eſſent. Omnes aũt in turpiſsimis uiuunt, & certamen inter ſe prauitatis ſuſcipere uidentur, & ut dixit ſanctus ille Chriſti miniſter Paulus: Mulieres eorũ mutauerunt Rom. 1 uſum naturalẽ, in eum, qui eſt præter naturã. Itidẽ quoq; & maſculi, omiſſo naturali uſu fœminę, libidine in ſe mutuo exarſerunt, mares in mares turpi- Ibid. tudinẽ patrantes, hæc & huiuſmodi deſignantes, confitentur & oſtendunt deos ſuos hoc genere uitæ uſos fuiſſe. Ex Ioue emi, ſtupra puerorũ & adulteria: ex Venere, meretricatũ: ex Rhea, obſcœnitatẽ: ex Marte, cędes: ex alijs alia huiuſmodi didicerũt, quæ quidẽ ut à legibus uindicantur, ita quicunq; purus & integer eſt, auerſatur. An igitur dij habendi ſunt, qui talia faciunt, ac nõ potius eos dicas ob morũ obſcœnitatẽ brutis magis obbrutuiſſe? an non qui eos pro numinibus colunt, ut quouis pecore magis pecuini miſeratione digni ſunt? Si enim perpendiſſent animę ſuę mentẽ, nõ in has impietates ruiſſent præcipites & uerũ Chriſti patrẽ Deum negaſſent. Sed fortaſſe qui iſtis ſublimiores ſunt & ad rerum naturam admiratione ſtupent, pudefacti redargutionibus abominandorum idolorum, quum reprehendi ab

omnibus

omnibus & facile conuinci queant, ne ipsi quidem id ita esse inficias iuerint, illam tamen opinionem firmam & inexpugnabilem dicent, qua mundo mundióq; partibus cultus ceremoniæq; deferuntur, gloriabunturque quod non saxa, non ligna, non formas hominum & brutorum, uolatilium, aut reptilium, aut quadrupedum, sed simpliciter solem, & lunam, omniaq; cœli ornamenta, tellurem, & uniuersi humidi naturam colant ac uenerentur: & dicent non posse quosquam demonstrare, etiam hos non esse natura Deos, quum omnibus pateat, ea nec inanimata nec irrationalia esse, & humanam conditionem superare, eo quod ipsa in cœlis, illa in terris degant. Operæprecium igitur fuerit, etiam de istis dispicere, scrutiniumq; instituere. Omnino enim & in tuis ratio ueram contra istos refutationem inueniet. Verum antequam id dispiciamus, & demonstrationem auspicemur, sufficere dicendum est, quòd ipsa rerum natura propemodum contra illos exclamat, ostenditq; suum conditorem ac Dominum, & opificem Deum, & omnium regem non esse alium, quàm Patrem Domini nostri Iesu Christi, quem quum auersantur scioli, rerum tamen naturam ab eo conditam pro numine adorant, quanquam & adorant illam ipsam, & confiteantur, quem ipsi propter hanc negant, Dominum. Sic enim pulchrè possunt homines isti, qui ita naturæ partibus admiratione inhiant, ac membra uniuersitatis, numina esse arbitrantur, ex mutuis istarum rerum inter se inopijs, auxilijsq; pudefieri, quippe quæ declarent, & præ se ferant, erga ipsum Patrem Verbi suum conditorem & Dominum esse, ex suo irrefragabili erga ipsum obsequio. Quandoquidem (ut ait diuina lex) Cœli enarrant gloriam Dei, Psal. 18
& opus manuum eius annunciat firmamentum. Fides eius rei non obscura, sed admodum clara ijs, qui non plane oculis mentis capti sunt. Si quis enim per se naturæ partes desumat, & singula seorsum spectet, uel solem per se, uel lunam, aut terram, aut aerem, calida item & frigida, sicca & humida, & eximens ea ab sua inuicem coaptatione, unumquodque per se ac seorsum excutiat: nullum ex omnibus inueniet, quod sibi ipsi sufficiat, sed omnia alieni usus opisq; indiga esse. Sol enim uehiculo uniuersi cœli circumgyratur, & continetur, neque extra ambitum eius unquam consistere potest. Luna autem & reliqua sydera, solis in se auxilia protestantur. Terra rursus sine pluuijs fructus non ediderit, neque pluuiæ sine nubibus in terram descenderint, quinimò, ne nubes quidem sine aere per se uel apparuerint, uel constiterint. Aer quoque non ex se, sed ab æthere calefit: & à sole illustratus, lumen accipit. Fontes porrò & flumina, sine subsidio terræ nunquam fuerint: Terra uerò ex se ipsa fulciri non poterit, sed super aquas consistit: continetur autem & ipsa in medio undecunque quasi colligata. Mare quoque, & qui totum circumfluit orbem, magnus ille oceanus, à uentis rapitur, quocunque uis illorum protruserit. Atque adeo ipsi uenti non in se, sed (secundum disputatores istarum rerum) ex inflammatione, caloréque ætheris in aerem descendente, in aere consistendi locum, naturamq; accipiunt, & per eum ubique spirant. De quatuor porrò elementis, ex quibus corporum natura constituitur, calida (inquam) & frigida, sicca & humida substantia, quis ita animo est stupido,

ut neſciat coniuncta iſta,& ſimul coaptata conſiſtere poſſe:diuiſa autem & ſegregata, iam inde ſibi inuicem exitium, prout quodcp inualuerit, moliri. Calor enim frigore prædominante extinguitur:frigus rurſum uiolentia caloris euaneſcit:ſiccitas quocp per humorem immadeſcit: humor per ſiccitatem exareſcit. Quomodo igitur iſta numina fuerint,quæ alterius opem requirunt? Aut qui par eſt ab illis quicquam poſtulare, quum ipſa à ſe mutuo neceſſaria poſtulent? Si enim ea de Deo ſententia uera eſt, illum nullius indigere,ſed ſibi ſufficere, ſuicp plenum eſſe, & in illo omnia conſiſtere, imò ipſum potius omnibus alijs impertiri: quomodo uel ſolem, uel lunam, aliasue creaturæ partes,quæ tales non ſunt,ſed mutua ope fulciuntur, numina appellari æquum fuerit? Sed fortaſſe diuiſa,& deſumpta per ſe iſta indiga eſſe,uel ipſi quocp confitentur, quũ ipſa demonſtratio ob oculos ſit conſtituta:Sed ſimul omnia conuertentes,& tancp in unum magnũ corpus redigentes,uniuerſum illud Deum eſſe dicent. Quippe in tali rerum omnium uniuerſitate,non amplius illos forinſecus ullius rei indigentes fore. Quod haud dubie ante omnia iſti iactaturi ſunt, qui ſua opinione ſibi ſapientes uidentur,ſed necp hic occaſio defutura eſt qua eos redarguas. Iſtud ipſum enim quod pro ratione allegant,eò magis patefaciet eorum cum magna inſcitia ſuperſtitionem, necp id minus euidenter quàm ſuprà. Si enim ſingula coniuncta totum explent, & totum ex ſingulis conſtituitur: nimirum totum erit partium totum, & ſingula erunt partes totius. Longiſsime abeſt,quàm ut de Deo tale aliquid ſentias. Deus enim totum quiddam eſt,ac non pars aliqua,neque ex diuerſis conſtat,ſed ipſe omnium quæ conſtant, autor eſt. Specta (quæſo) quàm impia de Deo referant, qui iſta loquuntur. Si enim ex partibus conſtituitur, ipſe ſibijpſi omnino diſsimilis apparebit,& ex diſsimilibus habiturus eſt naturæ ſuæ integritatem:nam ſi ſolem illum eſſe dicas, luna eſſe non poterit: ſi luna ſit, terra non fuerit: & ſi terra ſit,mare eſſe non poterit: atcp ita, quaſcuncp partes in manus ſumpſeris, deprehendes abſurditatem huiuſmodi ipſorum dicti, cuius uitium ex intuitu,obſeruatucp humani corporis ſatis apparuerit. Vt enim oculus,auris non eſt:neque auris,manus:neque uenter,dorſum eſt:necp ceruix, pes: ſed unumquodcp iſtorum propriam habet functionem, & ex iſtis diuerſis inter ſe,corpus unum conſtituitur, quæ quum coadunata conſertacp ſunt, habent ſeſe partes pro ratione ſui uſus: ubi diſiuncta fuerint,pro ratione præſentis temporis: quum natura quæ coegit iſta, diſſoluerit, quemadmodum Deus uoluit iſtius conſtitutionis autor. Ita (ſed pace numinis ſit uenia dicto) ſi partes orbis in unum corpus coaptatas Deum appellant, neceſſum eſt ipſum ſibijpſi ex ſeipſo diſsimilem eſſe (ut iam patet) eundemcp rurſus diuidi in partes, ſua ipſorum natura diſpertibiles. Alia quoque ratione (ſi ueritatem obſerues) redargueris illorum in conſtituendo numine uanitatem. Si enim Deus incorporeus eſt,inuiſibilis, intactiliscp natura: qui fit ut Deum corpus eſſe comminiſcantur? aut cur, quæ oculis ſubiecta ſunt,quæcp manibus palpantur, diuinis honoribus colant? Quod ſi ea ratio, famacp de Deo obtinuit, eum ubicp exiſtere poſſe, nihilcp eſſe omnium,quod Deum ſub ſe teneat, ac potius omnia ſub poteſtate illius contineri:

tineri:quur qui creaturam in Deorum numerum referunt,non conſpiciunt eam extra iſtam de Deo definitionem conſiſtere? Sole enim ſub terra agente,lucis conſpectio telluris umbra atq; interuentu adimitur: Lunam autem diurno tẽpore ſui ſplendoris iubare ſol occultat,fructus terræ ſubinde grãdine eliduntur:ignis,ſi fiat aquarum inundatio, extinguitur: hyemem, uer expugnat: æſtas porrò non ſinit uernale tempus ſuos limites tranſire: ipſa quoq; uiciſsim ab autumno prohibetur,ne terminis ſuis exeat. Quòd ſi Dij eſſent, non conueniret, illa à ſe mutuo ſuperari, & abſcondi, ſed ubiq; ſibi mutuo adeſſe, & communes ſimul operationes abſoluere:oporteret noctu, interdiuq; ſolem & lunam ſimul unà cum reliquo ſtellarum choro, par lumen habere,idq; omnibus lucere,omniaq; ab illis illuſtrari:oporteret æſtatem ſimul & hyemem,uer & autumnum abſq; ulla uiciſsitudine ibidem cõſiſtere:oporteret mare fontibus admiſceri, & communem potum hominibus præſtare:oporteret uentorum tranquillitatem, & flatus,eodem tempore fieri:oporteret ignem ſimul & aquam,communem, eundemq; uſum hominibus ſuppeditare:neq; ulla ratione noxa ab illis expectanda eſſet. Si eñ Dij eſſent pro iſtorum opinione,nihil ad noxam,ſed omnia ad utilitatẽ potius agerẽt. Quòd ſi hoc fieri nequit ob ipſorum inter ſeſe hoſtilitatem, qui fieri poteſt,ut illa ſibi inuicem contraria,ac pugnantia,& quæ nulla ratione mutuo cohærere poſſunt, uel numina appellentur, uel ſacrificijs colantur? Quæ inter ſe diſcordem naturam poſsident, quomodo ad aliorum ſupplicationes pacem induxerint, concordiæq; alienæ autores extiterint? Merito igitur neq; ſol,neq; luna,neq; ulla pars mundi,ac proinde multo minus lapideæ aureæq;,aut ex quacunq; denicq; materia imagines,aut ij qui in poetarum fabulis commemorantur,Iuppiter,Apollo,cæteriq; deinceps uera numina extiterint,ut oratio noſtra demonſtrauit, ſed aut mundi partes habendæ ſunt,aut res inanimatæ aut mortales homines fuere. Quamobrem eorũ cultus,& diuinitatis conſecratio non pietate, ſed omni ſuperſtitione ac impietate ſcatet,magniq; erroris eſt argumentum ab unius, & ſolius ueri Dei cognitione,Patris, dico,Chriſti. Quoniam igitur hæc ita cõuicta ſunt, & demonſtrata,quæ uiget apud Græcos,idololatria, quæ omni impietate eſt referta, nec ad cõmodũ,ſed ad perniciẽ humanę uitę introducta:age deinceps (ut oratio noſtra pollicita fuit)demonſtrata impoſtura,peritiores ueritatis ingrediamur,ſpectemusq; ducẽ & opificẽ uniuerſi,Patris Verbũ,ut per Verbum Verbi patrẽ cognoſcamus, ſentiantq; ethnici, quantum ſeſe à ueritate detorſerint. Superiora quidẽ illa nihil eſſe præter uitæ errorem, demonſtratio patefecit:iſta aũt ueritatis uia ad eũ, qui reuera numen habendus eſt, ſcopum oſtendit. Cæterùm ad iſtius rei notionem,& accuratã perceptionẽ, nõ alijs opus eſt, quàm nobis ipſis. Neq;,ut eſt ipſe Deus ſuper omnia,ita quoque & uia,quæ ad illũ tendit,procul,aut foris,extraq; nos cõſiſtit, ſed in nobis ſita eſt,& initiũ eius à nobis inueſtigari poteſt, quemadmodũ & Moiſes docuit his uerbis: Verbũ fidei intra cor tuum eſt. quod & Saluator noſter ſignificauit ac confirmauit,dicens:Regnum Dei intra uos eſt. Quia enim in nobis habemus fidem,& Dei regnum, ideo poſſumus celeriter intelligere, & contemplari uniuerſitatis regem,Patris ſcilicet ſalutare Verbum. Neque

Ioan.1

Exod.8
Luc.17

cauſam

cauſam aliquã prætendant Ethnici, qui idolis ſeruiunt, aut alius quiſpiam te mere ſibi ipſi imponat, quaſi expers iſtiuſmodi uię, ac methodi ſit, ideoq; impietatis ſuę prętextũ inueniat. Omnes enim eam uiã inſiſtimus, ipſumq; iter tenemus: & ſi non omnes ea ire, ſed præterire ſtudeant, eò quòd inde à uitę uoluptatibus abſtrahamur. Quòd ſi ex me percõteris, quæ nam illa ſit uia? dico eam uniuſcuiuſq; animã eſſe, & in anima ipſam mentẽ. Per eã enim ſolum Deus ſpectari, & intelligi poteſt, excepto, niſi ut quemadmodũ Deũ inficiantur impij, ita animã quoq; ſe habere inficiẽtur, idq; quàm meritiſsimò dixerint. Non enim eorũ eſt, qui mentẽ habẽt, eius autorẽ, opificemq; Deũ abnegare. Quòd autẽ quiſq; hominũ mẽtem poſsideat, eamq; rationalem, & id quoq; neceſſum eſt, ut paucis oſtendatur, ob ſimpliciores: cũ non deſint, & potiſsimũ ex hæreticis, qui hoc ipſum inficientur, credẽtes nihil amplius eſſe hominẽ, quàm ſpeciem illã corporis, quæ in oculis apparet: id ideo à nobis fit, ut re demõſtrata, illis ipſis ad clariorẽ idolorum refutationẽ utamur. Principio igitur non tenue quoddã indicium, rationalẽ eſſe animã humanã, collegeris ex diuerſitate quæ illi intercedit cum animalibus, quæ ratione carent. Ideo eñ illa irrationalia natura conſueuit appellare, eò quòd genus hominũ rationale ſit. Deinde illud ad demonſtrationem, nõ uulgare momentũ attulerit, quòd ſolus homo, ea quæ extra ſe ſunt, ratiocinetur, & cogitet: & quæ præſentia non ſunt, animo cõplectatur: & rurſus rationibus alias rationes accumulet, & iudicio, ex cogitatis, quod optimũ ſit, deligat. Nam irrationalia ſola, quæ præſentia ſunt, obtuentur: & ad ea ſola, quæ in oculis ſunt, incitantur, etiamſi poſtea noxã inde ſint habitura. Homo uerò non ad uiſa proripitur, ſed ratione ea, quæ oculis apparẽt, dijudicat. Sub inde igitur incitatus, uincit ratione, & cogitationibus habitis alias ſuperaddit. Ac ſentit quiſq; (modo ueri ſtudio teneatur) aliud eſſe mẽtem, ac plane diuerſum quiddam exiſtere à corporalibus ſenſibus. Ac propterea illa, quæ ſuæ eſt, & peculiaris naturæ, ſenſuum eſt iudex: & quæ illi apprehenderint, ea ipſa diſcriminat, memoriaq; repetit, illisq; quid melius ſit, oſtendit. Oculorum enim ſolũ eſt uidere: & aurium, audire: oris, guſtare: nariũ, olfacere: manuum, tangere: ſed quæ ſpectari, audiri, tangi, odorari debeant, ſenſuum non eſt, ſed animi: ac tale iudicium à mente peragitur. Nam & gladium manus capere poteſt, & os uenenum deguſtare, nec tamen an iſta noceant, intellexerit, niſi mens dijudicet. Videtur autem iſtud (ut rem ſub comparationis imagine contemplemur) aſsimile eſſe teſtudini bene concinnatæ, & muſico perito, qui eam ſcitè teneat. Vt enim in lyra nerui ſinguli habent peculiarem ſonum, hic quidem grauem, iſte acutum, ille intermedium, iſte acutiſonum, alius autem aliũ, ſed tamen ut citra artificem indiſtincta ſit eorũ harmonia, promiſcuaq; cõpoſitio: Tunc enim harmonia ſe prodit, & recta cõpoſitio eſt, quum is, qui lyram tenet, pulſauerit neruos, eosq; concinnè attigerit: Eodem modo ſenſibus in corpore, ut in teſtudine, coaptatis, quũ artifex mens, ducem ſe illis præbet, tum demum dijudicat anima, & cognitũ habet, quid uel agat, uel quid faciat. Id ſolummodo proprium eſt homini, eaq; ratio eſt in hominis anima, qua utendo differt à brutis, oſtenditq; ſe aliud quiddam eſſe, præter ea quæ oculis apparent. Quippe quum homo nõ in-

frequenter

frequenter humi decumbente corpore, ea, quæ in cœlis sunt imaginetur & contẽpletur, ac subinde in ocio, & quiete corporis, atq; adeo in ipso somno intus agitetur, & quæ foris sunt, spectet, peregrè proficiscatur, regiones per ambulet, notis occurrat, ac sæpicule inde fit, ut quid per diẽ ipsi sit euenturum, præsagiat: quæso te, quid nam istud aliud fuerit, si non anima rationalis fuerit, qua homo ratiocinatur, & intelligit quæ supra se sunt? Quin & illud quoq; spectauerit ad plenã refutationẽ eorũ, qui etiamnum sese improbi auertunt ad eam opinionẽ, qua irrationabilitatẽ in homine constituunt, ab illis enim quærendũ, qui fiat, ut corpore mortali secundum naturam, ea, quæ immortalitatis sunt, cogitet homo, ac frequenter mortem gratia uirtutis aduersus se prouocet? Aut quomodo item temporario corpore æterna meditetur, & contemptis, quæ ante pedes sunt, ad æterna desiderium suum intendat? Corpus certè de se nihil tale cogitauerit, neq;, quæ extra ipsum sunt, in cogitationes admiserit, ut est mortale ac temporariũ. Necessum est autem, diuersum id esse à corpore, quod contraria corpori, eiusq; naturam excedentia meditetur. Quid nam igitur illud fuerit, nisi anima rationalis, morti inobnoxia? quippe quæ non foris, sed intus in corpore consistens, quæ ueluti musica lyra, quod melius est, insonat. Aut qua ratione illud fit, ut oculus secundũ naturam cõditus ad uidendum, aurisq; item ad audiendũ, alia auersentur, alia deligant? Quis oculum à uidendo retorquet? aut quis aurem (cuius officium naturale est audire) ab audiendo secludit? Quis gustum (cui ex natura est, ut sapores delibet) sæpe refrenat à naturali impetu? Quis manum natam ad id, ut agat, retrahit à tactu? Quis item olfactum, & ipsum quoq; genitum ad odorandum, auertit ab odoribus percipiendis? Quis ab istis, quæ sunt naturalium functionũ, deterret? aut quomodo fit, ut corpus, quod suæ naturæ est, exhorreat, conuertaturq; ad alterius consilia, & ad illius nutum aurigetur? Hæc enimuero nihil aliud, nisi animam esse rationalem declarant, imperantem corpori. Non enim corpus ad id natum est, ut equitet, sed ut ab alio inequitetur, ac ducatur. Vt neq; equus seipsum subiugat, sed à Domino suo adigitur. Quapropter leges sunt hominibus constitutæ, ut quæ bona sunt, agant, ac mala auersentur. Irrationabilibus contrà animantibus in cogitationem mala non ueniunt, nec ulla censura dijudicãtur, ut quæ rationis, intellectusq; expertia sint. Esse igitur animam rationalem in hominibus, superioribus dictis satis demonstratum arbitror. Quòd autem immortalis sit anima, id quoq; necessarium est cognoscere ex doctrina ecclesiastica, quò cõuinci possit, idola esse tollẽda. Fiet aũt istius rei cognitio propior, & quasi sub manum, ex corporis intelligentia, eiusq; cũ anima diuersitate. Si enim animã aliã esse à corpore, ratio demonstrauit, corpusq; ex natura mortale est: necessum est animã immortalẽ esse, eò quòd corpori similitudine nõ respõdeat. Rursus si anima corpus mouet (ut demonstratum est) nec ab alio mouetur: consequens est, ipsam à se moueri, & postquam corpus terræ inhumatũ est, ipsam rursus à seipsa moueri. Non enim anima est quæ moritur, sed ob eius discessum, corpus moritur. Si igitur illa à corpore moueretur, cõsequẽs esset, discedente motore, ipsum mori. Quòd si anima mouet corpus, multo magis necessum est, sibi seipsam

motricem

motricem esse: & quia à se mouetur, necessarium est, eam post mortẽ corporis uiuere ac superstitem esse. Motus enim animæ nihil aliud est, quàm uita ipsius, ut omnino corpus uiuere dicitur, quũ mouetur, tumq; in morte esse, quum à motu conquiescit. Id uerò ex eius in corpore ipso, actu & facultate manifestè conspicias. Quum enim corpus ingressa est & colligata, non ad corporis exiguitatem contrahitur aut modificatur, sed sæpe corpore in lecto iacente sine omni motu, ipsa suis uiribus excubat, transgrediturq; corporis conditionem, & tanq; peregrè ab eo discedens, manẽs tamen interim in corpore, quæ supra terram sunt, imaginatur & spectat: sæpe quoq; extra terrena corpora Sanctis, & Angelis obuiam tẽdit, & ad eos pertingit, mentis sua puritate freta: Qui fieri poterit, ut eadem non multò magis absoluta à corpore (quum ille, qui eam ita copulauit Deus, uoluerit) habeat liquidiorem immortalitatis cognitionẽ? Si enim antea colligata corpori, extrariam à corpore uitam uiuebat, multo magis futurum est, ut à morte corporis superstitem habeat uitã, quæ in ea nunq; desitura est, idq; eius opera, qui eam ita condidit Deus per suum Verbum Dominũ nostrum Iesum Christum. Ideo emẽ & immortalia & sempiterna ratiocinatur & intelligit, quia & ipsa quoq; immortalis est. Nã ut corpus mortale, mortalia suis sensibus cõtemplatur: ita quoq; immortalia cõtemplantem cogitantemq; animã, necessum est & ipsam immortalẽ esse & perpetuo uiuere, quippe quam immortalitatis cognitiones cõtemplationesq; in ipsa residentes nunquã destituant, ac ueluti incentiua quædam, ac fomenta ei securitatẽ certitudinemq; immortalitatis cõciliẽt. Ideo certè diuinæ contemplationis uim intelligẽtiamq; possidet, ipsaq; sibi ipsi ut uia ac methodus quædam, non aliunde, sed ex seipsa uerbi diuini scientiam apprehensionemq; haurit, ac percipit. Dicimus igitur (ut antea dictum fuit) quod quemadmodũ Deo abdicato inanimata colunt, ita quoq; se animam rationalem non habere arbitrãtes, eam inde mercedem suæ uesaniæ referunt, ut in classe pecudum habendi uideantur, illi ergo ueluti inanimes, & in inanimatis numinis dignitatem statuentes digni sunt miseratione, & quos cupias apprehensa manu in uitam deducere. Alioqui sese mentem animamq; habere cẽsent, & de possessione rationis superbiunt, quod quidem iure faciunt, cur tanq; impotes mentis & rationis sine ratione impetus suos capiunt, & cur quę sapere oportet, non sapiunt, sed se Deo pręstantiores faciunt, ipsi enim immortalem animã habentes, quã non uident, Deũ rebus quæ uidẽtur, & immortalia sunt, assimilant, aut cur non quemadmodum à Deo abscesserunt, ita ad Deum se referũt? Possunt enim sicuti mente auersi alienatiq; sunt à Deo, dum quæ nõ sunt, pro numinibus fingunt: ita intellectu animi sese euehere, & iterum conuerti ad Deum. Reuerti autem possunt, si sordes concupiscentiæ, quas induerunt, abñciant, ac eouscq; se eluant, donec omne, quod alienũ animæ inhæserit, exuant, eamq; ita (ut nata est) præstent, ut in ea Patris uerbum rationemq; (ad cuius similitudinem ab initio conditi sunt) speculari possint. Ad imaginem enim Dei creatus est homo, & ad eius similitudinem genitus, ut docet sacra scriptura, sub persona Dei ita loquentis: Faciamus hominem secundum imaginẽ nostram. Vnde, quum omnem affusam peccatis maculã exterserit, & nihil nisi

Gen. 1

Ibidem

exemplar

exemplar, quod ad imaginẽ Dei cõditum eſt, purum ſeruauerit, merito iam tum in eo, utpote in ſplendorem redacto, quaſi in ſpeculo contemplatur imaginem Dei, Verbum ſcilicet ſiue rationem, uiciſsimq; in ipſo Verbo Patrem (cuius Saluator imago eſt) animo concipit & cogitat. Quod ſi animæ magiſterium non ſufficit, ob ea quæ aliunde mentem obſcurant, impediuntq;, quo minus meliora conſpiciat, eſt tamen illi facultas ex ijs quæ apparent, Dei cognitionem addiſcere, rerum natura ueluti literis per ordinem & harmoniam Dominum ſuum conditoremq; indicante, & altiſsima uoce proteſtante. Bonus enim quum ſit Deus, & hominum amans curatorq; animarum quas condidit, ſed tamen inuiſibilis, & incomprehenſibilis natura & altior omnibus rebus creatis, ut homo in eo cognoſcendo fruſtra laboraret, eo quod ipſe ex non ente ad eſſentiam prodierit, ille autem creatus non ſit, ideo rerum naturam ita ratione inſtruxit, ut quamuis per naturam ſit inuiſibilis, ex operibus tamẽ cognoſci poſsit. Sæpe enim ex operibus cognoſcitur artifex, etiamſi in oculis non ſit. Quemadmodũ referunt de ſtatuario Phidia, quẽ ſua opera ex cõmenſione, & proportione partiũ inter ſe, etiã abſentem, extraq; contuitũ poſitum repræſentarint: ita quoq; ex mundi ordine eius opifex, & conditor Deus intelligendus eſt, tametſi corporeis oculis ſpectari nequeat. Non enim abuſus eſt ſua inuiſibili natura Deus (ne quis hoc cauſificetur) nec ſe ignotũ hominibus prorſus reliquit: ſed (ut dixi) ita inſtruxit rerũ naturam, ut ipſe tametſi natura eſſet inuiſibilis, tamẽ ex operibus ſuis cognoſceretur. Neq;, quod loquor, à me profectũ eſt, ſed ab hominibus rerum diuinarũ peritis accepi, quorum unus eſt Paulus, Romanis ita ſcribens: Inuiſibilia eius ex creatione mundi ipſis operibus intellecta perſpiciuntur. Et Lycaonibus ingenue loquens, hæc uerba pronunciat: Et nos homines ſumus, ijſdem malis uobiſcum obnoxij, euangelizantes uobis, ut à uanis conuertamini ad Deũ uiuum, qui fecit cœlũ & terrã, & mare & omnia quæ in eis ſunt, qui ſuperiorib. ſeculis permiſit omnes generatiões ſuis uijs incedere: quanq; ſeipſum inteſtatũ incognitumq; reliquit, dum benefacit, cœlitus nobis pluuias donãs, & tempeſtates fœcundas, implens alimonia & lætitia corda noſtra. Quis enim cœleſtem ambitũ, curſum ſolis & lunæ, aliarumq; ſtellarũ ſitus, rotationesq; actas in orbem, contrarias quidẽ & diuerſas, ſed tamẽ in diuerſitate illa æqualiter ordinẽ ſuum ſeruãtes, non ſecũ ratiocinetur, illa nõ à ſeipſis creata eſſe, ſed alium eſſe earũ rerum cõditorem, gubernatoremq;? Quis itẽ ſolem conſpiciens, diurno tẽpore exorientẽ, lunam uerò noctu apparentẽ, indemutabili lege pro certo numero dierũ incrementa & decremẽta ſumere, ex ſyderibus alia diſcurrere, ac multipliciter curſus ſuos euariare, alia uerò citra uagationẽ certo modo procedere: nõ animo colligat, omnino eſſe aliquem opificem, qui iſta gubernet? Quis itẽ cernens contrarias inter ſe naturas, coaptatas tamen eſſe, & concordem harmoniam tenere: ueluti quis uidens ignem frigido, & ſiccum humido cõmixtum eſſe, atq; hæc ſibi inuicem nõ reſiſtere, ſed unum quaſi ex uno corpus abſoluere: non ſecũ cogitet, foris & ſeorſim eſſe eum ab iſtis, qui iſta ad hũc modum coniunxerit? Quis oculis uiciſsim animaduertens, hyemem cõcedentem ueri, uer æſtati, æſtatem autumno, eaq; inter ſe contraria: cum aliud

infrigidet, aliud feruefaciat, aliud foueat, aliud corrumpat, omnia tamen ista æqualem innoxiumq; usum hominibus conficere: non consyderet, esse aliquem istis præstantiorem, qui omnibus æqualitatem præbeat, omniaq; gubernet, quanq; sub oculos nostros non ueniat? Quis spectans in aere nubes ferri, & in nubibus pondus aquarum colligatum, non cognitionem concipiat de eo, qui eas res colligauit, cuiusq; iussu hæc omnia fiunt? Aut quis consyderãs ipsam terram natura grauissimam in aqua stabiliri, immotamq; consistere in re suapte natura agitabili, non secum expendat, esse aliquẽ, qui hæc ita disposuerit & fecerit, Deum? Quis rursus uidens suis temporibus terræ fœcunditatem, ac pluuias cœlestes: amnium affluxus, fontium scaturigines, animalium ex diuersis sexibus fœturas: eaq; nõ semper, sed certis temporũ uicibus fieri: In summa quis animaduerso, in dissimilibus, contrarijsq; parem similemq; ordinem ex illis conflari, non animo ratiocinetur, unam esse uim, potentiamq;, quæ ista dispensset, & gubernet? pro cuius arbitrio, omnia ita rite in eo statu perseuerant? Ipsa enim per se nunquam uel constiterint, uel apparuerint, ob mutuam, quæ in illis est, naturæ discordiam. Aqua enim per se grauis est, & deorsum fluit: nubes contra, leues, & ex eo numero rerum quæ agiles sunt, sursumq; feruntur, nihilominus tamen aquam quæ ponderosior est, in nubibus per aerem circumferri. Ac rursus terram omnium grauissimam esse, rursus uerò aquam hac leuiorem, tamen grauius à leuiori portari, nec subsidere, sed terram immobilem consistere. Masculus item non idem est, quod fœmina, tamen in unum conciliantur, unaq; ab ambobus similis animantis procreatio conficitur. Et ut compendio dicam, frigidum calido infestum est, humidum sicco repugnat, ob id tamen postquã conuenerint, nihilo magis inter sese seditionibus laborant, sed ex concordia unum corpus, & rerum omnium procreationem constituunt. Non igitur pugnantia & contraria ex ipsa natura in unum coalescerent, nisi præstantior aliquis esset, & Dominus, qui ea coniungeret, cui & ipsa elemẽta, tanquam ancillæ dominæ suæ obsequentes, cedunt, & obtemperãt. Non enim singula ad suam ipsorum naturam respectantia, cum alijs depugnant, sed eum, qui eos ita coagmentauit, Dominum agnoscentia, concordiam inter se fouent: & naturaliter quidem inter se contraria, gubernatoris tamen uoluntate, in amicitiam conciliantur. Quandoquidem nisi potentioris alicuius iussu, in unum omnia temperatè coaptarẽtur, quomodo grauia leuibus, sicca humidis, rotunda directis, ignis frigido, aut denique mare telluri, sol lunæ, astra cœlo, aer nubibus, uel misceretur, uel coiret? quũ unumquodq; dissimilẽ naturam cum altero sortiatur? Magna enim seditio fieret inter illa, quũ ista incenderent, illa frigefacerent, grauia deorsum, leuia contra sursum cõtenderent, sol illustraret, aer obscuraret. Quin & stellæ inter se seditionẽ agitarent eò quòd aliæ superiorẽ, aliæ inferiorẽ situm haberent, imò uerũ ne nox quidẽ diei cõcederet, sed suũ locũ retinẽs, cũ eo dissidio, pugnaq; decertaret. Quæ si fierent, reliquum esset, ut non mundũ, hoc est digestum quid, sed cõfusionem: non ordinem, sed disturbationem: non stabile quid, sed instabilitatem: non conuenientiam, sed disconuenientiam uideremus. Singulorum enim discordia & pugna, aut omnia prorsus tollerentur, aut sola (quæ uictoria

præua-

prævalerent) ſupereſſent. Et id quoq; uniuerſitatis indigeſtionem cõmonſtraret, quum id quod ſolum unumq; relinqueretur, ab aliorum uſibus ſpoliatum, uniuerſitatem rerum inconcinnam efficeret. Veluti ſi ſolus pes, aut ſola manus reſidua ſit, fieri nequit, ut ſeruetur incolumis corporis forma. Nam qualis (quæſo) mundus eſſet, ſi tantummodo ſol appareret, aut luna duntaxat circumferretur, aut nox ſola, aut dies perpetuus exiſteret? Qualis rurſus harmonia, ſi tantummodo cœlũ ſit ſine ullis ſtellis, aut ſtellæ ſine cœlo? Quid utile, ſi ſolum mare in rerũ natura inueniretur, aut terra ſine aquis alijſq; naturæ partibus iaceret? Quomodo aut homo, aut ullum omnino in terris animal prodijſſet, elementis inter ſe ſeditione ſæuiẽtibus, & uno duntaxat prædominante, neq; tamen eo ipſo ad corporis conſtitutionem ſatis efficaci? Non enim ex ſolis calidis, aut ex ſolis frigidis, aut ſolis humidis, aut ſiccis, aliquid omnino componitur, ita enim omnia omnino incompoſita, inordinataq; eſſent: ſed neq; id ipſum, quod prædominaturum cęteris uideretur, cõſiſtere per ſe, ſine aliorum adminiculo poſſet, ſiquidem ideo omnia etiamnum conſiſtunt, quia non inordinatio, ſed ordo eſt in omnibus: neq; diſconuenientia, ſed conuenientia: neq; rudis indigeſtio, ſed mundus (qui nihil aliud eſt, niſi congruẽs undecunq; diſpoſitio.) Neceſſum eſt igitur reputare atq; cognoſcere eum Dominum, qui iſta in unum coegit, & concentum iſtũ, congruentiamq; iniunxit, qui tametſi oculis non conſpiciatur, ab ordine tamen cõgruentiaq; rerum diſſidentium, eum intelligere poſſumus iſtorum omnium principem, ducem & Regem eſſe. Vt enim ſi uideas ciuitatem ex multis uarijſq; hominibus cõſtantem, paruis, magnis, opulentis, pauperibus, ſenibus, iunioribus, maribus, fœminis, bono ordine rectaq; diſciplina coli: eosq;, qui ibi degunt, tametſi diuerſos inter ſe, animo tamẽ conſentire: neq; opulentiores contra pauperes, neq; magnos cõtra paruos, neque iuuenes contra ſenes inſurgere, ſed omnes æqualitate iuris pacem tueri: ſi hæc inſpiciamus, fieri nequit, quin in mentem ueniat, principis inibi præſentia hanc concordiam foueri, tametſi ille in conſpectum nõ prodeat, quũ immodeſtia pro ſigno habeatur, ſine capite Rempublicam eſſe: ordo autem contra, principis curam moderationemq; demonſtret. Vt enim quũ in corpore, membrorum inter ſe congruentiam uidemus, neq; oculos cũ auribus pugnare, neq; manus contra pedes ſeditionem mouere, ſed unumquodq; proprium perficit negotium abſq; ſeditione: prorſus ex illo ipſo intelligimus, eſſe animam in corpore, quæ iſta ad iſtum modum temperet ac regat, etiamſi illa oculis non pateat: Ita quoq; in uniuerſitatis iſtius ordine & harmonia, neceſſe eſt, ut animaduertamus, omnium iſtorũ principem eſſe Deũ, eumq; unum, & non plures. Nam ille diſpoſitionis ordo, & rerum omniũ conſentiens harmonia, non multos, ſed unum ſibi ducem principemq; eſſe declarat, nimirum Verbum Dei. Non enim, ſi plures eſſent rerum naturæ principes, ſeruaretur eiuſmodi uniuerſitatis ordo, ſed omnia confuſa & inordinata forent propter multos iſtos: cùm unuſquiſq; omnia ad ſuum arbitrium traheret, & cum alieno depugnaret. Vt enim diximus, multitudinem numinum, nullitatem eſſe numinum: ita quoq; neceſſum eſt, multitudinem principum id efficere, ut nullus eſſe princeps uideatur (cùm enim quiſq; al-

terius regnum tollebat, nullus reliquus conspiciebatur princeps) sed interregnū potius sine capite erat. Vbi autē princeps non est, ibi prorsus disturbatio nascitur. E diuerso, in multis ijsq; diuersis, ordinis & cōcordiæ obseruantia, unū quoq; moderatorē ostendit. Vt si quis è longinquo citharā audiat, ex multis & diuersis neruis compositā, & ex ijs concentus harmoniam admiretur, quòd nō solùm grauis suū sonū absoluit, neq; solus acutus, neq; solus medius, sed omnes pariter pari modo inter se consonant, plane ex eo intellexerit, non à seipsa citharā moueri, aut à pluribus pulsari, sed unū esse Musicū, qui uniuscuiusq; nerui uocē, ex arte ad cōcentū harmoniæ misceat, etiam si illū non contueatur: ita quoq; ex consona ubiq; & concinna mundi dispositione, nec superioribus contra inferiora, neq; inferioribus contra superiora insurgentibus, sed omnibus in cōmune unū ordinē conficientibus, consequens est, ut non plures naturæ principes & Reges, sed unū intelligamus, sua luce omnia illustrantē & mouentem. Non enim plures esse mundi Principes & conditores suspicari licet, sed pro religione perfecta ac ueraci, unus tantummodo, rerū natura hoc ipsum declarante, credendus est. Nam certū illud est indiciū, unum esse istius uniuersitatis autorē, quod non multiplex, sed unus perpetuo mundus existat. Oporteret etenim, si plures essent Principes, plures quoq; & diuersos esse mundos. Siquidē par nō est, ut plures unum mundū ædificēt, aut unū à multis ædificari, propter absurda, quæ se inde ostenderent: primū quidē, quòd si à multis fabricatus esset hic mundus, imbecilles fuisse eius fabros, arbitrandū foret, eò quòd multorū opera ad unū opus requisita esset. Et ex eo quoq; argumentū colligeretur minime uulgare imperfectæ uniuscuiusq; ad faciendum scientiæ. Nam si unus idoneus fuisset, non plures aliorū defectū, quasi succenturiati, adimpleuissent. In Deo autē, dicere aliquid esse minus integrū aut perfectum, non solum impium, sed plusquā nefarium est. Quippe, neq; artificem inter homines absolutum dixeris, sed imbecillē, si non solus, sed cū multis unū opus expediat. Porrò ridicula res fuerit, si, singuli quia per se minus poterant, in commune operas suas laboresq; consociasse dicas. Sin ob ambitionē quisq; industriā suam adhibere uoluerit, ne in suspicionē imbecillitatis ueniret, ambitiosam æmulationē in numinibus constitues, rem omnium longe absurdissimam. Quòd si unusquisq; satis idoneus fuit ad uniuersitatis istius architecturam, quis usus in multis? quū unius uis ad omnia sufficiat. Impiū certe pariter & absurdum uideretur unū opus esse, plures aūt & diuersi operatores, quum physicæ rationis sit, unū & singulare si perfectū sit, multiplicato excellētius esse. Id quoq; sciendū, q; si mūdus à multis creatus esset, multiplices quoq; motus haberet, & sibijpsi dissimiles. Quippe, qui ad singulos autores respiciens, diuersas quoq; & dissimiles obiret motiones. In ipsa autē dissimilitudine (ut dictum est antea) denuo resurgeret inordinatio, perturbatioq; uniuersitatis. Quandoquidē, ne nauis quidē à multis gubernata, recte cursum tenuerit, nisi unus gubernator clauū in manus sumat: neq; cithara, si à multis pulsetur, cōcentū ædet, nisi illā artifex plectro feriat. Quapropter, quum una sit rerū natura, unus mūdus, eiusq; unus ordo: unū illius intelligere debemus & regem, & opificē Dominum nostrū. Ideo enim ipse opifex unum

(in

(in uniuersum)mundum condidit,ne de multorum numero multi etiã opi fices exiſtimarentur, ſed ex uno opere, unus quoq; illius autor crederetur. Verum, non quia unus eſt conditor, ideo quoq; neceſſum eſt, ut unus ſit mundus: Poterat enim & alios mundos conſtruere deus:ſed quia unus eſt mundus creatus, neceſſe eſt creatorem eius unum credere. Cæterùm, quis ille ſit (nam id quoq; in primis neceſſarium) iam declaretur, ne ſi quis hac in parte erret, alio credito numine, denuo in eandem ſuperſtitionem quæ nullo nomine ſubnixa eſt relabatur. Arbitror autem,neminen in hac re iam deinceps eſſe ambiguæ mentis. Si enim poeticos deos, deos non eſſe ratio demonſtrauit,& eos,qui res creatas pro numinibus habent,erroris conuicit & omnino gentium idololatriam cultu ueri numinis carere edocuit:neceſſum eſt, prorſus ſublatis aliorum religionibus, apud nos ſolos ueram ſupereſſe religionem, & eum qui à nobis adoratur & prędicatur,hunc ſolum eſſe uerum Deum, ac naturæ dominum, & omnium rerum opificem. At quiſnam is eſt alius,niſi undecũq; ille Sanctus,& excelſior omni creata ſubſtantia,Chriſti Pater, qui ueluti optimus gubernator,ſua ſapientia ſuaq; ratione Domino noſtro Seruatore Chriſto,ea,quę ubiq; ſunt, ſalubriter gubernat ac diſpenſat, facitq; prout ſibi recte eſſe uidetur. Recte autem ſe habent, prout facta ſunt, aut fieri conſpicimus, quia ita placuit illius arbitrio. Nec uideo qui fieri poſsit, ut iſtud non credatur. Si enim irrationabilis eſſet naturæ motus,& temere uniuerſitas iſta raperetur,recte quiſpiam & dictis meis fidem abrogauerit. Sin autem,ratione & arte,& ſapientia conſtãt, atque omni ornatu exornata ſunt,neceſſe eſt,eum qui ſuperincumbat, atq; ita ea inſtruat, non alium quàm Verbum rationemq; Dei eſſe. Intelligo autem rationem, non quæ ſingulis (quum fiunt) implicita eſt & congenita, quam nonnulli etiam ſeminalem conſueuerunt dicere,inanimatam (inquam) illam,& nulla ratiocinatione, nulla mente prædítam, ex arte tantummodo uires capientem,pro artificis (qui rem tractarit) ingenio: Neq; rurſus, qualem habet rationem orationémue rationale genus hominum, quę ſyllabis componitur,& aere exprimitur:ſed boni illius numinis,Deiq; omnium uiuum Verbum, rationemq; intelligo, nimirũ efficacem Deum: qui diuerſus eſt à rebus genitis,& ab iis,quæ ſunt in rerũ natura, proprium item & unicum boni illius Patris Verbum, quod uniuerſitatem iſtam inſtruit & illuſtrat ſua prouidentia, utpote boni Patris bona Ratio: Illa (inquam) quæ mundi ordinem diſpenſauit, illa quæ contraria contrariis coaptans,hanc concinnitatem dedit,quæ ipſa Dei potẽtia,& Dei ſapientia eſt, quæ cœlum uerſat, terram ſuſpendit, eamq; nullius rei fulcro innixam,ſuo nutu cofirmauit. Hac illuminatus ſol,orbem terrarum illuſtrat, luna dimenſum lumen habet, per hanc & aqua in nubibus libratur,pluuiæ hymbresq; in terras fluũt,mare ſuis finibus circumſcribitur, terra omnigenis ſtirpibus læta nitet & effrondeſcit. Quòd ſi quis,nõ habita fide meis uerbis, dubius incredulusq; inquirat,num omnino ſit aliqua ratio in Deo:is ipſe nulla ratione uti,non iniuria cenſebitur. Habet tamen ex rebus quas uidet, certum documentum, omnia ratione & ſapientia Dei conſiſtere, neq; quicquam firmũ eſſe poſſe inter omnia creata,niſi uerbo,rationeq; condita eſſent,hoc

est,ratione diuina (ut dictum est) quæ non ad hominum similitudinem(ut dixi) syllabis cõflatur,sed sui Patris imago indemutabilis existit. Homines enim ex partibus compositi, & ex nihilo procreati, compositam habent & resolubilem suam ipsorum rationem siue orationem:Deus autem,qui est ipsa essentia, nullis partibus coalescit. Quapropter & eius ratio, ipsum esse est,& neutiquam ullis membris coniungitur,sed unus, unigenitusq; Deus ex Patre,ut bonus ex bono fonte scaturiens, omnia ordine cultuq; instruit & continet.Causa uero,ob quam ratio, Dei inquam ratio in res creatas sese immersit,profecto admirabilis est,& de se indiciũ præbet non aliter, quàm decuit rem actam esse. Creatarum enim rerum natura, quia ex nihilo constat, fluxa, imbecillis, & morti obnoxia est, per se iudicata. Deus contra uniuersitatis istius, bonus, & plus quam bonus est natura, ac quia humanus est,nemini unquã inuiderit:liber est enim bonus ab inuidentia: & quia liber, ideo nulli suum Esse inuidet, sed omnia esse & existere concupiscit, ut humanitatẽ suã exercere possit.Animaduertẽs igitur generabilia(quantum pro ipsorum ratione conditioneq;) caduca esse, & dissolutu facilia: ne hoc ipsum paterentur, & in nihilum dissoluta reciderent, non permisit,res æterna sua ratione procreatas, & indita substantia solidatas, pro ipsorum natura ferri ac tempestatibus iactari, ne rursus in periculum non existendi deuenirent:sed ut bonus suo ipsius uerbo,rationeq; (quæ & ipsa Deus est) uniuersa gubernat & constituit, ut rationis ductu,imperio, ac dispositione illustrata natura, firmiter perseuerare posset, utpote quæ in principatũ cõmunionemq; admissa sit eius,qui uere est,& ab eo uim existendi susceperit, ne ea pateretur defluuio essentiæ, quæ alioquin passura esset. Loquor autem de non essendo, nisi ratio illa conseruaret, quæ est imago Dei inuisibilis,primogenitus omnis creaturæ:quia per eum,& in eo consistunt omnia, tum uisibilia, tum inuisibilia,& ipse est caput Ecclesiæ,ut ueritatis administri docent in sacris literis.Ipse igitur omnipotẽs, omnino integer, sanctus, ipsius Dei Sermo & Ratio omnibus incumbens, & ubiq; suas uires explicans,illustrans omnia,tum quæ oculis apparent, tum quę oculos subterfugiunt,uniuersa in se continet & constringit,nihilq; desertum à sua potentia relinquit, sed omnia in omnibus,singula priuatim, publice uniuersa uiuificat,& conseruat,initia elemẽtaq; omnis sensibilis substãtiæ, calida,frigida, humida,& sicca in unum contemperans,sua potentia efficit,ut illa sibi mutuo infesta non sint,sed unam consonamq; harmoniam in commune absoluant:ut neq; ignea cum frigidis,neq; humida cum siccis pugnent, sed ut amica & cognata,& si (quantum in ipsis est) inter se contraria,sunt simul tamen coeuntia,ea quæ oculis subiecta sunt,uiuificent,& corporibus essendi initia præbeant: & huic diuinæ rationi obtẽperãtia, illa quæ in terris sunt, fœcũdent,& quæ in cœlo sunt,constituant.Propter hanc,mare uniuersum & ingens ille Oceanus,intra legitimos fines,suos motus coercet:terra uero quæ aquis demersa non est,uernat,& omnigenis(ut dixi)stirpibus comata frondescit. Et ne in re manifesta,singula recensendo,tempus teramus,nihil est omnium rerum quæ fiunt, quod non in ea, & per eam, & constitutum est & consistit. Quod & Theologus ille dicit: In principio erat Ratio, & Ioan.1

Ratio

Ratio erat apud Deum, & Deus erat Ratio. Omnia per eam facta sunt, & sine ea factum est nihil. Quemadmodum, si Musicus, ubi lyram adaptauerit, & grauia acutis, & media extremis ex arte sua coniunxerit, certum designatumq; melos absoluat: ita quoq; Dei illa Sapientia, rerum uniuersitatem ut lyram tenens, & aeria terrenis copulans, & cœlestia aereis, uniuersaq; cum singulis coaptans, circumagensq; nutu suo ac uoluntate, unum mundum, mundiq; unum ordinem absoluit recte & cõgruenter, ipse quidem immobilis perseuerans apud Patrem, omnia tamen mouet constitutione sua, ut unumquodq; ipsius Patri placuerit. Nam miraculũ diuinitatis in hoc consistit, quòd uno eodemq; nutu omnia simul & nõ per interualla, sed uniuersim cuncta tum recta, tum orbiculata, tum superiora, tum media, tum inferiora, humida, frigida, calida, conspicua, inconspicua circumfert, ac gubernat secũdum uniuscuiusq; naturã. Pariter enim eodẽ nutu ipsius, quę recta sunt, pro sua rectitudine: quæ rotũda, pro sua rotũditate, circumaguntur: quę media, pro loci sui conditione mouẽtur. Quod calidũ est, calefacit: quod siccũ, exiccat, uniuersaq; naturali modo ex istis cõstant & uiuificãtur, & admirabilis quędã & uerè diuina inde congruẽtia perficitur. Et ut exemplo res tanta innotescat: sumamus hæc uerba, tanquam si illa dicerentur de imagine & similitudine ingentis chori. Vt igitur in choro qui cõstat ex diuersis hominibus, uiris, pueris, fœminis, senibus, iuuenib. sub uno præsule & moderatore quisq; (quantũ potest) cantat pro sua natura, ille quidem ut uir, iste uero ut puer, alius ut senex, alius quemadmodum iuuenis, omnes tamen unam & eandem absoluunt harmoniã, uel ut nostra anima eodẽ tempore sensus nostros pro cuiusq; officio exercet, & ad unam rem oblatam simul omnes mouentur, adeo ut oculus uideat, auris audiat, manus palpet, olfactus odores arripiat, gustus delibet, sæpe quoq; interea ne aliæ quidẽ corporis partes in ocio sunt, adeo ut inter ista pedes quoq; obambulent. Vel ut tribus exemplis, quod dicimus, exprimatur: Magna similitudo est istius rei in magna ciuitate & populosa, & in ipso, qui eam condidit, moderatore ac Rege. Vt enim præsentia regis imperãtis simul & ad omnia oculos intendentis, omnes sunt in obsequio, est qui agros colat, est qui ad aquæ ductus aquatũ properet, alius itẽ pabulatũ proficiscitur, alius ad curiã pergit, alius ad concionẽ ingreditur, iudex item ad iurisdictionem, prætor autem ad tutelam curamq; obseruandarum legum se cõfert, opifex statim ad opus tendit, nauta ad mare descendit, faber ad fabrilia negocia, medicus ad curationes suas, architectus ad structuram domus procedit: rursus est qui rus contendit, est qui reuertitur, alij circa urbem uersantur, alij ex urbe egrediuntur, alij eodem sese referunt, eaq; omnia ad præsentiam unius moderatoris & disciplinam fiunt & constituuntur: Ita quoq; omnia in uniuersa rerum natura geruntur. Nam exemplum tametsi minutius sit, maiora tamen inde intellectu assequaris. Vnico enim momento, ad nutum uerbi Dei, omnia simul dispensantur, & quæ cuiusq; sunt, propria fiunt, & ab omnibus simul idem ordo conficitur: Nutu enim & uiribus præfecti moderatorisq; omnium diuini & paterni uerbi, cœlum circumuoluitur, astra mouentur, sol lumen diffundit, luna circumambulat, & aer ab eo illustratur

ſtratur,æther uero calidus efficitur,uenti ſpirant,montes in altũ exurgunt, mare undis criſpatur,quæq; in eo ſunt animalia nutriũtur, terra immobilis permanẽs fructificat,homo fingit̃,& rurſus uiuit,ac moritur:in ſumma,oĩa animãtur & mouent̃,ignis urit,aqua refrigerat,fontes ſcaturiũt,fluuiq; inundant,tẽpora rerũ & horæ ſuperueniũt,hymbres deſcẽdunt, nubes implentur, grandines fiũt, nix & glacies in denſitatẽ coaleſcũt,aues uolitant,reptilia ſerpũt,aquatilia natãt, mare nauigationibus exerceẽ, terra ſeritur & ſuis tẽporibus germinat,ſtirpes creſcunt, & quædã tenera ſunt, quædã matura fiunt,quædã aucta ad ſenectutẽ perueniunt,quædã abolentur, nonnulli gignunt̃,& in lucẽ prodeũt. Omnia iſta,imò plura etiã iſtis(quæ tantæ multitudinis ſunt,ut effari non liceat)mirificũ illud Dei Verbum illuminans & uiuificans,ſuo nutu mouet,& diſpenſat,unum mundũ abſoluens, neq; extra ſe inuiſibiles illas potentias relinquens:nam & iſtas(utpote illarum conditor)cõplexus,unà cum rerũ uniuerſitate in ſe continet ac uiuificat ſuo ipſius nutu ac prouidentia.Neq; eſt quod eius rei incredulitatẽ foueat:ut em̃ illius prouidentia corpora quidem adoleſcunt, anima uero rationalis mouetur,& cogitandi uiuendiq; poteſtatẽ habet(Neq; hoc multis indiget argumentis,nam ante oculos noſtra iſta fiũt) ita rurſus ipſum Dei Verbum, uno & ſimplici nutu,ſua ipſius ui,& uiſibilem mundum & inuiſibiles potentias mouet & complectitur,unicuiq; ſuum officium attribuens,ut diuinæ quidem illæ,diuinitus moueantur:uiſibiles uero,eodem modo quo oculis conſpiciuntur:ipſe interim in omnibus & Dux,& Rex, & Conditor omnium,omnia pro iudicio arbitratuq; ſui Patris agit,modo non per opera ſua(quæ ab ipſo fiunt)docens,ac loquens ex maieſtate & pulchritudine rerum cõditarum proportionabiliter conditorem debere intelligi & æſtimari. Sicuti enim reſpicientibus in cœlum, uidentibusq; ornatum eius & aſtrorum iubar,par eſt,ut ratiocinentur de ratione,uerboq;,quod illa ad iſtum modum ordinẽq; digeſſit:ita intelligẽtibus qualis ſit ratio, ſermoq;, atq; adeo Verbum dei,neceſſum eſt,ut intelligat qualis ſit eius rationis, ſiue ſermonis, ſiue Verbi Pater, unde progreſſus, recte ſui Patris interpres, nunciusq; appellatur:id quod in rebus noſtris quoq; uideas. Si enim oratione progrediente ex homine,fontem eius unde profluxit,mẽtem eſſe intelligimus:ac orationi intendentes,animum(qui illa loquutione ſignificatur)agnoſcimus:quãdo uiuidius excellẽtiusq; ex intuitu uerbi, patrẽ Ver-
Ioan.14 bi intelligimus:ut ipſe Saluator ait:Qui uidet me,uidet & Patrem meum. Hæc quoniam à diuina ſcriptura manifeſtius ac locupletius deprædicantur,ideo & nos ſumpta fiducia,hæc tibi ſcribenda duximus:in quibus ſi ipſe uerſeris,facile meis dictis fidem accommodaris. Sententia enim à maioribus cõfirmata,irrefutabilem habet confirmationem.Nam & olim à principio,ut imagines tollerentur,ſermo diuinus populum Iudaicum hiſce uer
Exo.20 bis præmunitum eſſe uoluit:Non facies tibi idolum,neq; earum rerum ſimulachrum,quæcunq; ſunt uel in cœlo ſurſum,uel in terra deorſum.Iſtam
Pſal.113 autem tollendarum imaginum cauſam aliis uerbis Scriptura declarat:Idola gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum: os habent,&
Pſal.114 non loquentur:oculos habent,& non uidebunt:aures habent, & non audient:

dient:naſum habent,& non olfacient: manus habent & non palpabunt:pe Pſal.113
des habent, & nõ ambulabunt. Neq; item ſilentio præteriit, qua cautione utendum in rerum natura mundiq; partibus, ut qui non ignoraret,quanta in illis pulchritudo eſſet,ne quis illarum uenuſtate ineſcatus,eas iam non,ut opera Dei aſpiceret, ſed ut Deos coleret. Præmunit igitur homines, cautosq; reddidit his uerbis,ne oculis in altum ſublatis,contemplans ſolem & lunam,omnemq; ornatum cœli, errore deceptus ea ipſa adorares, quæ diſtribuit Dominus Deus tuus omnibus gentibus,quæ ſub cœlo ſunt.Diſtribuit autem,nõ ut gentium numina eſſent, ſed ut gentes ex iſtorum uiribus, omnium rerum opificem agnoſcerent,ut ſuperius dictum eſt. Olim autem Iudæorum populus,plenius iſtarum rerum certitudine inſtructus fuit,eò q; non ſolum ex naturę operibus,ſed etiam ex diuinis ſcripturis deitatis cognitionem imbiberat: in uniuerſum tamen omnes homines ab idololatriæ errore, & irrationabili mentis conceptu auulſos cupiens, hæc uerba locutus eſt:Non erũt tibi Dij alij præter me. Non,quòd ſint alij dij,ideo eos prohi Exod.20
bet,ſed ne quis auerſus à uero Deo,ſibi ea quæ non ſunt,in numina conſtituat:qualia ſunt apud poetas & hiſtoricos,quę ut nomen Dei habent,ita re deſtituuntur, ut demonſtratum eſt. Ipſa quoq; forma uerborum oſtendit, eos deos non eſſe,quatenus ad iſtum modum loquitur:Non erunt tibi Dij Ibid.
alij, quod in futurum ſignificationem habet. Quod autem in futurum eſt, tum non eſt,quũ hæc dicuntur. Sed quid? num ſublata uel gentium uel idolorum ſuperſtitione, tacuit diuina ſcriptura ſimpliciter? & ſemel humanum genus ſine diuinitatis intellectu rapi temerè, ferriq; permiſit? minime gentium:imò occurrit huiuſmodi animi cogitationibus, inquiens:Audi Iſrael, Deut.6
Deus tuus, Deus unus eſt. Ac rurſus: Diliges Dominum Deum tuum ex Exod.20
toto corde tuo,& pro omnibus uiribus tuis. Et item:Dominum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies,illiq; conglutinaberis. Quia uerò per omnia in omnia Verbi prudentia & diſpenſatio ab omni ſacra ſcriptura eſt conteſtata, ſufficit ea quæ in præſentia dicta ſunt, ſermoni fidem conciliare, qua uiri in rebus diuinis diſerti dicunt:Fundaſti terram, & permanet: ordinatione tua Pſal.118
perſeuerat dies. Ac rurſum: Pſallite Deo noſtro operienti cœlum in nubi- Pſal.47
bus,præparanti terræ pluuiam, & progerminanti in montibus fœnum, & herbam ſeruituti hominum,tribuentiq; pecoribus pabulum.Per quem autem tribuit? nonne per eum,per quem,ut omnia facta ſunt, ita quoq; omnia ipſius ordinatione prudentiaq; gubernantur? Sed quis nam, quæſo,hic alius,ſi nõ uerbum Dei? de quo & in alio Pſalmo dicitur:Verbo domini cœ Pſal.32
li firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Nam & omnia per eum, & in eo facta eſſe prædicantur, quod & ipſa ſcriptura perſuaſum eſſe nobis uoluit, dum inquit: Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Moſes quoq; in creatione mundi,hanc ſententiam confirmat his uerbis: Dixit deus, Faciamus hominem ſecundum imaginem & ſimilitudi- Gen.1
nem noſtram. Poſtquam enim cœli & terræ & omnium rerum procreationem abſoluiſſet pater, ita locutus eſt: Fiat cœlum, congregentur a- Ibid.
quæ,& appareat arida, & educat terra omnem herbam fœni, & omne animal. Qua in parte increpandi Iudæi, qui ſcripturas peruerſe intelligunt.

Cum

Cum quo,quæso,istic(nam id quæstionis ludæis obñci potest)sermocinabatur Deus? ubi & inter loquendum imperat. Quòd si rebus creandis hoc imperium dictabat, illisq; loquebatur,superuacanea erat istiusmodi sermocinatio,quippe ad eas res habita,quæ non extabant, sed futuræ erant. Nemo enim cum re nihili & nondũ extante, uerba facit. Nemo item ea existere iubet & alloquitur,quæ nondum sunt in rerum natura. Si enim rebus futuris imperauisset Deus,dici ab illo oportuerat: Sis cœlum,sis terra, prodi herba, fias homo. Nunc autem nihil tale loquutus est. Iubet autem his uerbis: Faciamus hominem,prodeat herba: Ex quibus apparet,Deum cum aliquo sibi proximo sermones his de rebus conferere. Necesse est igitur aliquem ei adfuisse,cum quo uniuersa condens, colloquiũ miscebat. At quis ille fuerit,nisi ipsius Verbũ? Cum quo enim Deus uideri possit colloquiũ habere,nisi cum sua ipsius ratione ac uerbo? Aut quis denicq; illi adfuit condenti omnem creabilem substantiam, nisi sua ipsius Sapientia, quæ ita de se
Ioan.5 loquitur: Quum faciebat cœlum & terram,coaderam ei. Sub appellatione autẽ cœli & terræ,omnia quæ in cœlo & in terra genita sunt,complexa uoluit. Præsens autẽ ibi,ut sapientia,ut ratio, Patremq; intuens,omnia instruebat,constituebat,ac dispensabat. Rursus, ut potentia patris omnibus solidítatem existendi tribuebat (quemadmodum etiam à Saluatore dictum est)
Ioan.16 Quæcunq; uideo Patrem facere,eadem & ego facio. Per eum uerò & in eo
Rom.11 omnia facta esse,sacrosancti illius discipuli docent,eumq; esse bonam ex bono stirpem,ac uerum filium. Potentia autẽ patris dicitur,& sapientia,& ratio,non ex eo,quòd aliqua ex parte istarum rerum cõmunionem adipiscatur,aut ista aliunde aduentitia & superuentitia,eius naturam imbuant: quales sunt,qui istarum rerum participes fiunt,ac propterea sapientes,fortes,rationales efficiuntur: sed quòd per se sit ipsissima sapiẽtia illa,per se illa ipsissima ratio ac propria potentia Patris,illa ipsa lux,illa ipsa ueritas,illa ipsa iustitia,illa ipsa uirtus,& character,& iubar,& imago,& (ut compendio dicam) fructus Patris undecunq; perfectus,ac solus Filius, imagoq; indemutabilis Patris sui. Quis igitur,quis (inquam) percensuerit plenè de Patre, ut uerbi eius dotes assequatur? Est enim sicuti Patris ratio, Sapientia: ita quoq; ad creata se demittens & accommodans,fit ad creatoris cognitionem intellectumq; ipsa ex se propiciatio,ipsa ex se uita,ianua,pastor,uia,rex,dux, & in omnibus seruator & uiuificator,lux & prouidentia omnium. Talem igitur bonum,& opificem Filium habens ex se Pater,non illum rebus genitis obscurum occultumq; uoluit, sed quotidie eum reuelat omnibus per omnia, quæ ab ipso constituuntur uitamq; accipiunt, & in eo, & per eum seipsum
Ioan.14 quoq; exhibet,quemadmodũ Saluator ait: Ego in Patre, & Pater in me, ut necessariũ sit, uerbum esse in genitore, & genitũ cum patre suo perennare. Quum hæc igitur ita se habeant, & nihil extra eum sit, sed cœlum & terra, & omnia quæ in ijs sunt,ab illo pendeant: homines tamen stolidi(repudiata illius cognitione & pietate) res quæ non sunt, rebus quæ sunt, antepoſuerunt,& pro uero Deo,ea quæ nulla essent,deos statuerunt,creaturæ potius q̃ creatori seruiẽtes,remq; & stultam & impiam designantes, nõ aliter quàm si quis opera præ opifice admiretur, & ad monumẽta in ciuitate ob-

stupescat

ſtupeſcat, conditorẽ eorum pedibus conculcet: Aut ueluti ſi qui muſicũ inſtrumentum laudibus extollant, concinnatorem autoremq; eius reijciant: ſtolidi nimirum & magnopere oculis capti. Quomodo enim ulla ratione cognouerint aliter aut nauem, aut domũ, aut citharam, ſi non ſit faber naualis, qui operam adhibeat: aut architectus, qui ædificet: aut muſicus, qui concinnet & componat? Vt igitur qui hæc conſiderant, furiunt, imo omnẽ furorẽ tranſcendunt: ita mihi ſani eſſe non uidentur, qui & Deum ignorãt, & uerbum eius non colunt, Saluatorẽ (inquam) omniũ dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum, per quem omnia Pater regit & continet, & totius uniuerſitatis curam gerit: in quem quum tu fidem habeas & amorem, ô Chriſti ſtudioſe, gratulare tibi, & certo perſuadeas, in mercedem emolumentumq; iſtius in ipſum fidei & religionis, immortalitatem & regnum cœlorum tibi deſtinatum eſſe, modo ſecundũ leges illius anima tua exornata fuerit. Vt enim ijs qui ſecundũ illius præcepta uiuunt, æterna uita pro præmio eſt: ita eos qui in diuerſum, & non per uiam uirtutis incedunt, probrum ingens & periculum inexpiabile manet in die iudicij, eò quòd quum cognitam haberẽt uirtutis uiam, contraria his quæ perſpecta ac nota habebant, fecerunt.

FINIS LIBRI CONTRA GENTILES.

SANCTI PATRIS ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE, DE INCARNATIONE VERBI, *eiusq; corporali ad nos aduentu.*



QVVM ſuperius pauca de multis decerpentes, ſed tamen quę ſufficiant, tractauerimus de gentium in idolis colendis errore, deq; earum ſuperſtitione, quæq; illius origo fuerit, & quomodo homines ex ſua malitia cõmenti ſibi ſint idolorum cultum, & pauca per gratiam Dei addiderimus de diuinitate Verbi Patris, eiusq; in omnia cura & potentia, & quod bonus ille Pater Deus per eum omnia digerit, & quòd omnia à uerbo moueantur, & in eo uiuificantur: Age, deinde mi Macari & uerè Chriſti amator, de pia, bonaq; fide, etiam de incarnatione VERBI, & de diuino eius aduentu pauca quædam declaremus: Id quod Iudæi quidem calumnijs, Ethnici uerò ludibrijs inſectantur: nos uerò adoramus, ut ex humilitate uerbi qua apparuit, maiorem adhuc, uehementioremq; pietatem concipias. Quanto enim maioribus ſannis apud infideles iactatur, tanto ille maiora documenta teſtimoniaq; ſuæ diuinitatis præbet, quum ea quæ mortales, ut impoſsibilia, non aſſequuntur, ipſe poſsibilia oſtendat: & quæ ut fœda aſpernantur, ea ſpecioſa ſua diuinitate reddat: & quæ docti uiri ut humana irrident, ea ſua ui diuina eſſe demonſtrat: dumq; ſpeciem idolorum omnium magnificam, utilitate ſua in qua eſſe putabatur, per crucem ſubuertit, eosq; qui & irridebant, nec fidem habebant, clàm

in ſuam

in ſuam ſententiam trahit, ut eius & diuinitatem & potentiam agnoſcant. Verum ad iſtarum rerum explicationem, non inutilis fuerit ſuperiorum dictorum tenax memoria, ut corporeæ iſtius apparitionis cauſam, qua uerbū patris tale ac tantum, ſeſe manifeſtauit, rectius cognoſcere & intueri ualeas. Sed uide, ne pro conditione ſolitoq; more naturæ, Saluatorem noſtrum, corpus geſtaſſe arbitreris: ſed potius eum, quum natura incorporeus eſſet, ac ratio ſui patris, ſtudio noſtri, patrisq; in nos beneuolentia, ob ſalutē humani generis, ipſum ſeſe in humano corpore exhibuiſſe. Conuenit autē nobis (qui de tanto negocio narrationem inſtituimus) prius de uniuerſa rerū natura, naturæq; opifice mentionem facere, ut ita naturæ inſtaurationem, à uerbo ipſius ab initio autore & conditore factam, digne riteq; contemplari poſsimus. Nihil enim in eo contrariū uidebitur, ſi, per quem rerum naturam condidit pater, per eundem quoq;, eam incolumem & ſaluam præſtet. Opificium mundi & uniuerſitatis creationem, multi multifariam tractauere, & quiſq; prout ipſi libuit, ita quoq; rem deſcripſit: Aliqui enim ſponte & fortuito omnia nata eſſe prædicant (ut Epicurei, qui uniuerſitatis rerum per ſe nullam eſſe prouidentiam fabulantur) plane contra rem manifeſtam oculisq; ſubiectam, uerbis obgannientes. Si enim (ut ipſi uolunt) omnia ſine prouidentia exorta ſunt, oportuit omnia ſimpliciter exoriri, & ſimilia eſſe, neq; ullo modo differre, ac in toto mundi iſtius corpore nihil, niſi uel ſolem duntaxat, aut lunam eſſe: atq; itidem in hominibus nihil aliud exiſtere, niſi uel manum tantummodo, uel pedem, uel oculum. Nunc aūt ita non fit. Videmus enim aliud ſolem, aliud lunam, aliud terrā eſſe. Et in humanis corporibus, aliud pedem, aliud manum, aliud caput exiſtere. Cæterū iſtiuſmodi ordo documento eſt, non ſponte res creatas prodiiſſe, ſed cauſam effectricem præceſsiſſe, ex qua diſpoſitorem autoremq; omniū Deum intelligas. Alij (inter quos eſt Plato) ex præexiſtente ingenitaq; materia feciſſe Deum uniuerſa, arbitantur: Non enim Deum quippiam poſſe, niſi illi prius ſubiecta ſit materia, eadem ratione qua & fabro lignum ſuppeditari oportet, ut fabricari poſſet. Atqui non ſentiunt, qui iſta loquuntur, ſe Deo imbecillitatem iniungere. Nam ſi materię autor non eſt, ſed ea ſubminiſtrata res creandas producit, imbecillis reperitur, quum citra materiem nihil eorū quæ fieri debent, poſsit condere: Quemadmodū certe fabri imbecillitas in eo eſt, quòd nihil poteſt rerum neceſſariarū ſine lignis in opus conficere. Quòd ſi iuxta conceſsionē iſtius ſententię, ſine materia nihil Deus creaturus fuiſſet, qui illi cōpetit nomē fictoris & cōditoris, quū aliunde acquirat, ut condere poſsit, nimirū ex materia? Eritq; pro illorum opinione, ſi talis ſit Deus, non conditor rerum, ſed artifex: quum in ſubiecta materia, cuius ipſe non eſt autor, opus ſuum explicet. Omnino enim conditor non appellabitur, qui materiam non condit, ex qua creaturæ conſtituuntur. Hæretici porro aliū ſibi opificem rerum fingunt, extra Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, magnopere in rationibus ſuis cæcutientes, quum Dominus ad Iudæos loquatur: An neſcitis, quòd ab initio ille qui conditor eſt, marem & fœminā eos creavit, & dixerit: Ea de cauſa relinquet homo patrem & matrem ſuam, & coadglutinabitur uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Deinde indicium ad

Gen 2 ibid.

iunxit

iunxit, quis nam ille cõditor esset, quum ait: Quod igitur Deus coniunxit, homo ne separet. Quomodo igitur isti nouam alienamq; à Patre procreationem rerum inducere poterint? Si secundum Ioannem Euangelistam nihil non sub istis uerbis cõplectentem: Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est, quomodo alius fuerit opifex præter Christi Patrem? Talis est istorum hominum nugatio: sed enim diuina institutio, & fides secundum Christum eorum delyria, ut impietatem ac sacrilegium quoddam execratur. Quę uniuersitatẽ rerum, non sponte, ne sit prouidentia destituta: neq; ex præsuppeditata materia, ne Deus sit impotens: sed ex nihilo, ac prorsus nusquã extãtibus Deum Patrem per Verbũ suum fecisse agnoscit, quum ad istum modum loquatur per Mosen: In principio fecit Deus cœlum & terram. Ex utilissimo pastoris libro, primum crede unum esse Deum, qui condidit omnia & absoluit, fecitq; ea, quæ non erant, ut essent. Quod & Paulus indicat his uerbis: Fide intelligimus, uerbo Dei perfecta esse secula, & ex non apparentibus prodñsse, ea quæ nunc apparent. Deus enim bonus est, uel potius fons bonitatis. Bonus autem, nullius rei inuidia tangitur: unde nulli essentiã inuidens, ex non entibus uniuersa creauit, per suũ Verbum Dominũ nostrum Iesum Christũ, inter quæ, præ omnibus humanũ genus misericordia prosequutus est: Animaduerso em̃ eos conditione suæ naturæ perpetuo subsistere nõ posse, maius quiddã illis elargiturus non simpliciter, sicut reliqua in terris animantia, quæ bruta sunt, humanum genus creauit, sed ad suam ipsius imaginem illud effigurauit, deditq; illis suæ rationis dotem, ut ueluti umbras quasdam ac lineamenta rationis possidẽtes, rationalesq; effecti, perseuerare possent in beatitudine, uiuentes ueram, & re uera Sanctorum in paradiso uitam. Animaduertens rursum arbitrium delectũq; hominis utroq; uergere, maturè hanc gratiam quam ipsis dederat, legis & loci præsidio cõmunitam uoluit. Introduxit igitur eos in suum ipsius paradisum, edictumq; præscripsit ut si gratiam illam cõseruarent probiq; permanerent, fruerentur in paradiso sine mœrore, sine dolore, sine anxietate hilarissima uita, prẽter etiã id, quod ipsis in cœlo immortalitas destinata erat. Sin autem præuaricationẽ facerent, & ad improbitatẽ auerterentur, cognoscerent se per mortem pro ipsorũ natura corruptionẽ subituros, neq; uicturos in paradiso, sed extra paradisum post modũ morituros, & in morte corruptioneq; permãsuros esse. Id autem & Scriptura his uerbis significauit ex persona Dei: Ex omni ligno, quod est in paradiso, comedetis, de ligno autẽ scientiæ boni & mali ne comederitis. Quacũq; autẽ die comederitis, morte moriemini. Quid hoc aliud (quæso) nisi non solũmodo eos morituros, sed etiam in mortis corruptione permãsuros esse? Sed fortasis admireris, quur proposita mẽtione de incarnatione Verbi, nũc de principio hominum uerba faciamus. Verũ id non alienũ est à scopo institutæ orationis. Necesse est enim, nobis disserẽtibus de Saluatoris nostri ad nos aduẽtu, etiã differere de hominũ principio, ut cognoscas, nostrã culpã illi dedisse occasionẽ ut descenderet, nostrãq; præuaricationẽ Verbi Dei humanitatẽ elicuisse, ut ad nos cõtenderet, & inter homines appareret Dominus. Illius em̃ incorporatiõis nos causam dedimus, &

Matth. 15

Ioan. 1

Gene. 1

liber pastoris.

Heb. 11

Gen. 2

ob noſtram ſalutẽ ita humanus extitit,ut in humano corpore & eſſe uellet & appareret. Ad iſtum igitur modum Deus hominẽ fecerat, & in incorruptibilitate perſeuerare uolebat: homines autẽ cõtra,ſpreta reiectaq; Dei cognitione,excogitatis praua ſua ratione malis(ut ſuperius dictũ eſt) prædenunciatã mortis cõdemnationẽ acceperũt: neq; iam inde (quales cõditi erant)remãſere: ſed pro ipſorũ rationib.cogitatiõibusq; corruptelã uitiũq; cõtrahebant,& ſub mortis imperio detinebãtur,eò q; præuaricatio mãdati,illos ad ueterẽ naturę conditionẽ retraheret: ut quẽadmodũ ex non entibus creati erãt, ita eſſendi perniciem interitũq;, progreſſu tẽporis ſuſtinerent, idq; non immerito. Quũ enim naturã aliquando nõ exiſtendi habuerint,tamen ad ſuum eſſe ſunt reuocati Verbi Dei prẽſentia,cõſequens erat, ut ĩjdem illi euacuati cognitionis de Deo, & in non entia auerſi (mala enim non entia dicẽda ſunt,bona autem entia, ut quę uerum Deum autoremq; ſui habeant)ſempiterna quoq; illa eſſendi natura exuerẽtur: quod nihil eſt aliud quàm ut diſſoluti,in morte & putrefactione permanerent. Eſt emẽ homo ſecundũ naturam, mortalis, ut qui ex non entibus creatus ſit: attamen ob eius cum Deo ſimilitudinẽ, retudiſſet ſuam naturalem corruptiõnem, incorruptibilisq; permanſiſſet, ſi eam ſimilitudinem Dei cognitione integram incolumemq; ſeruaſſet. Quemadmodũ ipſa Sapientia dicit: Attentio obſeruatioq; legũ, cõſtabilitio eſt incorruptibilitatis. Atq; ita incorruptibilis redditus,uixiſſet ut deus, quemadmodũ alicubi ſuis uerbis indicat Scriptura: Ego dixi, Dĩj eſtis, & filĩj Excelſi omnes: uos autem ut homines interitis, & ut quiſpiã de principibus caditis. Siquidem Deus non ſolum nos ex nihilo fecit,ſed & uitã, qua ſecundũ Deũ uiueremus, nobis largitus eſt,Rationis beneficio. Hoĩes cõtrà auerſi ab ęternis, & ad corruptibilia cõſilio diaboli cõuerſi,ſibi ſuæ corruptiõis(quę in morte ſpectat)autores fuere. Nã quãquã eſſent(ut dixi)ſecundũ naturã corruptibiles,gratia tñ participatæ ratiõis,uitiũ illud naturæ elapſuri fuiſſent,ſi modo probi mãſiſſent. Propter enim ipſis cohęrentẽ coniunctãq; rationẽ, naturalis illa corruptio ad illos acceſſum non habuiſſet,ſicut ſcriptura dicit: Deus hominem cõdidit ad immortalitatem,& ad imaginem æternitatis ſuæ: uerum inuidia diaboli factum eſt,ut mors orbẽ terrarũ inuaſerit: quo ueniẽte iam hoĩes mori cœperũt,tãtoq; magis corruptio deinceps cõtra eos inualuit,quãtò leuius eſt illis uiſum,in præuaricando mandato numinis cõminationes ſuſtinere, quippe qui in delictis intra certos terminos non cõſtitere,ſed paulatim magis ac magis ad ulteriora tendẽtes,ad immẽſa ſcelera procurrerũt. Statim enim ab initio inuentores malitiæ,mortẽ & perniciẽ ea re aduerſus ſeſe prouocauere. Tãdem ad iniuſtitiã delapſi,ac omnem iniquitatẽ trãſgrediẽtes, nullibi fixis ueſtigĩjs,ſed noua nouis accumulãtes, in patrãdis ſcelerib.ſatiari nequiuerũt. Etemẽ adulteria,& furta erant ubiq;: cędibus & rapinis plena erat uniuerſa terra,iuris legũq; nulla ratio,ſed circa iniurias ſtupraq; omnis cura: Omnia autẽ ſcelera,publice priuatimq; ab omnibus perpetrabantur: ciuitates contra ciuitates bella ſuſcipiebant: gentes aduerſus gentes incitabant: diſſectus erat uniuerſus orbis ſeditionibus & pugnis, unoquoq; pro uirili in faciendis iniurĩjs operã nauante. Neq; longe ſeiuncti erant à rebus

Sap.18

Pſal.81

Gen.1

inna-

innaturalibus,sed ut dixit Christi ille testis Apostolus:Mulieres eorũ mu- Rom.1
tauerũt naturalẽ usum,in eũ qui erat præter naturã.Itidẽ & uiri,omisso na- Rom.1
turali usu fœminæ,libidine exarserũt in se mutuo,mares in mares turpia de
signantes,& mercedẽ pensatricem(quæ debebatur errori ipsorũ) in seipsis
recipientes.Ob ista magis ac magis inualescẽte morte,ac corruptione con-
tra homines perdurãte,genus quidem hominũ extinguebatur: ipse autem
ille rationalis & ad imaginẽ creatus homo obliterabat̃,& opus illud à Deo
factũ simul interibat,& mors(ut iam prædixi)ex lege uim suam contra nos
obtinebat,nec ulla spes erat effugiẽdæ legis, quia ea à Deo ꝓpter præuari-
cationẽ lata erat,fuitq́ ea res plane absurda & indecora.Absurdũ em̃, Deũ
in suis uerbis mentiri,si(quum lege statuisset morte moriturum hominem,
quandocunq́ mandatum præuaricaretur)mortem tamen post præuarica-
tionem effugeret,nec uerbis illis adstringeretur.Nõ enim uerus Deus fuis-
set si(quũ dixisset nos perituros)non perꝛisemus.Indecorum rursum erat,
eos,qui semel creati erãt rationales,& ipsius rationis participes facti pariter
extingui, & denuo ad non existendi naturã per corruptionẽ reuolui.Id e-
nim indignũ erat bonitate Dei,si quę ab ipso creata essent,in interitum abi
rent,ob diaboli aduersus homines fraudẽ. Quin imò, indecentissimũ erat,
dei artem in hominibus extingui,uel per ipsorũ incuriam,uel per dęmonis
impostură.Pereuntibus igitur rationalibus hominibus,unáq́ cum illis tan
to opificio abolescente,quid(quæso)Deum,qui bonus erat,oportebat fa-
cere? permitteret ne corruptionẽ contra eos uim suã habere, ac mortẽ ipsis
dominari? Ad quid necessum fuit,eos uel semel creari:præstabat eos nõ ge
nitos,q̃ genitos neglectui dari,& intercidere.Nã ex istiusmodi incuria ma
gis imbecillitas dei,quã bonitas appareret, in sinẽdo opꝰ suũ perire,q̃ si nũ
quã cõdidisset hoiem. Si enim nũquã hoies cõdidisset, nemo imbecillitatẽ
in eo suspicaretur. Vbi autẽ eos condiderat,& esse uoluerat:absurdũ inde-
corũq́ erat,eius opera interire,idq́ potissimũ sub ipsius opificis cõspectu.
Non igitur fas erat ita apparere,quasi ipse sineret hominẽ corruptioni man
cipari, quia id indignũ ac minime cõueniens diuinę bonitati. Vt igitur par
erat istud in contrariũ fieri:ita è diuerso,magna cũ ratiõe obstabat lex,quæ
de hominũ interitu promulgata fuit.Absurdũ quippe erat,ob nostram u-
tilitatẽ perdurationemq́,Deũ ueritatis patrem,mẽdacem uideri. Quid igi
tur ea in re factũ oportuit,aut à numine agendũ erat? Pœnitẽtiam ne super
præuaricatione ab hominibus exigeret? id enim Deo non indignũ cẽsueris
dicẽs,q̃ quemadmodũ ex præuaricatione, corruptio nata esset:ita ex pœ-
nitentia,incorruptibilitas renasceretur.Atqui ista pœnitentia nõ ex æquo
& bono cum Deo egisset.Nam ne sic quidem ille uerus fuisset, si non per-
petuo mortales in mortis detentione permansissent.Pœnitentia enim rem
à sua natura non abducit,sed solũmodo cessationẽ in peccando facit.Quo-
circa,si duntaxat peccatum fuisset,nec corruptio subsecuta esset, pulchrè se
haberet ipsa pœnitentia.Sin aũt ideo hoies,quia præuaricatio iam anteces-
serat,sub ea,quæ est cõtra naturã corruptione detinebãtur,gratiãq́ imagi-
nis in se perdiderãt:quid(quæso)aliud decuit fieri,aut cuius opera ad recu-
perandã istam gratiã requirebatur,nisi solius Verbi,quod ab initio omnia

ex nihilo condiderat? Eius enim fuit, id quod corruptibile erat, iterū ad incorruptibilitatē reducere: & pro omnibus, id quod æquū rationiq; consentaneū erat, Patri pręstare. Quū enim Patris sit ratio, & supra omnes, meritò etiā solus omnia recuperare potuit: & idoneus fuit, qui pro omnibus pateret ac apud Patrem intercederet. Hac igitur de causa incorporalis illa & incorruptibilis numinis Dei ratio (siue id Verbū appellare mauis) ad nostrā regionem accessit, non quidem antea inde longinquus (nihil quippe ab eo uacuum relinquitur in rebus creatis, quū omnia omnino impleuerit sua patrisq; sui præsentia) sed eatenus accessit, quatenus se sua humanitate ad nos demiserit, seq; ipsum exhibuerit. Ibi quum uideret rationale genus oppetere, & mortē ui efficaciaq; corruptionis tyrannicè dominantē, minasq; pœnarū, quibus præuaricatio denūciata fuit, hāc corruptionē in nostram perniciem potenter stabilire: simulq; conspiciens absurdū esse legem (antequā impleretur) abrogari: & sua quæ ipse architectatus esset aboleri, hominūq; ingentia scelera cōtra ipsos in immensum crescere, ac pariter omnes homines morti obnoxios detineri, misertus generis nostri, indolensq; nostrā imbecillitatē, demisit sese ad nostram corruptionē, non passus ulterius mortis tyrannidem, ne quod creatum esset, occumberet, aut Patris sui opus in formando homine, ociosum uanumq; redderetur: sibi igitur corpus desumit, idq; à nostro corpore non alienum. Neq; simpliciter uoluit in corpore cōsistere, aut nudā sui præsentiam exhibere, quippe penes quem erat, si ita placuisset, sese oculis exponere, & per aliud quippiam quod præstantius esset, diuinū suum aduentum ostendere, sed nostrum corpus assumpsit, idq; non quoduis, sed quod purum ex illibata impollutaq;, ac uiri nescia uirgine, incōmixtile prorsus citraq; rudimenta Veneris coalescceret. Ipse enim, ut rerū conditor, id poterat, & quod poterat, fecit, sibiq; in uirgine corpus, hoc est, templū ædificat in peculiare instrumentū, quo se cognitū redderet, eiq; ut domicilio inhabitauit. Atq; ita à nobis simili corpore mutuato, eò q; omēs mortis corruptioni obnoxij essemus, pro omnibus idipsum in mortē deditum Patri suo sacrificauit, atq; in ea re perquā humaniter egit, tū ut in ipso, omnibus moriētibus lex de corruptione hominū soluerēt, utpote omnib. quæ illius potestate permissa fuere in dominico corpore cōsummatis, oiq; aditu eius, ad hoīes per Filiū Dei eiusdē similitudinis intercepto, tum ut homines ad corruptibilia auersos ad incorruptibilitatē cōuerteret, & à morte in uitā corpore suo quod propriū sibi fecit, reuocaret, resurrectionis gratia mortē in illis quasi stipulā in igne cōsumens, atq; è conspectu auferens. Cū enim certū haberet Verbū Dei, corruptionē non aliter in hoībus desiturā esse, nisi omnes omnino morerent, & se mortis capacē non esse, ut immortalem & Patris Filiū, ideo corpus, quod mori posset, sibi assumit, ut illud rationis particeps factū, pro omnibus morti ad plenā satisfactionē sufficeret, & tamē ob Verbū rationēq; Patris inibi inhabitantē, incorruptibile perseueraret, quò ita in posterū corruptio in omnibus per resurrectionis gratiā desineret: ideoq; ueluti hostiā ab omni macula liberam ipse sibi corpus desumens, offerensq; in mortē, ab omnibus statim sui similibus, rei persimilis oblatione mortē amolitus est. Quum enim esset prę omnibus Ratio ipsius

Dei

Dei,iure ſuum templum & corporale inſtrumentũ,ut obſidem uicariamq́ animã morti ſiſtens ad immolationẽ, expleuit id quod mortis rationibus ab omnibus debebatur,hoſtimento pẽſitationeq́ rei conſimilis, omnesq́ incorruptibilis Dei incorruptibilitate ueſtiuit,datis in futurum de reſurrectione promiſsis.Iam inde enim corruptio illa quæ in morte ſita eſt locum nullum in hominibus inuenit:propter eum qui per domiciliũ corporis in hominibus inhabitat. Vt enim magno rege in magnam urbem ingreſſo, ibiq́ domiciliũ ſibi deligente,prorſus huiuſmodi ciuitas in magno honore eſt,neq́ uel hoſtis uel latrones in eam populationes tentare audẽt,quin potius eam ſumma obſeruatione colunt,eò q́ rex ibi uel unicas ædes inhabitet:idem quoq́ euenit in regum omniũ Rege. Quũ enim ille acceſsiſſet ad noſtrã patriam,ac domicilium ſibi in ſimili noſtriq́ generis corpore cõſtituiſſet,ſtatim ab illo tẽpore omnes contra eam inſidiæ hoſtiũ ceſſauere, mortisq́ extrita eſt putrilago,quę olim cõtra mortales inualuerat.Periſſet enim plane mortale genus,niſi omniũ Dñs & Saluator, Dei Filius pertendiſſet ad extrema mortis. Decebat autẽ reuera uel in primis hoc magnificũ opus diuinam bonitatẽ.Si enim Rex munitionẽ,aut oppidũ, cuius cõdendi ipſe autor fuit,nequaquã negligit,quomodo id incolarũ incuria eò deuenerit,ut hoſtium oppugnationes ſuſtineat,ſed ut opus ſuũ aſſerit & liberat,nec tam ad incolarũ negligentiã,q̃ ad id quod ſuam maieſtatem decet. Quãto igitur rectius ab undecũq́ illius boni Dei Patrisq́ Ratione ac Verbo actũ eſt,q́ genus hominũ à ſe conditũ,& iam in tabem deductũ, nequaquam cõtempſerit,ſed mortẽ quæ ſuperinciderat, immolatione ſui corporis aboleri curauerit,hominũq́ negligentia per ſuam doctrinã caſtigata,uiac uirtute,omnia quæ hominũ erant,inſtaurarit.Cæterum hæc quæ de Saluatore loquimur per miniſtros Saluatoris,rerum diuinarũ peritos confirmata uideas,ſi modo in illorũ ſcriptis uerſeris,quũ dicunt:Dilectio Chriſti conſeruat nos,ſi ita cenſeamus, uno pro omnibus nobis mortuo, cæteros nos omnes mortuos eſſe.Atq́ ideo eum pro omnibus mortuũ eſſe,ut iam nõ nobis nos, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſſet & reſurrexiſſet, dño noſtro Ieſu Chriſto uiueremus.Et rurſum : Hunc quidẽ paululum inferiorem Angelis uidemus ob paſsionẽ mortis, gloria tamẽ & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus guſtaret mortẽ.Deinde cauſam (cur non oporteret alium quã Dei Verbũ hominẽ fieri)his uerbis indicat:Decebat enim eum,per quẽ omnia,& ex quo omnia,multos filios in gloriã adducentem, cum princeps autorq́ eorũ ſalutis eſſet,paſsionibus cõſummari. Verba autem iſta hoc ſibi uolunt:non alterius fuiſſe,à corruptione quę iam incubuerat,homines recipere,niſi Dei,qui eos ab initio condiderat. Quòd autem, ut uictima eiuſdem corporis ſibi ſuppeteret,corpus iſtiuſmodi ſibi aſſumpſerit,etiam id quod ſuis uerbis produnt.Poſtquam igitur pueruli participes erant ſanguinis & carnis, ipſe quoq́ itidem earũdem rerum particeps factus eſt,ut per mortem eum exhauriret,qui imperiũ mortis habebat, hoc eſt, diabolum, & liberaret illos, quotquot formidine mortis per omnem uitã obnoxij erant ſeruituti. Immolatione enim ſui corporis, & legi nobis infeſtæ finem impoſuit,& primordiũ uitę nobis renouauit ſpe reſurrectio-

2.Cor.5

2.Cor.5

Heb.2

nis nobis data. Quãdoquidẽ ex hominib. aduersus homines uires suas col
legerat mors, ideo rursus per hominis naturã à Verbo dei susceptã, mortis
Rom.3 dissolutio facta est, & uitæ resurrectio, dicẽte Apostolo: Quando quidẽ em̃
1.Cor.15 per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ. Et quemadmodũ
in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo omnes uiuificabũtur: & cętera
quæ sequũtur. Nõ enim iã amplius ut cõdemnati morimur, sed ut excitãdi,
cõmunẽ omniũ resurrectionẽ expectamus, quã suis tẽporibus exhibebit is
qui eã elaborauit & largitus est Deus. Hæc igitur prima Dominicæ incar-
nationis causa. Cæterũ Dei ad nos aduentũ bona ratione procuratũ fuisse,
uel isthinc cognoueris: primũ, q̃ Deus omniũ potens, quũ in creãdo huma
no genere per Verbũ suũ, intueretur imbecillitatẽ naturæ nostræ, & q̃ ea
nõ sufficeret ad cognitionẽ opificis sui, & q̃ uix quippiã de eo intelligeret,
eò q̃ ille ingenitus, ipsa uero è nihilo prodijsset: ille incorporeus, ipsa ex in-
feriori parte corpore cõstaret: magnãq̃ esse rerũ genitarum impotentiã, ad
genitoris potentiã intellectũq̃ notitia assequendã: misertus nostri generis,
quia bonus est, nõ reliquit hominũ genus uacuũ destitutũq̃ sui intelligen-
tia, ne illis sua existendi natura inutilis redderet. Quid em̃ (quæso) cõmodi
rebus creatis, si nõ cognoscãt suũ creatorẽ? Aut q̃modo rationales essent, si
nõ cognoscãt Patris Rationẽ, cuius opera creati sunt? Nihil siquidẽ à brutis
differẽt, si nihil magis, q̃ terrena intelligãt. Aut cur ita deus eos cõdidisset,
si ab illis cognosci nõ affectabat? Quamobrẽ ne hoc fieret (quũ bonꝰ esset)
suã imaginẽ Dñm nostrũ Iesum Christum illis impertitus est creauitq̃, illos
secundũ suã ipsius imaginẽ & similitudinẽ, ut per eam gratiã, imaginẽ, nimi
rum Patris Rationẽ agnoscẽtes, etiam ad Patris intelligentiã cõtenderent,
quo ita cognito suo creatore, uerè beatã & felicẽ uiuerẽt uitã. Verum stulti
ex negligẽtia tantę ipsis impensæ gratiæ, miris modis sese à Deo auerterũt,
mentesq̃ suas quasi luto contaminarũt, ut nõ solũmodo in obliuionẽ uene
rint cognitionis diuinæ, sed alia ex alijs sibi finxerint: Idola enim pro rebus
ueris effigiauerũt, & in cultu honoribusq̃ prȩstãdis, ea quę nulla erãt, Deo
qui erat, prætulerũt, creaturã supra creatorẽ uenerãtes, & quod teterrimum
est, in ligna, in lapides, in quãlibet materiã, in homines deniq̃ numinis Ma
iestatẽ transtulerũt, quin imò grauiora etiã istis designauerunt (ut superius
dictũ est) Quid q̃ & ad eã impietatẽ deuenerit, ut etiã dæmones coluerint,
eosq̃ deos appellarint, eorũ libidinib. omnib. modis inseruiẽtes? Brutorũ
em̃ & hominũ mactationib. (ut iã dictũ est) prout congruũ erat dæmonib.
sacra obierũt, indies magis ac magis eorum furiosis stimulis sese obnoxios
reddẽtes. Quocirca & artes magicæ apud illos professores erant, harioliq̃
omnibus in locis imposturas suas exercebant: & quod rerũ natura subsiste
ret, quodq̃ ipsi essent, stellis, cæterisq̃ quæ in cœlo uisuntur, imputabãt: ni
hil omnino nisi q̃d in oculis esset cogitãtes. Prorsus omnia impietatis & sce
lerũ plena erãt. Solus aũt Deus & eius Ratio ignorabatur, quanq̃ ille se il-
lis haudquaquã in obscurũ abdidisset, quippe qui non simpliciter sui noti-
tiam ipsis dederit, sed multifariã multisq̃ modis explicarit. Gratia em̃ ima-
ginis ad similitudinẽ Dei hõibus impressa, idonea satis fuit, quę Verbi noti
tiã faceret, idq̃ per Verbũ Patris. Attamẽ, quũ sciret Deus hominũ imbecil

litatẽ,

litatē, etiā huic negligentiæ remediū præuidit, ut si quādo negligerēt ex sui ipsorū intuitu Deū agnoscere, possent saltē ex naturæ operib. opificē intelligere. Sed quū paulatim negligentia hominū in peius procederet, rursum etiā huic infirmitati Deus cōsuluit, emittēs ad eos legē & prophetas ipsis familiares, ut si grauarent in cœlū suspicere, haberēt de proximo doctrinam. Homines enim ex hominibus propius addiscunt, quid in rem sit utile. Licebat igitur oculis ad cœli magnitudinem sublatis, ac naturę ordinē rerumq; inter se cōgruentiam animaduertētibus cognoscere eius principē moderatricēq; Patris Rationē quæ sua in omnia prouidentia Patrē omnibus patefacit, & propterea uniuersa mouet, ut per ipsum omnes Deum cognoscere possint. Aut si illis id graue esset, licebat uel ex colloquio Sanctorū ad eam scientiā peruenire, ut & omniū opificem Deū Christi Patrē cognoscerent, & inde idolorū cultum intelligerēt nullo omnino numine subnixū esse, & impietate scatere. Poterāt quoq; ex legis institutione à sceleribus auerti, & uitā secūdū uirtutē uiuere. Nō enim in Iudęorū gratiā dūtaxat lex illa introducta fuit, aut prophetæ ad solos Iudæos missi, à quibus affligebantur, sed in hoc destinati, ut uniuersi orbis magistri ac pędagogi essent, & pro publica schola & sacrosancta, tam in ijs quę pertinēt ad Dei notionē, q̄ in ijs quę spectant ad animæ disciplinā haberent. Cæterū quantacunq; esset Dei bonitas, homines tamen uicti præsentarijs uoluptatibus, dæmonūq; præstigijs & imposturis, nihilo propinquius ad ueritatē accedebāt, imò pluribus adhuc malis sceleribusq; sese ingurgitabāt, adeo ut iam amplius rationales non uiderent, sed bruti ex moribus irrationalesq; censerent. Ad istū igitur modū obbrutescētibus mortalib. atq; ita dæmoniaca seductione occultante & obtenebrante ueram Dei cognitionē, quidnam à Deo fieri oportuit? obticescéne ad res tam atroces, atq; ocioſē pati, homines à dæmonibus in errorem abduci, neq; ipsos cognoscere Deū? At quorsum opus fuit, ut homo ab initio ad Dei imaginē conderetur? præstabat enim eū simpliciter irrationalem creari, q̄ cum ratione creatū irrationabiliter uiuere. Aut quorsum attinuit, eū statim à principio cogitatus intellectionesq; de numine cōcipere? si ne sic quidē dignus esset, qui eas perciperet: potius ab initio id dari non oportuit. Aut quid cōmodi Deo creatori, aut quæ inde illi gloria, si homines creati ab eo, nō eum, sed alios adorarēt, persuasi se ab illis esse conditos, quasi Deus homines non sibi, sed alijs architectatus esset? Quod si rex aliquis ex mortaliū numero, loca à se munita minime permittat per deditionē alijs seruire, uel ad alios deficere: sed scriptis illos, multisq; subinde amicorum legationibus solicitant, & si necessum est, ipse quoq; eodem se confert ut præsentiam ipsius reuereantur, idq; adeo nulla ex causa, præterquam ne uel alijs obtemperent, uel sua acta in irritum cadant: Quid autem, an nō multò auidius, tenaciusq; Deus tuebitur omnes res à seipso creatas? ne à se aberrent, & rebus nihili seruiāt? præcipue quum istiusmodi error cū eorum pernicie demolitioneq; coniunctus sit. Non decebat eos diuinæ semel imaginis cōsortes in exitiū abire. Quid igitur Deo cōueniebat, ut faceret? aut quid par erat, ut fieret? nisi ut exēplar imaginis renouaret, ut per id denuo ipsum homines cognoscere possent? Id aūt quomodo cōfici potuit,

nisi ipsa imago Dei Saluator noster Christus superueniret? Per hominē sane id agi nequibat, quandoquidē & ipsi ad imaginem creati erāt. Sed neq; per angelū, quippe, quum Angeli imagines non sint. Ergo quod supererat, dei Ratio ipsa aduenit, ut imago Patris, quo hominē qui ad imaginē figuratus erat, recuperaret. Sed ne ita quoq; hoc ipsum succesisset, nisi & mors intercederet, & corruptio extereretur. Vnde nō immerito mortale corpus assumpsit, ut mors in ipso in posterū deleretur, & homines ad eius imaginem cōditi, denuo instaurarētur. Nullius igitur id negociū fuit, nisi imaginis Patris. Vt em̄ forma aliqua in tabulis depicta, sordibusq; aliūde superiectis obliterata, instaurari nequit, nisi eius præsentia adhibeatur, ad cuius speciē primitus tabula depicta fuit: Illius enim honori datur, cur materia, quæ eius imaginē semel susceperat, nō abijciatur, sed de integro interpoletur: Eodē modo undecūq; ille bonus Patris Filius, imago & character Patris, ad regiones nostras profectus est, ut hominē ad sui similitudinē factum denuo reficeret, & perditū cōdonatione peccatorū recuperaret, quemadmodum ipse
Luc.19 ait in Euangelijs: Veni, ut q̄d perditū esset, inuenirem & conseruarē. Vnde & ad ludęos dixit: Nisi quis renatus fuerit: nō his uerbis natiuitatē ex fœminis insinuās, quemadmodū illi suspicabant̄, sed animā, quæ renascitur ac instauratur secundū imaginē Dei, subindicans. Cęterū quoniā furor idololatrię, ac superstitio nullo numine subnixa orbē tenebat, & Dei cognitio suppressa erat: cuius erat mundum de Patre docere? hominis, dixerit aliquis: at nō possibile erat hominib. omnē quæ sub sole est, terram peragrare, neq; in uiribus eorū, ut tantū spacij decurrerēt, neq; satis idonei autores habiti fuissent, quibus de istiusmodi negocijs fides haberetur, neq; dæmonū fraudib. & præstigijs obsistere potuissent, omniū animis uulneratis perturbatisq; diabolica impostura, & idolorū uanitate. Qui (quæso) fieri potuisset, ut hominis animā, & hominis mentē, in aliā sententiā traducerent, si ne sub cōspectum quidē eorum uenirent? Quem aūt non uides, quomodo eum docere queas? Sed dixerit aliquis, rerū naturā ad id sufficere. At si rerū natura sufficisset, non tanta scelera designata fuissent. Iam enim tum erat rerum natura, quū nihilo tamen minus in de Deo errore homines uolutabantur. Cuius igitur usus operaq; requirebatur, nisi uerbi Dei, animā & mentē intuentis, & cætera quæ sunt in rerū natura, cōmouentis, ac per illa Patrē suum manifestantis, qui sua prouidentia, serie, ordineq; rerum, de Patre documēta adfert. Illius (inq;) fuit, hanc doctrinā instaurare. Sed quánam ratione id agendū fuerat? diceres fortasse, per easdē res id obtineri potuisse, ut rursum per naturæ opera, ea quæ ad Patris cognitionem spectarent, demonstrarentur. Recte, sed in hoc nihil certæ spei, quasi scilicet nō antea mortales istiusmodi documēta contēpsissent, aut quasi in sublime iam, ac non potius humi oculos depressos haberent. Quapropter rectum erat, ipsum ut hominibus opitularetur, in specie hominis peregrinari, corpus q; quod illis simile esset, assumeret, rebus quę deorsum ac humi erāt, hoc est, operib. corporeis ad eam rem usus, ut si eū cognoscere nō uellent ex mundi administratione ac prouidentia, saltem ex operibus corporis, primū Dei Verbū in corpore, deinde ex Verbo Patrem agnoscerent. Vt em̄ bonus magister pro cura suorū discipulorū,

pulorum,quũ ex maioribus documẽtis proficere nequeunt, ad minutiora uiliora q̃ seſe demittẽs,illos inſtituit:ita quoq; Dei Verbũ fecit,quẽadmodum teſtatur Paulus his uerbis:Quãdoquidẽ in ſapiẽtia Dei, nõ cognouit mũdus per ſapientiã Deũ, optimũ uiſum eſt Deo,per ſtulticiã prædicationis ſaluare credentes. Quia eñ homines ſeſe auerterant à contẽplatione numinis, & tanq; in abyſſum profundiſsime demerſi, humi oculis defixis, in generatione rebusq; ſenſibilib. Deũ requirebant, hominũ mortaliũ ac dæmonũ ſimulachra effigiãtes,ideo hominũ amator Deus, & cõmunis oĩum Saluator,Dei Verbũ ac Ratio, corpus ſibi aſſumpſit,homo inter homines uerſaturus,ut hominũ ſenſus præoccuparet,quibus perſuaſum erat,in reb. corporeis Deũ conſiſtere,quò ex rebus quas miniſterio corporis geſturus erat,ueritatẽ intelligerẽt,atq; ita cogitatione ſua ad Patrẽ aſſurgerẽt,ut homines humana ſolũ cogitãtes,quocũq; ſuos ſenſus cõferrẽt,ibi ſe anticipari præoccupariq; notionibus,& undecũq; inſinuari ueritatẽ ſibi animaduerterẽt:ut ſiue rerũ naturã admirabũdi ſpecularẽtur, uiderent illã ipſam quaſi ꝓteſtari Dñm rerũ Chriſtũ eſſe:ſiue circa homines animo contẽplationeq; hærerẽt,ut eos numina arbitrarẽtur,ex Chriſti ſaluatoris tñ cũ aliorũ operibus cõparatione,eũ ſolũ inter homines ſaluatorẽ eſſe,Deiq; filiũ conſtaret, quũ nihil rerũ geſtarũ tale apud alios reperirent, qualia in actis Verbi Dei cõſpicerẽt:ſiue præoccupati perſuaſione ad dæmones ſe cõferrent,animaduertẽtes eos à Dño fugari,ſtatim ratiocinarẽtur,eũ qui hęc faceret,ſolũ eſſe Dei Verbũ,ac dæmones omni diuinitate carere. Quod ſi eorũ animus circa mortuos defigeretur admiratione,ut eos quaſi heroas colerẽt,aut ex genere eorũ deorũ eſſe putarẽt,quales apud poetas inuenias:ſtatim tñ modo reſurrectionem Saluatoris ante oculos ponerẽt, cõfeſſuros illos falſos eſſe: Chriſtũ aũt uerũ Deũ eſſe,utpote mortis ipſius debellatorẽ. Ea igiẽ de cauſa homo genitus eſt,homo apparuit,mortuus eſt, & reſurrexit,ut præſtringeret obſcuraretq; reb. ſuis geſtis, quicquid unq; ab hominib. geſtũ eſſet, ut ubicũq; homines ſenſib.ſuis ad credẽdũ numẽ præoccupati eſſent, indè eos abduceret,& de Patre ſuo illos certiores redderet. Quẽadmodũ ipſe dicit:Veni ad inueniendũ ſeruãdũq; quod perierat. Quũ eñ ſemel ad ſenſibilia hominũ cogitatio delapſa eſſet, ſubiecit ſemetipſum Verbũ Dei, ut per corpus appareret, quò ut homo iã factus homines in ſe traduceret, eorũq; ſenſus ad ſe reflecteret:ut illis,ipſum ueluti hominẽ cõſpicãtib.ex operũ deſignatiõe perſuaderet ſibi eũ nõ ſolũ eſſe hominẽ,ſed etiã Deũ, & Dei uerã Rõnẽ ac ſapiẽtiã. Qđ à Paulo quoq; ſignificaẽ,dũ ait:In dilectione radicati fundatiq;,ut ualeatis cõprehẽdere cũ oĩbus. Sãctis q̃ ſit latitudo, lõgitudo, altitudo & ꝓfunditas:& ut cognoſcatis,ipſa cognitione dilectionẽ Chriſti præſtãtiorẽ eſſe,ut repleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei, ubiq; Verbo ſiue Rõne dei ſeſe explicante,ſurſum, deorſum,in altũ,in latũ:ſurſum quidẽ,per rerũ naturã:deorſum uerò, per incarnationẽ:in profundũ, per deſcẽſum ad inferos:in latum, eo q̃ per orbẽ terrarũ, oĩa ſciẽtia cognitioneq; diuinitatis repleta ſint. Ideo uero quũ aduenĩſſet ad nos corpore ſuo morti debito eodemq; reſuſcitato, hoſtiã pro omnib. ſacrificauit,illudq; in crucẽ exaltauit, non tamẽ per hoc obſcurus,ſed illuſtris permanens in ſeipſo, & talia opera

Rom.15

Luc.19

Colo.2

patrans,

patrans, eaq; signa edens, quæ eũ etiã eo tempore nõ hominẽ, sed Dei Verbũ declararẽt. Bifariã certe sua incarnatione hominibus suũ in homines studiũ amoremq; exhibuit Seruator noster, tum quia mortẽ à nobis amolitus est, & nos renouauit: tũ quia incõspicuus antea & inuisibilis, per opera sua se uisibilem præstitit, certoq; ostendit se Rationem, Verbumq; Patris esse, omniumq; item & Ducẽ, & Regẽ. Non enim in corpore circunclusus erat: neq; quũ in corpore aderat, alibi deerat: neq; quũ illud mouebat, alia eius ui, actu, & prouidentia destituta fuere: sed quod summæ admirationis est, ea omnia ipse, ut ratio, à nemine contentus, continebat. Et sicuti ens in omni rerum natura, extra quidem omnia subsistit, quantum attinet ad ipsius substantiam, intra omnia tamen habetur, quantum spectat ad ipsius potentiam omnia gubernans, & ad omnia in omnibus suam prouidentiã pandens: singulaq; seperatim, cunctaq; in uniuersum simul uiuificans: circũplectens omnia, à nullo circũplexus, sed per omnia quum sese extendat in solo Patre totus & integer permanet. Ita quoq; cum esset in humano corpore, atq; illud ipse uiuificaret, eodem quoq; momẽto uiuificabat uniuersa, & in omnib. aderat, & extra uniuersa subsistebat, & quũ per corpus operaq; sua innotesceret, ne tũ quidẽ (quantũ ad energiã actumq; rerũ naturę omnium pertinet) obscuriter latebat. Mẽtis haud dubie officiũ est, cogitatiõib. quæ foris extraq; suũ corpus cõsistunt, cõtemplari, actum tamẽ uimq; suã extra corpus non porrigere, nec quæ longinqua sunt, ea sua præsentia mouere: Nunquã emi homo longinqua cogitans, ea quæ cogitat statim mouet aut transfert. Neq; præterea si quis domi desidens de cœlo cogitationes ineat, ideo cõtinuo & solẽ mouerit, & cœlum circũuerterit, sed ut ea cõtuetur in motu & in rerũ natura existere, ita uim suã in ea explicare nõ potest. Cæterum nequaq; eodẽ modo Dei uerbũ in corpore humano uersabatur, ut q̃d ibi nõ colligatũ esset, sed potius corpus in se contineret, adeo ut & ibi esset & in omnibus existeret, & extra rerũ essentias uersaretur, & in solo Patre requiesceret. Id quoq; perquam admirabile, quòd simul ut & homo uiuebat, & ut Verbũ Ratioq; Patris omnia uiuificabat, & ut Filius Patri aderat. Vnde neq; Virgine pariente, partus affectiones sentiebat, neq; dum in corpore esset, coinquinabatur, sed potius corpus sãctificabat. Neq; emi ideo quia in omnibus est, omniũ particeps efficitur, sed omnia potius ab eo generantur & nutrimentũ accipiunt. Nam si sol ab eo creatus, & nostris oculis subiectus circũambulans in cœlo, nõ sordescit attactu terrenorum corporum, neq; à tenebris obscuratur, sed potius ea & illustrat, & purificat: multo magis sacrosanctum illud Dei Verbum (quod Solis est & Conditor, & Dominus) quum in corpore innotesceret, nõ inde maculas in se corriuabat, sed incorruptibile erat, corpusq; mortale quod assumpserat, uiuificabat, & à
Esa. 53 sordibus defecabat: Qui peccatũ (inquit) non fecit, neq; dolus est inuentus in ore eius. Quum igitur edentẽ, esurientem, nascentem illum referunt sacri scriptores: cognosce corpus ut corpus nasci, & sui generis nutriri alimentis: illud autem quod se corpori implicuerat, Dei Verbũ esse, quod omnia gubernat: & per ea quę in corpore agebantur, nõ hominẽ se, sed Dei uerbũ esse declarabat. Ferunt tñ ista de Deo, quãdoquidẽ corpus illud, quod comedebat

medebat quod naſcebatur, quod patiebatur, non alterius cuiuſpiã, ſed Domini erat. Et quia ſemel homo factus erat, neceſſum erat iſta omnia de eo dici, ut re uera uerũ corpus, non ſpecietenus habuiſſe crederetur. Cæterùm ut ex iſtis deprehendebatur corporaliter adeſſe: ita ex operibus quæ faciebat per corpus, Dei Filiũ ſe manifeſtabat. Vnde ad incredulos Iudæos clamabat, dicens: Si nõ facio opera Patris mei, ne credideritis: ſi uero illa facio, etiamſi mihi non credatis, operibus credite, ut cognoſcatis & credere poſsitis, & me in Patre eſſe, & Patrẽ in me. Vt enim (quatenus inuiſibilis eſt) ex operibus mundi deprehenditur: ita quoq; homo factus, quamuis in corpore latens minime conſpicuus ſit, tamẽ ex operibus cognoſceret, eum qui talia operatur, non hominẽ, ſed Dei potentiã & Rationẽ eſſe. Nam imperare etiã ipſis dæmonibus, eosq; extrudere, nõ opus humanũ fuerit, ſed diuinũ. Quin ſi uideas eum morbos ſanare, quibus obnoxium erat genus humanum, hominémne iam inde illum, ac non potius Deum exiſtimes? dum leprã purgat, claudis uim ambulandi tribuit, ſurdorum aures recludit, cæcis uiſum reſtituit, ac prorſus omnes morbos ac infirmitates omnes ab hominibus profligat. Ex quibus cuiuis ẽius diuinitatẽ perſpicere licet. Quis enim eum inſtaurare uidens defectus eos, quibus ipſa prima origo hominis natiuitasq; uitiata fuit, & cæcis ab utero oculos aperire, non animaduerteret, eius potentiæ, hominum natiuitatem ſubiectam eſſe? natiuitatisq; illum & architectum & cõditorẽ exiſtere? Qui enim id quod homo ab ipſa natiuitate non habuit, reſtituit, ſatis planũ facit, ſe etiam Dominum humanæ natiuitatis eſſe. Ideoq; quum primum ad nos accederet, ex Virgine ſibi ipſi corpus formauit, ut nobis non tenue argumentum ſuę diuinitatis exhiberet, eum qui hoc ſibi corpus formauerat, aliorum quoq; conditorem & formatorem eſſe. Quis enim uidens ſine uiro ex Virgine ſola, corpus prodire, non ſecum cogitat, eum qui ſub tali corpore appareat, eſſe quoq; cæterorum corporum & conditorem, & Dominum? Aut quis, dum uidet aquarũ immutari naturam, & in uinũ tranſire, nõ ratiocinetur: eum qui hoc fecerit, eſſe quoq; creatorem naturæ omniũ aquarum? Nam ideo quoq; ut Dñs maris, mare ingreſſus eſt, ibiq; tanq; in terra obambulauit, ut indiciũ ſui in cuncta dominꝫ, ſpectantibus exhiberet. Iam quũ tam paucis numero panibus tanta uis populi aliẽ, & ex inopia, copia repullulat, adeo ut quinq; panibus quingentos mille homines ſatiauerit, & poſt ſatietatem tantum adhuc in reſiduum reliquerit: quis aliud credat, quàm autorem earũ rerum Dominum eſſe procuratoremq; mundi? Hæc omnia ut faceret, probe congruebat noſtro Saluatori, ut (quãdoquidẽ eius in rerũ natura procurationem adminiſtrationẽq; ignorarent homines, neq; ex rebus creatis animaduerterant ipſius diuinitatẽ) ſaltem ex operibus corporis, cauſam per ipſum ſuſpiciendi, patrisq; cognoſcẽdi occaſionẽ ducerẽt, ex particulari illius prouidẽtia, uniuerſitatis eius procurationẽ æſtimantes. Quis enim uidens eius contra dæmones uim, aut quis dæmones audiẽs confitẽtes ſibi hunc dominũ eſſe: amplius dubitabit, nũ ille ipſe ſit filius Dei, aut ſapientia, aut uirtus? Neq; enim uel ipſum mundũ in ſilentio eſſe uoluit, ſed (quod mirũ eſt) in morte, uel potius in trophæo de morte excitato (crucẽ intelligo) uniuerſa

Ioan. 10
Ibidem

rerum

rerũ fabrica confitebatur eum,qui in corpore apparebat,& ſupplicia pătiebatur,non hominẽ ſimpliciter,ſed Dei filium ac Saluatorem eſſe omnium: Nam & ſol ſe auertebat, terra quatiebatur, diſrũpebantur montes, omnes metu ac pauore cõtrahebãtur.Hæc omnia eum qui in cruce erat,Chriſtum Deum eſſe declarabant,ac rerum naturã, eius ancillam eſſe,pauore ſuo conteſtantem Domini ſui prẹſentiã. Ad iſtum igitur modũ Deus ille Verbum Patris, ſeſe hominibus per opera manifeſtum reddidit. Conſequẽs iam eſt, ut finẽ eius uitæ & cõuerſationis referamus atq; narremus, qualis itẽ mors ipſius corporis fuerit,tum quia hoc ipſum eſt caput noſtræ fidei, tum quia oẽs planè homines id fama & ſermonibus celebrãt,ut nihilo minus hinc q̃; aliũde intelligãt Chriſtũ Deũ & Dei Filiũ eſſe. Cauſam igitur eius in corpore apparitiõis,aliqua ex parte (quatenus licuit,& quatenus aſſeq; datũ fuit) iã ante expoſuimus,nõ fuiſſe uidelicet ullius alterius officium,corruptibile in incorruptibilitatẽ tranſmutare, niſi ipſius Saluatoris qui in principio ex non entibus omnia cõdiderat,neq; fuiſſe ullius alterius opus, exẽplar imaginis diuinę hominibus reſtituere,niſi eius, qui erat imago Patris:neq; alterius,mortale immortale efficere,niſi eius qui ex ſe ipſiſsima uita eſt,hoc eſt, Domini noſtri Ieſu Chriſti:neq; ad alium quempiã pertinuiſſe de Patre docere,& idololatriam purgare,niſi Rationis Verbiq;, omnia in mundo gubernãtis, qui ſolus Patri ſuo uerus & unigenitus Filius eſt. Quãdoquidem igitur debitum pro omnibus ſoluendum erat,debebatur autẽ(ut iam dixi) ut omnes morerentur,quæ cauſa illi potiſsima fuit huc proficiſcẽdi,Ideoq; poſt edita per facta diuinitatis ſuæ monumẽta,reliquũ iã erat,ut pro omnibus ſacrificiũ offerret,pro omnibus tẽplum ſuum morti tradẽs,quò omnes inobnoxios,& liberos à ueteri præuaricatiõe efficeret, ſeq; declararet mortis uictorẽ,ſuũq; corpus immortale redditũ,primitias publicę omniũ reſurrectionis eſſe.Ne mireris,ſi ſubinde eadẽ de ijſdẽ repetimus, ubi eñ de numinis decretis,placitisq; mẽtionẽ facimus, ibi longiore interpretatione utimur,ne quid omittatur,q̃d omiſſum nobis in culpã cedat,ſi non plene rem ipſam eloquamur.Melius enim eſt ſẹpius iteratæ ſententię crimẽ ſuſtinere, q̃; aliquid eorũ prætermittere,quę enarrari debuerãt. Corpus igitur,quod cõmunem cum omnibus naturã habebat(corpus enim erat humanũ)quanquã nouo miraculo ex uirgine ſola coaluerat, tamẽ mortale erat, ad ſimilitudinẽ ſui generis mortẽ excepit.Neq; etiã ſecundũ naturã ſuam ob Verbi diuini ingreſſum amplius corrũpebatur, ſed propter inhabitãs Dei Verbum expers corruptionis erat:utrumq; in eodẽ eſſe cõtigit prorſus admirabili ratione:quum & mors omniũ in Dominico corpore uim ſuã exercuerit, & mors & corruptela inde ob domicilium ibi numinis profligata ſit. Morte enim opus fuit,& mortẽ pro omnib. inferri neceſſum erat, ut quod ab omnibus debitũ erat,lueretur. Quamobrẽ(ut dixi) Verbũ quoniã mori non potuit, utpote immortale: corpus ſibi ſumpſit quod mori poterat, illudq; ut ſuũ pro omnibus obtulit,ut ita pro omnibus,omnib.ipſe corpore coniũctus,mortẽ patiens,cõpeſceret eum,qui habet mortis imperium,hoc eſt diabolũ,& liberaret illos, quotquot formidine mortis per omnẽ uitam ſeruituti erant obnoxij. Certe cõmuni omnium Saluatore mortuo pro nobis

bis, nõ iam ulterius, ſicuti olim, ſecundum legis cõminationem morte morimur, quotquot in Chriſto Ieſu cõfidimus. Obliterata eſt enim illa ipſa cõdemnatio. Cæterum nos corruptione deſinente, & abolita per gratiam reſurrectionis, pro ratione corporeæ noſtrę mortalitatis ſolũmodo ad id tẽpus diſſoluimur, quod Deus unicuiq; definitum eſſe uoluit, ut reſurrectionis melioris compotes reddamur. Nos enim ueluti ſemẽtis in terram conieĉta, nõ in interitũ abimus, quum diſſoluti fuerimus, ſed tanq; ſeminati, reſurgemus, morte per gratiam Chriſti edomita. Quocirca Sanctus Paulus, qui ſe omnibus prædẽ fideiuſſorem q; reſurrectionis exhibet, hunc in modũ loquitur: Oportet corruptibile iſtud induere incorruptibilitatẽ, & mortale immortalitatẽ: cùm autẽ corruptibile iſtud induerit incorruptibilitatẽ, & mortale iſtud induerit immortalitatẽ, tum fiet id, quod ſcriptũ eſt: Abſorpta eſt mors in uictoriã, Vbi mors ſtimulus tuus? ubi Inferne uictoria tua? Cæterum iſthic aliquis obiecerit, ſi neceſſum erat eius corpus pro omnibus in mortẽ dedi, quur nõ, ut homo, cõmuni lege naturæ mortẽ oppetiſt, ſed eouſq; deuenit, ut crucifigeretur? honorificè quippe magis conueniebat illud ab illo deponi, q; per contumeliã iſtiuſmodi mortẽ ſuſtinere. Vide hic (quæſo) an huiuſmodi obiectio nõ planè ſit hominũ, ac talis quę diuinã diſpenſationẽ non ſapiat. Nã quod à Saluatore geſtũ eſt, diuinũ ſane & dignũ ipſius diuinitate eſt, idq; multis de cauſis. Primum enim, mortem hominibus per imbecillitatẽ naturæ ingruere, certum eſt, qui quũ diu perdurare nequeãt, progreſſu tẽporis diſſoluuntur: ex iſta ſiquidem imbecillitate morbi oboriuntur, quibus ubi uires exhauſtæ fuerint, in mortẽ cadunt. Cõtra in Domino nihil imbecillitatis, quippe qui ſit Dei uirtus, Dei Ratio, ipſiſsimaq; uita. Si igitur ſolito more, ſecundum cõſuetudinem hominum, corpus in lecto depoſuiſſet, creditum fuiſſet, per infirmitatem hoc ei accidiſſe, eumq; nihilo plus q; cæteros homines poſſediſſe. Ille aũt quoniam & uita erat, & Dei Verbum, & mors pro omnibus neceſſario requirebatur, ideo corpus ſuum ut uita & potentia corroborabat: quatenus aũt mors debebatur, eatenus non ex ſe, ſed aliunde rationem immolandi mutuatus eſt. Quanquàm neq; morbo laborare dominũ decebat, ut qui aliorum morbos ſanabat: neq; etiã infirmitates aliquas corporis pati eũ oportebat, in quo & aliorum infirmitates confirmabat. Quare igitur non etiam mortem, quemadmodum & morbos ſuſtulit? Ideo nimirum, quia moriẽdi cauſa corpus aſſumpſerat, nec fas erat mortẽ arceri & excludi, ne ſimul & reſurrectio impediretur. De morbo alia ratio fuit, q ſi mortẽ anteceſsiſſet, creditũ fuiſſet, eũ ex imbecillitate dominici corporis ortũ fuiſſe. Sed quid? an non eſurijt? eſurijt ſane iuxta proprietatẽ corporis, ſed ob Dominũ, qui corpus illud geſtabat, fame non interijt. Quapropter etſi mortuus ſit ad omniũ redemptionem, nõ tamen corruptionẽ uidit: cum omni enim integritate reſurrexit, ſiquidẽ non alterius cuiuſquam, ſed uitæ ipſiſsimæ corpus fuit. At dixerit aliquis, cautas uitatasq; oportuit Iudęorum inſidias, ut omnino corpus ſuũ immortale cõſeruaret: Audiat iſte (quæſo) id Dño nequaquàm congruiſſe. Vt em̃ abſurdũ erat Dei uerbũ, quod uita erat, mortem ſuo corpori ſua opera inferre, ita quoq; indecẽs erat, eã aliunde illatam

1.Cor.15 1.Cor.15 1.Cor.15

defugere,ac nõ potius perſequi,quò moriẽdi facultas ſuppeditaretur. Vnde merito nec ipſe corpus ſua opera depoſuit,neq; rurſus inſidias ludæorũ declinauit,illudq; ipſum non imbecillitatem Verbi,ſed potiùs eum Saluatorem & uitam eſſe declarauit,quoniam & mortẽ, uſq; dum tolleretur, ſuſtinuit,illamq; ſibi illatã,pro omniũ ſalute celeriter conſummanit. Quippe qui ideo potiſsimum uenerat,nõ tam ut ſuam ipſius,quàm omniũ mortem conſummaret,unde non ſua morte (ea enim in eo qui uita erat, locum non habuit) corpus ſuum depoſuit, ſed mortẽ,quæ erat in hominibus, mutuatus eſt,ut eam aduerſus ſuum corpus graſſantẽ,omnino conficeret.Iam uel ex iſtis patet, mortem Dominici corporis legitimis rationibus non carere. Curę illi fuit corporũ reſurrectio,cuius negociũ geſturus uenerat. Ea enim re trophęum de morte excitatũ oſtẽdi omnibus potuit: ſimulq; certũ omnibus & indubitatũ reddi,corruptionẽ ab eo deletã eſſe,nihilq; iam deinde niſi corporũ incorruptibilitatẽ reſtare, de qua ueluti in pignus monumentumq; omniũ futuræ in poſterum reſurrectionis, corpus ſuũ incorruptum ſeruauit. Iam,ſi eius corpus ægritudine laboraſſet, & ſub omnium oculis, Verbum Dei ab eo diſſoluto receſsiſſet, nõ ſine dedecore habitum fuiſſet, medicũ alienorum morborũ, ſuum, quo uſus erat in curandis ægritudinibus, inſtrumentũ,correptum à morbis neglectui habuiſſe.Qui enim creditũ fuiſſet,eum,ſi ipſius elanguiſſet templum,aliorum languores depuliſſe? Aut enim,ut impotẽs depellendi morbi,irriſus fuiſſet:aut potens quidem, ſed tamen non faciens, inhumanitatis infamiam reportaſſet. Quòd ſi citra morbum,& expers doloris, ſolitariè ſeorſumq; in angulo deſertoue loco, aut domi,aut ubicũq; tandẽ corpus abdidiſſet,ac deinde ſubito promicãs, ſeſe à morte excitatum aſſeruiſſet, apud omnes uiſus fuiſſet nugas agere, ac multo minus fidei ei habitũ eſſet de reſurrectione differenti,quum nullum omnino teſtem ſuæ mortis allegare poſſet (quippe mortem reſurrectioni anteuertere oportet)ſiquidẽ reſurrectio oboriri non poteſt,niſi mors præcedat. Vnde ſi occultim alicubi corpus eius extinctum fuiſſet,non propalã exhibita eius morte,neq; coram teſtibus obita, obſcura quoq; & inconteſtata ipſius reſurrectio fuiſſet. Aut cur,quũ reſurgendo reſurrectionem ſuã manifeſtam deprædicatamq; reddiderat, mortem ſuam obſcuram uellet? Aut qua gratia, quum dæmones ſub omnium conſpectu eieciſſet, homini ab ipſis natalibus cæco lumen reſtituiſſet,aquam in uinum mutaſſet,ut per ea exiſtimaretur Dei Verbum,id quod mortale erat, non ſub omniũ oculis,immortale eſſe factum demõſtraret,quò ipſe ipſiſsima uita eſſe crederetur? Aut quomodo eius diſcipuli cum fiducia de reſurrectiõe diſſeruiſſent, ſi de eius morte nihil certi adferre potuiſſent? Aut quomodo fides habita fuiſſet dicẽtibus,primò mortem,deinde reſurrectionem contigiſſe,niſi eos ipſos,apud quos iſta audacter loquebãtur,obitę mortis teſtes habuiſſent? Nam, ſi ne ita quidem ſub omnium conſpectu morte reſurrectioneq; peracta, eius temporis Phariſęi uoluerunt credere, & eos qui reſurgentem uiderant,ad inficiationem coegerunt, quot cauſificationes non credendi cõmenti eſſent, ſi iſta omnino occultim fieri contigiſſet? Quomodo porrò aut finis mortis,aut uictoria de morte oſtendi potuiſſet, niſi illam ſub oculis

lis cunctorum in se prouocatam, mortuam reddidisset, ac iam deinde inanem eam exhaustamq́, sui corporis incorruptibilitate probasset? Imò quę ab alijs responsa sunt, ea quoq; à nobis proferri debent: forsitan enim aliquis & hoc dixerit: Si coram omnibus, & contestatò oportebat fieri eius mortẽ, ut prædicatio resurrectionis fidem inueniret, par fuit, ut honestam mortem sibi cõminiscereturut saltem ignominiã crucis defugeret. Atqui si hoc fecisset, plenã suspicionẽ de se præbuisset, quòd non in omne genus mortis, sed duntaxat in eam, quam ipse excogitarat, uim suam integram efficacemq; haberet: Ac rursus nihilo minor occasio fuisset, nõ credendæ resurrectionis. Quapropter non sua opera, sed aliorum insidijs mortem corpori suo infligi uoluit, ut mortẽ quamcunq; illi intulissent Seruatori, eam & ipse demoliretur. Ac ueluti generosus athleta, cui ingens animi & corporis robur, non ipse quidem sibi ipsi aduersarios deligit, ne alijs timiditatis suspicionem præbeat: sed spectatorum arbitrio hoc ipsum permittit, quantumcunq; eos sibi infestos sciat, ut humi prostrato quocunq; antagonista, omnium robustissimus habeatur, ita quoq; omnium uita, Dominus & Saluator noster Iesus Christus, nõ ipse corpori suo mortẽ excogitat deligitq;, ne aliud mortis genus expauescere uideatur, sed eam quã alij ĩ dẽq; in primis inimici grauem existimarunt, & turpem, & fugiendam, hanc ipse in cruce exceptam sustinuit, ut ea extincta perditaq;, ipse ipsissima uita crederetur, & mortis uis plenè innotesceret. Certe mirum quiddam & inexpectatum euenit: genus enim illud moriendi, quod illi pro sua opinione, ut ignominiosam, intulere, ea cõuersa est in trophæum deuictæ mortis. Quocirca neq; Ioannis mortẽ sustinuit, capitis truncatu, neq;, sicuti Esaias propheta, serra dissectus est, ut & in morte, sine mutilatione integrum corpus seruaret, & causa subduceretur ijs, qui Ecclesiam in partes cupiunt discindere. Et hoc quidẽ ad eos responsum uelim, qui extranei alienique ab Ecclesia, istiusmodi ratiocinationes sibi coaceruant. Quòd si quis etiam ex nostris, nõ per contentionẽ, sed studio discẽdi percunctetur: quur nõ aliud potiùs quàm crucem sustinere uoluerit? Audiat ille, Nulla alia ratione id nobis utile futurũ fuisse, atq; ideo à Domino in nostri gratiam, id genus moriendi toleratum fuisse. Nam si ideo uenerat, ut nostra piacula execrationesq; portaret, quomodo alia ratione execratio, aut piaculũ fuisset, nisi execrabilem mortem in se reciperet? Est autem hoc ipsum, Crux: quemadmodum scriptum est, Execrabilis, quicunq; in ligno pendet. Porrò si mors Domini nostri Iesu Christi, redemptio est omnium, ac morte eius, intermedius ille paries maceriæ soluitur, conficiturq; uocatio gentium: quomodo nos aduocasset, nisi crucifixus esset? In sola enim cruce, mors extẽsis porrectisq; manibus toleratur, ideo quoq; par erat, ut Dominus hoc modo mortẽ sustineret, manusq; eius extenderentur, ut hac quidem ueterem populũ, illa uerò gentiles attraheret, & ambos in se cõiungeret. Id em̃ ipse dixit, indicãs qua morte omnes redẽpturus esset: Quũ exaltatus fuero (inquit) omnes ad me traham. Et rursus, Si Dominus ideo uenit, ut diabolum nostri generis hostẽ delapsum cœlitus, & citra hunc imũ aerem uagantẽ, illicq; dæmonibus inobedientia sibi similibus imperantem, prestigia inanesq; species illorum

Esa. 53.

Deut. 21.

Ioan. 20.

administerio effingentem ad fraudem deceptorum, & sursum tendentibus
Ephes. 2. obstacula molientem: quemadmodum de eo Apostolus dicit: Iuxta Principem potestatis aeris, qui nunc uim suam exercet in filijs inobedientiæ.
Ephes. 2. Dominus uenit, ut diabolū præcipitaret, aerēq; purificaret, & uiā ad cœlū nobis muniret, ut dictū est ab Apostolo: Per uelum quod obtētum fuit, hoc est, per carnē suā. Et id morte fieri oportebat. Quánam alia morte istud fieri poterat, nisi ea quæ in aere toleraretur? de cruce est quod loquor: Solus enim ille in aere moritur, qui in cruce uitā finit. Quare nō sine ratione eam Dominus sustinuit: ita enim sublimatus, aerem purgauit ab omni diaLuc. 10. bolica, aliorumq; dæmonum infestatione, dicens: Vidi satanam instar fulLuc. 10. guris decidentem. Et in cœlos nouum iter aperuit, quod sub his uerbis inPsal. 23. dicatur: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales. Nihil certe ille, qui hæc uerba usurpat, opus habuit reseratione portarum (quippe omnium Dominus) neque quicquam erat clausum creatori ex rebus creatis, sed nos eramus, quibus ea reseratio necessaria fuit. Nos rursum illi, quos ipse suo corpore in sublime attollebat. Nam quemadmodū illud pro omnibus morti obtulit, ita quoque per illud uiam ad cœlos commonstrauit. Recte igitur decenterq; mors eius in cruce peracta fuit, causaq; eius per omnia probabilis apparet, ac iustas habet rationes, nō aliter quàm per crucem, omnium salutem debuisse impetrari. Cæterùm ne sic quidem uel in cruce se obscurum ignotumq; reliquit, sed hoc procurauit, ut rerum natura eximium de opificis sui præsentia testimonium perhiberet: ipse uero templum suum (corpus uidelicet) non in ea conditione diu permanere sustinuit, sed duntaxat ubi id mortuum ex conflictu mortis ostendisset, tertio die statim excitauit, trophæa uictoriæ de morte ferens, corporis (nimirum) incorruptibilitatem, indolentiamq;. Poterat quidem statim à morte corpus suum excitare, atque illud iterum uiuum exhibere, sed hoc ex prouida cautione facere nolebat, nec fecit: dixisset enim aliquis, eum nequaquā mortuum fuisse, aut non plene à morte perstrictum, si continuò à morte resurrectionem superinduxisset. Forsitan enim, si eodem momento sine intercapedine mors & resurrectio contigisset, gloria incorruptibilitatis in incerto hæsisset. Quapropter, ut corpus uerè extinctum ostenderetur, ipsa meridie mortem sustinuit, & tertio die illud incorruptibile iterum ostendit. Vt igitur mortuum esse suum corpus doceret, non priusquàm, nisi ubi iam triduanum cadauer esset, excitauit: neue rursus, si inibi in longum detentum putrefactumq; serius excitasset, obijceret quispiā, ipsum non idem, sed aliud corpus circumferre (quippe futurum erat, ut nonnulli corpori exhibito, ob lōgitudinem temporis, fidem non haberent, & præteritorum obliuiscerentur): ea de causa ultra tridui moram non passus est, neque eos, qui ipsum audierant, de resurrectione sua promittentem, in longum distulit: sed quum adhuc propemodum uerba illa in eorum auribus obstreperent, oculiq; eius speciem retinerent, animis illorum etiamnum suspensis, uiuisq; adhuc, & in eodem loco uersantibus, tum ijs qui se occiderant: tum illis qui conscij mortis eius erant in corpore exantlatæ, intra tridui spacium, corpus quod mortuum erat, immortale & incorruptibile

omni-

omnibus oſtendit, quò intelligeretur, illud nõ imbecillitate naturæ, quum Verbũ in eo domiciliũ ſuum haberet, extinctum fuiſſe, ſed ideo extinctũ, ut mors u-bus noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti aboleretur. Mortẽ enim extinctã eſſe, & ipſam crucem factam eſſe uictoriam contra ipſam, neq; quicquam ampliùs poſſe, ſed eſſe mortuam eam uerè, non tenue documentum eſt, ſed certa fides, quòd illã omnes Chriſti diſcipuli contemnant, inſultent, nihilq; exhorreãt: ac ſigno crucis & fide in Chriſtum, eam ut mortuã conculcent. Olim ante diuinum aduentum Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti formidabilis erat & ipſis ſanctis mors, & omnes, quotquot erant uita defuncti, uelut perditos abolitosq; lamentabantur: nunc autem poſtquam Saluator noſter Ieſus Chriſtus corpus ſuum reſuſcitauit à mortuis, mors ulteriùs terribilis non eſt: & quicunque in Chriſtum fidem habent, eam, ut rem nihili, pedibus terunt, ac potius mortem delegerint, quàm Chriſti fidem inficientur. Certò enim ſciunt, mortuos non perire, ſed uiuere, & incorruptibiles reſurrectione fieri. Ille autem ſceleratus (qui mortis impetu inſultus in nos facere ſolet diabolus) ſolutis mortis doloribus, ſolus omnino mortuus relinquitur, eiq; rei argumento eſt, quòd homines antequam Chriſto incipiant credere, mortem ut terribilem intuentur & expaueſcunt: ubi autem ad illius fidem doctrinamq; tranſiere, tantopere mortem aſpernantur, ut ad eam ultro contendant, teſtesque fiant Chriſti aduerſus mortem reſurrectionis. Siquidem etiamnum pueri ætate ad mortem feſtinant: exercitijs porro & meditationibus ad id, non uiri duntaxat, ſed etiam fœminæ ſeſe inſtruunt. Nec mirum, quum iam tam imbecillis ſit, ut etiam fœminæ, priùs ab ea deceptæ, nunc illam ut mortuam diſſipatamque ludibrio habeant, non aliter quàm ubi debellato per legitimum principem tyranno, manibusque pedibusque eius intra uincula conſtrictis, omnes quotquot ad id ſpectaculi ſuperueniunt, ludibrijs ei inſultant, probris uerberibusque proſcindunt, ſecuri iam illius ſæuitiæ & furoris, ob principis ſui de eo partam uictoriam: ita quoque mortem iam debellatam, & per Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum in cruce triumphatã, manibus eius pedibusq; obligatis, omnes eam in Chriſto pedibus proterunt, martyresq; Chriſto ſe præbentes, ſannis, ludibrijs, conuitijs exagitant, obiectantes & quæ ſuperiùs dicta ſunt per Apoſtolũ Paulum: Abſorpta eſt mors in uictoria. Vbi mors uictoria tua? ubi Orce ſtimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum eſt, uirtus uerò peccati lex. Ergo ne illud exiguum eſt documentũ de imbecillitate mortis? aut parua eſt demonſtratio uictoriæ Ieſu Chriſti de morte illius reportatæ? quum pueri in Chriſto, & teneræ puellæ iſtã uitam cõtemptui habeant? & moriendi rationes meditentur? Homo certe naturaliter mortem, & corporis ſui diſſolutionem expaueſcit: is tamen (quod ſummopere admirandũ eſt) ubi indutus eſt fidẽ crucis, res naturales uilipendit, & mortem per Chriſtũ non exhorreſcit, nõ aliter, q; ſi quis de igne dicat, cui naturalis uis eſt concremandi, eſſe aliquid quod illius flammas reſpuat, illumq; infirmum oſtendat: quale eſt quod de Indico Amiantho refert, quo ſe ille qui hoc nõ credit, circũueſtire ſolet, ut ſui eius inuſtibilis obtẽtu experiẽdo cognoſcat flammarũ in hac parte imbecil-

1.Cor.15
1.Cor.15
1.Cor.15
1.Cor.15

becillitatẽ. Aut ueluti si quis auidus uidendi tyrannum iam uinculis cõstrictum penitus, se in eorum prouinciam, qui eũ domuerunt, conferre solet, ut ita eum quondam alijs terribilem, nunc autem debilem & fractum contueatur: ita quoque si quis incredulus est, ac etiamnum post tanta miracula, post tot martyres Christi, post quotidianam eorum, qui in Christo eximij sunt, mortis irrisionem, ambiguus hæret, sit'ne mors pro confecta consumptaq; existimanda, nõ culpes eius dubitationem, modo dubitatio ei nascatur ex rei admiratione, nec se obduret in incredulitatem, néue impudentem negandi contumaciam in rebus clarissimis retineat: Iam ut is qui Amianthi naturam explorat, num'nam ab igne sit incõbustibilis: Et ut, qui certior esse cupit de tyranno, num in uinculis habeatur, ad regiam uictoris contendit, ita qui de uictoria mortis addubitat, accipiat fidem Christi, & ad eius scholam accedat, tum uidebit mortis imbecillitatem, & partam de illa uictoriã. Multi enim principio increduli ac irridentes, postmodũ fide imbuti, mortem contempserunt, adeo ut martyres Christi efficerentur. Iam si crucis signo, & fide in Christum pessundatur mors, clarum certum'q; haberi debet, indice testeq; ueritate, nullum omnino alium esse posse quàm Christũ, qui de morte trophæa & uictorias retulerit, eam'q; debilitarit. Nam etsi antea uigebat mors, atque ob uim suam terrori erat, nunc tamen post aduentum Saluatoris, eius'q; mortem & resurrectionem aspernabilis uidetur, adeo ut liquido constet, illam ab eo, qui in crucem ascenderat, Christo domitam, & prorsus debellatam esse. Vt enim, ubi post noctẽ oritur sol, ac iam omnes rerum species in orbe terrarum illustrat, dubium non est, quin is (qui ubiq; suum iubar explicat) idem ille sit, qui tenebras dispulerit, omnia'q; suo lumine irradiauerit: ita quoq; quia mors in contemptum uenit & humi conculcatur, post salutarem uindicis nostri aduentũ, & post passam crucẽ manifesta res, quid crux sibi uoluerit, & quo fine instituta sit, nimirũ ut omnibus patefieret, eum qui in corpore apparuerat, mortem cõpescuisse, & qui noua quotidie de ea per discipulos suos trophæa exuscitat, Saluatorẽ esse. Quum enim quis uidet homines natura debiles prosilire in mortem, & ad corruptionem nihil se metu contrahere, neq; descensus ad inferos expauescere, sed potiùs præsenti animo mortem prouocare, nihil interim tormenta ueritos: quasi ad mortem pro Christo contendere, melius quiddam sit, quàm uitam tueri. Iam in spectaculo uirorum, mulierum, puerorum'que in tenera ætate recta contendentium prosilientium'q; in mortem, id'q; ob Christi religionem, quis ita est stolidus? quis ita à credendo alienus? quis ita animo obcæcatus? ut non statim cogitet, Christum haud dubiè (cui illi se testes præbent homines) singulis uictoriam contra mortem suppeditare? illam'q; debilitare in unoquoque eorum, qui in ipsum credunt, ac tessaram, uexillúmque crucis circumferunt. Qui serpentem proculcatum uidet (maximè si antea cognitam habuerit eius feritatem) nihil addubitat, quin extinctus sit, plané que defecerit, nisi illum excipias qui animo alienatus est, nec integrè suis sensibus potitur. Quis enim quum Iconem uidet ludibrijs exagitari à pueris, ignorat, eum uel mortuum iam esse, uel saltem omnibus uiribus suis destitutum? Quemadmodum igitur ista uera

esse

esse, oculis deprehendi licet: ita quoque à nemine ambigendum, mortem quæ à Christi fidelibus ludibrio habetur, à Christo perdomitam esse, eiusque luem ac uim corrumpendi extinctam esse. Porrò domitam esse mortem, trophæumq; de eius stimulo, crucem existere, non parum documenti attulerint superiùs dicta. Cæterum comprobatio æternæ immortalisq; in corpore humano resurrectionis, eiusq; per communem omniũ Saluatorem & uitam Christum conciliatæ, euidentius rerum quàm uerborum rationibus commonstrari potest, si quis modo oculum mentis sanum habeat. Si enim mors edomita est (ut ex rationibus liquet) eaq; à Christi fidelibus ubiq; conculcatur: multo magis à Christo, & ab eius corpore conculcata profligataq; fuerit. Porrò, morte ab illo trucidata, quid reliquum erat, nisi ut corpus resurgeret, ac in trophæum deuictæ mortis excitaretur? alioqui quo nam modo cõstitisset, mortem esse profligatam, nisi Dominicum corpus resurrexisset? Sed si ne ita quidem satis plena est resurrectionis comprobatio, ex ijs, quæ ante oculos in conspectu sunt, fides petatur. Nam si nihil ab eo agitur qui uita defunctus est, eiusq; gratia & mẽtio usq; ad sepulchrũ tantũmodo porrigitur, postea desinat & cõquiescat, & uiuentiũ duntaxat sint actiones, uiresq; aliquid efficiendi: uideat (quæso) quicunq; uelit, seq; iudicem faciat, & ex rebus uisu perceptis, ueritatem agnoscat: quum res tantas in hominibus agat Saluator, & quotidie undecunque ex incolis Græciæ, externarumq; regionũ tantæ hominum multitudini inuisibiliter persuadeat, ut sese in illius fidem dedant, eiusq; disciplinæ obtemperent: an is mentẽ in ambiguo amplius habere possit, num uel resurrectio nõ sit, uel Christus non uiuat, qui ipsa uita est? An scilicet mortui hominis est, hominum mentes stimulare, ut repudiatis patriæ ritibus, Saluatoris Christi disciplinam adorẽt? Aut quomodo, si nihil agit (id enim proprium est mortuo) ipse agentes uiuosq; ab actionibus suis cõpescit, ut adulter adulteria omittat? homicida à cædibus abstineat? iniurius defraudandi cupiditatem relinquat? impius impietatem abijciat? Qui (quæso) si Saluator noster Iesus Christus non resurrexit, sed mortuus perseuerat, falsa incredulorum numina dæmonesq; quos adorant, extrudit, persequitur & profligat? Vbi enim nominatur uel Christus uel fides eius, inde omnis idololatria depellitur, & dæmonum insidiæ patefiunt, ac quotquot sunt dæmones, ne nomen quidem eius tolerant, sed ubi uel solum id audierint, in fugam auertuntur. Atqui istud officium est non mortui, sed uiui, ac potissimum Dei. Alioqui ridiculum esset, profligatos ab eo dæmones, idolaq; abrogata uiua haberi: ipsum eorum insectatorem profligatoremq; qui uiribus suis id efficit, ne numina appareant, quiq; numinũ omnium uoce prædicatur Dei filius, eum mortuum esse, contendere. Magno argumento resurrectionem aduersum se prẽmuniũt infideles, si Christũ, quẽ (ut ipsi uolũt) mortuũ ne omnes quidẽ dæmones, dijq; ab ipsis adorati, in fugã propellũt, sed potiùs mortui per illũ, inertes inefficacesq; demonstrãtur. Si em uerũ est mortuũ nihil facere, & tanta quotidie Saluatorẽ facere, dum trahit ad pietatem, uirtutem persuadet, immortalitatem perdocet, ad cœlestium desideria excitat, Patris noticiam reuelat, uim cõtra mortem inspirat, singulis sese exhibet, idolorum

lorum uanam religionē egerit, quorum nihil tale de se exhibent infidelium dij, ac dæmones, quin potius Christi præsentia mortui docētur, nihilq; sui præter inanem ociosamq; imaginationē apparitionemq; habere. Signo autem crucis omnia magica compescuntur, ueneficia inefficacia fiunt, Idola uniuersa deserta relinquūtur, omnis irrationabilis uoluptas cōquiescit, qui libet è terra ad cœlos suspicit. Qui (quæso) eum mortuum dixeris, qui res tantas agat? Atqui agere, non est proprium mortui, sed potiùs sine actu prorsus exanimem iacere, quod peculiariter quadrat in dæmones & idola, utpote in res morticinas. Filius Dei contrà uiuus & efficax, quotidie operatur, omniumq; salutem conficit: mors quoq;, quàm sit debilis, quotidie commonstratur. Idola item & dæmones, rem mortuariam esse innotescit: adeo ut nemo per hæc de resurrectione corporis Christi, ambiguus esse possit. Videtur autem ille qui Dominici corporis resurrectionem non credit, nō satis intelligere uires Verbi Sapiētiæq; Dei. Nā si uerū est, eum corpus assumpsisse, eaq;, quę corporis propria erant, uendicasse, prout rerū series cōsecutioq; postulabat, de quo priùs mentionē fecimus, quid de corpore (quæso) statuere debuit, aut quo fine tandē illud cōsumere, quū semel intra corporis uiscera receptus esset? Vt enim nō moreretur, fieri non poterat, quū mortale esset, & pro omnibus in mortē offerendū destinaretur (ea enim causa fuit, quur id sibi adaptarit): ut aūt extinctū maneret, neq; id fieri debuit, eò q; uitæ sacrariū esset. Vnde & mortuū est, ut mortale: & reuixit per suam, quæ in ipso erat, uitā: operaq;, quæ ab illo fiunt, prodūt ipsius resurrectionē. Si uero, quia oculis nō apparet, ideo nō credatur resurrexisse: uide mihi (quæso) quantopere increduli sint, qui id, quod fieri par est, & secundum naturā, inficiantur. Dei enim propriū est, ut oculis non conspiciatur, ita tamen ex factis suis cognosci (sicuti iam antea dictū fuit). Si igitur facta eius non apparent, recte ei, qui non apparet, derogatur fides: sin autē facta operaq; eius propemodū clamant, & euidēter sese ostendūt, quur ultro negant tam clarā manifestamq; resurrectionis uitā? Nam quamuis animo obcæcati sint, tamē ipsis externis sensibus animaduertere possunt irrefutabilem esse Christi potentiam ac diuinitatem: Vt enim cæco solem non uidenti, solis tamen calore tepescenti, certum habetur, illum iam supra terram uersari: ita quoq; par erat, ut obtrectatores isti, etiamsi non credāt, eò quòd in cognoscenda ueritate plane cæcutiant, uiribus tamē credentiū admoniti, non inficiarentur Christi diuinitatē aut resurrectionē. Certum enim est, Christum, si expers sit uitæ, nec dæmones persequi posse, nec idola spoliare, quum mortuo non obediant dæmones. Iam, si manifesto ipsius nomenclatura in fugam aguntur: certo certius cōstat, eum uita destitutū non esse, maxime uel ob id, quòd quæ aliorum oculos subterfugiunt, ea à dæmonibus cōspici queāt, ac proinde facilius ab ipsis intelligatur, num Christus sit cadauer mortuū, neq; omnino ei postea obedituri fuissent amplius. Nunc contrà, quod non est persuasum hominibus impijs, id dæmones suis oculis contuentur, Deumq; illum esse, & sentiunt, & credunt, ideoq; fugitiui & adorabundi in has uoces erumpunt, quæ tum loquebantur, quum ille adhuc in carne uersaretur: Nouimus quis sis, Tu es ille Sanctus Dei.

Matth. 22

Rursumq;

Rursumq; clamabant,eho, quid tibi nobiscum Fili Dei? obsecramus te ne nos torqueas. Quum igitur dæmones confiteantur, ipsæq; res, quæ quotidie fiunt,pro testibus sint,fieri non potest,modo non impudenter contra ueritatem ac diuinum uerbum agere uelis,quin cognoscas, Saluatorem nostrum suum corpus è mortuis excitasse, eumq; ueri Dei Filium esse, nimirum Patris sui propriam Rationem, Sapientiam & Potentiam, qui postea sequentibus temporibus ad salutem omnium,corpus sumpsit,ac mundum de Patre edocuit, mortemq; aboleuit,omnibusq; incorruptibilitatẽ promissa resurrectione largitus est, cuius resurrectionis primitias suum corpus à morte excitatum esse uoluit, eiq; trophæum contra mortem, eiusq; tabem ac putrefactionem in signo monumentoq; suæ crucis erexit. Rebus igitur ad istum modum comparatis,declaratáq; manifestò corporis resurrectione,uictoriaq; Saluatoris nostri de morte reportata: age, iam Iudæorum incredulitatem,& gentilium subsannationem redarguamus. Ob hæc enim fortassis & Iudæi non credunt, & gentiles irrident, in absurditatem crucis & incarnationis Dei uerbi cauillantes: sed contra utrosq; ratio nihil grauatur prodire, maxime quum aduersus eos euidentibus instructa sit demonstrationibus. Nam & Iudæi in sua incredulitate habent ex sacris Scripturis quas legunt, quod ipsos redarguat, cum Biblia afflatu numinis scripta,multis in locis id edoceant, quemadmodum uerba ex se manifestò produnt. Prophetæ quoque,iam olim miracula de Virgine,eiusq; partu prẽindicauerunt,dicentes: Ecce, Virgo concipiet & pariet Filium,& uocabunt nomen eius Emanuel: quod si interpreteris, est, nobiscum Deus. [Butyrũ ac mel comedet,ut sciat reprobare malum & eligere bonum. Rursus: Paruulus enim natus est nobis,& filius datus est nobis,& factus est principatus super humerum eius, uocabiturq; nomen eius, admirabilis consiliarius, Deus fortis,pater futuri seculi,princeps pacis.] Moses uerò uir excellẽs,& apud suos uerus creditus id quod iam antè de incarnatione Saluatoris nostri dictum erat,probans,& uerum id esse animaduertens,sic fatur: Orietur stella ex Iacob, & homo ex Israel,& comminuet duces Moab. Ac rursum: Quàm pulchra tua domicilia Iacob, conuentus tui Israel ut saltus inumbrãt,& ueluti paradisi inter flumina,& ut tabernacula quæ fixit Dñs, ut cedri iuxta aquas, prodibit homo de semine eius,& dominabit nationibus plurimis. Rursus Esaias Propheta:Priusquàm puerulus nouerit appellare patrẽ uel matrẽ, intercipiet opes Damasci & spolia Samariæ sub oculis regis Assyriorũ. Quoniã igitur homo appariturus erat, ideo hoc ipsum antea denũciatur. Quòd aũt omnium sit Dominus is,qui uenturus erat: id rursus præindicant sequentibus uerbis: Ecce Dominus in leui nymbo sedebit, uenietq; in Ægyptũ, & quassabuntur sculptilia Ægypti. Nam & Pater illum inde reuocat,dicens: Ex Ægypto uocaui Filiũ. Quid? quòd neq; mors illius silentio transmittitur, sed admodũ clare in sacris literis demonstratur. Nam & causam mortis,quòd non sui gratia, sed pro omnium salute & immortalitate eam sustinuerit,insidias præterea Iudæorũ,eorumq; in ipsum cõtumelias, nihil ueriti sunt dicere, ut nihil rerũ,quæ ad illũ spectãt, inauditum

Luc.4 Luc.4 Esa.7 Hæc in Græco non habentur. Esa.9 Esa.9 Esa.9 Nu.24 Nu.24 Esa.19 Esa.19 Osee 11

inauditum & non prȩcognitũ eſſet. Sic em̃ aiunt: Homo uerberib affectus, & doctus in ferendis infirmitatibus, quandoquidem auerſa eſt facies eius, ignominioſè tractatus eſt, neq; ullo in numero habitus: Ipſe peccata noſtra feret, & pro nobis excruciabitur, & nos reputauimus illũ in labore, uerberibus & afflictione. Ipſe autẽ uulneratus eſt propter peccata noſtra, & languidus redditus eſt ob iniquitates noſtras. Diſciplina pacis noſtrę in eo, & uibicibus eius ſanati ſumus. Admirare Verbi amorẽ ſtudiũq; in homines, quippe qui propter nos indignè tractet, ut nos in dignitate & honore eſ-
Eſa.53 ſemus. Omnes enim (inquiunt) ut oues deerrauimus, homo in itinere ſuo
Eſa.53 deuiauit & Dñs tradidit eum pro peccatis noſtris, & ipſe in afflictione ſua,
Eſa.53 non aperuit os ſuũ, ut ouis ad mactationẽ ductus eſt, & ut agnus corã tondente obmuteſcens, ita non aperuit os ſuũ, in humilitate eius, ipſius iudiciũ ſublatũ eſt. Deinde, ne quis eum uulgarẽ hominẽ ob afflictiones iſtiuſmodi arbitraretur, anteuertit eorum ſuſpiciones, potentiã illius, naturæq; eius
Eſa.53 cum noſtra diſſimilitudinẽ recenſens his uerbis: Natiuitatẽ eius quis enarrabit? quandoquidẽ tollitur è terra uita eius, propter iniquitates populi du-
Eſa.53 ctus eſt ad mortẽ. Et: Dabo malos pro ſepultura eius, & diuites pro morte ipſius, quoniã iniquitatẽ non fecit, neq; inuentus eſt dolus in ore eius: &,
Eſa.53 Dominus uult eum purgare à plaga. Sed fortaſſis auditis de morte ipſius uaticinijs, requiras cõdiſcere, quid nam de cruce apud Prophetas præſignificatũ fuerit: nam de ea quoq; tacitum nõ fuit, ſed apertè hoc ipſum à Sanctis declaratũ eſt. Primus em̃ Moſes ingẽti uoce iam id antea denũciauit,
Deut.28 dicẽs: Vitã ueſtrã ſuſpenſam ante oculos ueſtros uidebitis, & non credetis. Rurſus, qui poſt Moſem fuerunt, prophetæ de hoc eodem denuò proteſtantur ſequentibus uerbis: Ego, quemadmodum innocens agnus, qui du-
Deut.28 citur ad uictimam, non cognoui, ſuper me cogitarunt mala, dicentes: Agite huc, inijciamus lignum in panem eius, & eradamus eum è terra uiuentium.
Pſal.22 Ac rurſus: Foderunt manus meas & pedes: & enumerauerunt omnia oſſa
Pſal.22 mea. Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtitum meum miſerunt ſor-
Pſal.22 tem. Sublimis autem mors & in ligno inflicta, non alia quàm crucis exiſti mari debet. Et in nullo genere mortis perfodiuntur manus & pedes, præterquã in cruce. Cæterum, quòd Saluatoris noſtri aduẽtu, omnes quotquot ubiq; gentes cœperint Deũ cognoſcere, ne id quidẽ ſine indicio reli-
Eſa.11 querunt: nec de iſtis rebus ſilentium in ſacris literis fuit. Erit (inquit) radix Ieſſe, & qui exurgit ad imperandum gentibus, in eum gentes ſperabunt. Et pauca quidem iſta ad fidem rerum dicta ſunt, alioqui tota Scriptura huiuſmodi teſtimoniorũ plena eſt, refutans Iudæorũ incredulitatem. Quis (quæſo) omnium (quorum mentio fit in ſacris hiſtorijs) iuſtorum & ſanctorum tum Patriarcharum, tum Prophetarum, ex ſola uirgine ortum ſui corporis habuit? aut quæ mulier ſine uiro unquam ſuffecit ad hominis procreationem? Nonne Abel ex Adam genitus eſt? Enoch ex Iared? Noe ex Lamech? Abraham ex Thara? Iſaac ex Abraham? Iacob ex Iſaac? Iudas ex Iacob? Moſes & Aaron ex Ameram? Samuel ex Helcana? Dauid ex Ieſſe? Solomon ex Dauide? Iezechias ex Acha? Ioſias ex Amos? Hieremias ex Helchia? Iezechiel ex Muſe? Nónne ſinguli habuere

patrem

patrem ſuæ natiuitatis autorem? Quis unquam ex ſola uirgine genitus eſt? Quapropter magna cura à Propheta id præindicatum fuit. Cuius (quęſo) natiuitati præcurrit ſtella in cœlo, aut iam natũ mũdo demonſtrauit? Moſes certe quum naſceretur, in occulto habitus fuit à parentibus ſuis: de Dauide uero, fama ne ad uicinos quidem peruenit, quippe quem magnus ille Samuel ignorabat, ſed percontabatur, an adhuc aliquis eſſet filius Ieſſe. Abraham porrò, nõ niſi iam magnus, proximis innotuit: At natiuitatis Chriſti, non hominũ quiſpiam, ſed ſtella in cœlo, unde Chriſtus deſcenderat, reſplendens, teſtis fuit. Quis unquã ex regibus genitis, antequam per ætatem poſſet patrem aut matrẽ appellare, regno potitus eſt? & trophæa de hoſtibus erexit? Nonne Dauid iam trigenarius regnũ obtinuit? Nonne Solomon adoleſcens imperiũ ſuſcepit? Nonne Ioas ſeptuennis ad regnum euectus eſt? Nonne iſto adhuc poſterior Ioſias, circa annũ ſeptimũ rerum gubernacula ſuſcepit? Atqui iſti in hac ætate patrẽ & matrem appellare poterant. Quis igitur iſte eſt, qui propemodũ ante geniturã ſui, & regnat, & deſpoliat inimicos? Quis unquã talis rex fuit, uel in Iſrael, uel in Iuda, dicant Iudæi (inquiſitione facta) in quo ſpem ſuam omnes gentes conſtituerunt? ac pacem tenuere? ac non potiùs undecunq; in illos aduerſæ infenſæq; fuere? Quamdiu enim ſtetit Hieruſalem, bellum irreconciliabile illis fuit, pugnatumq; ab omnibus contra Hieruſalẽ, Aſſyrijs quidẽ affligentibus, perſequentibus uero Ægyptijs, Babylonijs inuadentibus. Et quod magis admirere, Syros conterminos hoſtes aduerſus ſe belligerantes habuerunt. Nonne Dauid contra Moabitas bellum geſsit? Syros excidit? Ioſias ſibi à uicinis cauit, Iezechias extimuit arrogantiam Senacherib, contra Moſen Amalechus copias eduxit, Amorrhæi Ieſu Naue infeſti fuerunt, qui Hiericho incolebant, contra eum in acie ſteterunt, & prorſus nulla amicitiæ fœdera gentibus cum Hieruſalem intercedere potuerunt. Quis igitur ſit in quo gentes ſuam ſpem collocauerint, operæ precium eſt diſpicere. Neceſſe eſt enim ut is extiterit, quando quidem fas non eſt Prophetas mentiri. Cui (quæſo) Sanctorum Prophetarum, aut retro Patriarcharum, mori in cruce accidit pro omnium ſalute? Aut quis ſaucius factus & ſublatus eſt ad omnium ſanitatem? Quis iuſtorum aut regum in Ægyptum deſcendit, & eius deſcenſu idola in Ægypto ceciderunt? Abraham deſcendit, nihilo tamen minus idololatria ubique uiguit. Natus eſt ibi Moſes, æquè tamen illic hæſit religionis error. Quis omnium de quo Scriptura teſtimonium præbet, pedibus ac manibus confoſſus eſt? aut in ligno pependit, & cruce confectus fuit pro omnium ſalute? Abraham enim in lecto extinctus eſt. Iſaac item & Iacob porrectis in lecto pedibus mortẽ obiere. Moſes & Aaron in montibus, Dauid uero domi ſuæ uitam depoſuit, nihil mali à ſuis popularibus paſſus. Nam tametſi à Saul ad necem requiſitus fuerat, ipſe tamen citra noxam euaſit. Eſaias quidem ſerra diſſectus eſt, attamen in ligno ſuſpenſus non fuit. Hieremias contumelioſè habitus eſt, ſed non condemnatus perijt. Ezechiel quidẽ paſſus eſt, at non pro populo, ſed quia euentura populo prædicabat. Quinimo, qui hæc paſſi ſunt, homines fuere, quales & nos omnes ſumus pro ſimilitudine rationeq; humanæ naturę. Ille autẽ,

quem

quem Scripturę indicant pro omnibus passurũ, non simpliciter homo, sed uita omniũ dicitur, tametsi ratione naturæ similis esset cæteris hominibus.
Deut.28 Videbitis (inquit) uitam uestrã suspensam corã oculis uestris. Et, Natiuita-
Esa.53 tem eius quis enarrabit? Omniũ Sanctorũ natiuitatẽ poteris addiscere ex narratione Scripturæ, ab ipsa usq; origine, qui, & à quibus ortũ trahant: at eius qui uita est, inenarrabilẽ esse eius natiuitatem diuinæ literæ produnt. Quis igitur est ille, de quo sacræ literæ pronunciant? aut quis denicq; tantus, ut & Prophetæ talia de ipso pronuncient? nullus certe istiusmodi in Scripturis reperitur, præter cõmunem omniũ Saluatorẽ, Dei uerbum Dominum nostrũ Iesum Christum. Hic enim est, qui ex Virgine prodijt, & ut homo in terris apparuit, cuiusq; inenarrabilis secundũ carnẽ natiuitas censetur. Non enim est, qui Patrem eius carnalem dicat, quũ non è uiro, sed ex Virgine sola, corpus eius ortum trahat. Quemadmodũ igitur in Dauide, Mose, cęterisq; Patriarchis in describenda stirpe patrẽ allegare licet: ita nõ possis patrem carnalem Christo assignare. Hic enim est, qui à stella uoluit suam genituram indicari: quippe conueniebat, Verbum cœlitus delapsum, in cœlo quoq; sui indicia & notas habere. Conueniebat Regem naturę in lucem prodeuntem, ab uniuerso orbe clarum manifestumq; reddi. Certe quum in Iudæa nasceretur, Persæ adoratũ uenere. Hic est, qui, antequam in humana specie appareret, de aduersarijs dæmonibus, uictoriã: & de Idololatria, triumphum reportauit. Nam quotquot ubiq; sunt gentes eiurantes patrium ritum & idolorũ impietatem, suam iam in Christum spem constituunt, eiq; sua nomina dant, ut etiam uel ipsis oculis deprehẽdere licet. Alioqui Ægyptiorum superstitio non quieuisset, nisi Dominus omnium, in corpore quasi in nube uectus eò descẽdisset, & idolorũ errores cõpescuisset, omnes in se, & per se ad Patrẽ transferẽs. Hic est qui crucifixus, cœlum & rerũ naturã, illosq; ipsos, qui ipsum occidêre crucifixores, testes habuit. Huius morte omnium salus cõparata est, & natura rerũ liberata. Hic est omniũ uita, qui ut ouis pro omnium salute, uicariũ succedaneumq; suũ corpus in mortẽ tradidit, etiamsi Iudæi non credãt. Quòd si ista nõ sufficiunt, saltẽ, quod reliquũ est, suis ipsorũ oraculis credant, de quo (quęso) loquun
Esa.65 tur Prophetæ: Manifestus redditus sum illis, qui me nõ quærũt, inuẽtusq;
Esa.65 ab his, qui de me non percõtabantur. Ecce, ego sum, dicam gentibus, quæ non inuocauerunt nomẽ meum, expandi manus meas ad populũ incredulũ & cõtradicentẽ. Quis igitur is est, qui ita manifestus redditus est? (nam ita ex Iudæis scisciari licet) Si Propheta quispiã est, dicant: quando occultatus fuit, ut postea manifestus redderetur? Aut quis denicq; est iste Prophe ta, qui ex obscuro, manifestus est factus, manusq; suas in cruce expandit? Iustorũ certe nullus, sed solus ille Dei Sermo, natura quidẽ incorporeus, sed tamẽ propter nos in corpore apparẽs, & pro nobis suppliciũ ferẽs. Quòd si ne istud quidẽ illis satis est, saltẽ ex alijs pudeſiant, quũ tam euidentia do-
Esa.35 cumenta intueantur. Ait enim scriptura: Corroboremini manus remissæ, & genua dissoluta: consolemini animo, qui modicæ fidei estis: corrobore-
Esa.35 mini, & ne timueritis, ecce ego Dominus uester, iudicium retribuens, ipse
Esa.35 ueniet & seruabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient,

audient. Tũc saliet (ueluti ceruus) claudus, & expedita erit lingua balborũ. Esa. 35
Tale quid de quonam (quæso) poterint allegare? aut quomodo denicp audent cõtra ista uel oculos attollere? Siquidẽ prophetia, Deũ aduenturũ significat: & signa, eius præsentiæ tẽpus ostendunt. Ac in aduentu eius futurum esse, ut cæci uideant, claudi ambulẽt, surdi auscultent, balbi expeditam linguã habeant, præuio denunciatu indicauerunt. Quãdo igitur talia signa contigerũt in Israel? aut ubi simile quippiã in Iudea accidit? doceant. Naaman leprosus emundatus est, sed surdus nõ audijt, aut claudus ambulauit. Mortuum excitarunt Helias & Helizæus, sed non is qui natura cęcus fuit, per eos uisum recepit. Magnum quiddã profecto, mortuũ reuerà excitare. Cæterum id non tale miraculũ, quale Saluatoris nostri. Atqui de lepra, de mortuo, de claudo nõ tacuisset Scriptura, maxime si accidisset aut claudum obambulare, aut cæcum uisum recipere. Nequaquã hæc indicare prætermisissent sacræ literæ. Quoniã igitur tacitũ est de ea re in Scripturis, certum est ea priùs nõ euenisse. Quando igitur ista acciderũt, nisi quando ipse Dei Sermo in corpore fuit? Quando aũt adfuit, nisi cùm contigit claudos ambulare, linguã balborũ expediri, surdos audire: cęcos à partu, uisum recipere: ideoc eius temporis Iudæi hæc uidentes, in hęc uerba proruperunt, utpote qui nõ aliunde hæc fieri audiuerunt: Nunquam talis surrexit in Israel, Ab æuo auditum non est, quòd quispiã aperuerit oculos à partu cæci. Nisi hic esset à Deo, non posset quippiã tale facere. Sed fortasse ipsi, quia contra manifesta repugnare nõ ualent, nõ inficiabũtur hæc scripta esse, sed tamen expectatione illa suspendenda esse, ac nondũ Dei Verbũ aduenisse, confirmabũt. Hæc sursum deorsumc; iactitantes, nihil uerẽtur in re manifestaria frontẽ perfricare, sed hic citius quàm usquam alibi cõuincentur, non quidẽ à nobis, sed ab ipso sapientissimo Daniele, qui certũ tempus & aduentum Saluatoris nostri describit, his uerbis: Septuaginta hebdomadæ in cõpen- Dan. 9
diũ redactę sunt super populo tuo, & ciuitate sancta, ut cõsummetur peccatũ, & obsignetur prauitas, ac deleantur iniustitiæ, & placentur iniquitates, ut adducatur iustitia sempiterna, ut obsignetur uisio & prophetia, ut inungatur Sanctus Sanctorũ: & cognosces & intelliges ex euentu uerborum, ut Dan. 9
discernatur & ædificetur Hierusalẽ usc; ad Christum ducem. Forsitan alibi prætextus inuenerint, quibus ea, quæ ut iam acta in scripturis cõprehensa sunt, in futurũ adhuc tẽpus reijciant: sed aduersus hanc sententiã, quænam uerba in aduersum opponere, aut quos oculos ausint attollere? ubi & Christus ille unctus exprimitur, & is qui inungitur, non homo simpliciter, sed Sanctus Sanctorũ esse deprædicatur: & usc; ad aduentũ eius Ierusalẽ staturam, postmodùm desiturã uisionem & prophetiã in Israel. Uncti sunt olim Dauid, Salomon, Ezechias, sed tamẽ Ierusalẽ & locus etiã tum consistebat: & Prophetæ prophetabãt, Gad, Asaph, Nathan, cæteric;, qui post hos uixerũt, Esaias, Ozee, Amos, ac cæteri omnes. Qui quidẽ, quod erant, Sancti appellati sunt, sed nequaquam Sancti Sanctorum. Quòd si mihi captiuitatem obijciant, atc; ideo negent Ierusalẽ cõstitisse, recte, sed quid mihi isthic super Prophetis responderint? Siquidẽ olim deducto Babylonẽ populo, erant illic Daniel & Ieremias, uaticinabãtur Iezechiel, Aggæus & Zacha-

rias. Nugas igitur agũt Iudæi, quũ tempus iam præsens in futurũ reiiciunt. Quando enim desijt prophetia aut uisio in Israel, nisi quũ Sanctus Sanctorũ Christus aduenerat? Signũ est hoc & ingens documentũ de Christi aduentu, quòd Ierusalẽ non amplius cõsistit, neq; Prophetæ excitantur, neq; uisio illis reuelatur, & iure quidẽ optimo: aduenięte enim eo qui designabatur, quid opus fuit rebus significantibus? & pręsente ueritate, quid amplius opus fuit umbra? Nam ob hoc ipsum & eousq; præuaticinabantur, donec ipsissima iustitia, & is q̃ omniũ peccata redẽpturus erat, superueniret: eaq; de causa & Ierusalẽ usq; in id tẽpus stetit, ut ibi interim præmeditarẽtur ueritatis speciẽ. Præsente igitur Sancto sanctorũ, merito obsignata est & uisio, & prophetia, & regnũ Ieroso lomitanũ desijt. Tãdiu enim ungebantur apud eos reges, donec ungeretur Sanctus Sanctorũ. Et Moses quoq; eo-
Gen. 49 dẽ spacio regnũ Iudæorũ circũscribit, idq; huiusmodi uaticinio: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus Iacob, donec uenerint ea quæ reposita sunt, & ipse est expectatio gentiũ. Vnde & ipse Saluator cla-
Matt. 11 mat, dicẽs: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem prophetauerunt. Si igitur uel nunc ullus est apud Iudæos aut rex, aut propheta, aut uisio: recte inficiãtur aduenisse Christũ: Sin aũt neq; rex, neq; ulla prophetia supereſt, sed obsignata est in posterũ & omnis prophetia: & ciuitas & tẽplũ capta: quorsum ista impietas & tergiuersatio, ut quũ ista ipsa facta uideãt, authorẽ qui hæc fecit, Christũ negẽt? Aut quur, quũ gẽtiles uideãt relinquere sua idola, & in Deũ Israel per Christũ habere spẽ, repudiant Christũ, eumq; quantũ ad carnem attinet, ex radice Iessea oriundũ, & iam regni potitum? Si enim gentes aliũ colerent Deũ, ac non Deum Abrahę, Isaac, & Iacob, aut si non Deum Moysis agnoscerent, recte iterũ causificarẽtur Deum non uenisse: at quum Moysen, qui legem dedit, & Deum Abrahamo promissum, atq; hunc eius Sermonẽ, quẽ aspernati sunt Iudęi, hunc ipsum gẽtes uenerentur, quur non agnoscunt? uel potius, quur sponte cæcutiunt? ac non uident eum qui prædiuinatus fuit à Scripturis, orbi terrarũ illuxisse, & apparuisse corporaliter,
Psal. 117 Psal. 106 quẽadmodũ Scriptura dicit: Dominus Deus illuxit nobis. Ac rursus: Emisit Verbũ suũ, & sanauit eos. Et iterũ: Non legatus, nõ nuncius, sed ipse Dominus seruauit nos. Simile quiddã isti faciunt, ac si quis mẽte attonitus, terram quidẽ à sole illuminatã uideat, & tamẽ illuminatorẽ terræ, solẽ esse neget. Quid aũt ille, qui apud ipsos in expectatione erat, quum ueniret, facere debuit? uocare (inquis) gentes, at iam uocatæ sunt: facere ut cessarent Prophetæ, rex item & uisio, at iam illa ipsa facta sunt: Idolorũ superstitionẽ refutare, at iam refutata est: mortẽ abolere, at iam abolita est. Quid igitur factũ non est, quod oportuit Christũ facere? aut quid restat, quod non sit impletum, ut sibi inde placeant Iudæi, & increduli maneant? Si igitur (ut iam uidemus) neq; rex, neq; Propheta, neq; Ierusalẽ, neq; sacrificiũ, neq; uisio est apud eos, sed uniuersa terra repleta est cognitione Dei, Ethnicíq; relinquũt uanos & impios cultus, ac iam deinceps ad Deũ Abrahæ confugiunt, idq; per Verbũ Dñm nostrũ Iesum Christũ, manifestũ est etiam improbè tergiuersantibus, Christum uenisse, & omnes semel suo lumine illustrasse, ac doctrinã quã de Patre suo docuit, uerã simul & diuinã esse. Iudæos igitur istis

aliįsq;

alijsq; multis è diuina Scriptura mutuatis redargueris. Ethnicos uero admireris ea irridere, quę nequaquam ludibriosa sunt: & ipsos ęcutire in suis ludibrijs, quæ se in lignis & lapidibus cõmittere non uident. Veruntamen ut non inopes rationũ, argumentisq; destituti, age, & istos legitimis rationibus in pudorẽ cõijciamus, maxime ex rebus quas ipsi cõspicimus. Quid (quæso) absurdũ, aut quid apud nos irrisu dignum, si Verbũ siue Rationẽ planè in carne apparuisse referamus? at hoc ipsum nõ absurdè factum esse, etiã ipsi confessuri sunt, si ueritatis amici esse uelint. Nam si plane inficiãtur esse in Deo rationẽ, stultè faciunt, ea irridentes quorũ noticiã non habent: sin uero agnoscũt rationẽ esse Dei, eamq; ducẽ omniũ, & in ea Patrẽ mundum condidisse, & huius prouidentia omnia illustrari & uiuificari, & consistere, eamq; in omnibus regnare, adeo ut ipsa ex suæ prudentiæ operibus, & Pater per eam agnoscatur: dispice mihi (quęso) an non ex ignorantia istã cachinnationẽ contra nos instituant? Mundũ, corpus magnũ sapiẽtes ethnicorũ dicunt, & uerè dicũt: uidemus enim eum eiusq; partes sensibus subiacere. Si igitur in mũdo quod corpus est, Ratio Dei ineſt, cũctaq; eius & singula præoccupat & insidet: quid miri aut absurdi, si eam etiam in homine insedisse asseueremus? Nã si absurdũ est, omnino rationẽ in corpore esse, absurdũ quoq; fuerit eam in uniuersitate rerũ residere, ac omnia sua prouidentia illuminare ac mouere, quũ ista uniuersitas rerũ pro corpore sit habẽda. Sin uero decet eã insidere, & in uniuersitate agnosci deprehẽdiq;: decorũ quoq; fuerit, eã in humano corpore apparere, idq; ab ea illustrari & agi, quũ homo quoq; inter mundi partes haberi debeat. Quòd si pars mũdi, ineptũ & indecorũ instrumẽtum censendũ sit ad cognoscendã ueritatẽ: par quoq; fuerit per hũc uniuersum mundũ patefieri eius conditorẽ. Nam sicuti, si quis cũ corpus hominis uideat ab anima moueri & agi, neget tamẽ eius uim in digito pedis apparere, pro stulto haberetur, quoniã quum concessisset eam in toto corpore ostẽdi & agere, refragaretur, eam in parte sub sistere: ita quoq; qui concedit & credit Rationẽ Dei in rerum uniuersitate existere, omniaq; ab illa illustrari, & moueri, nõ debet absurdũ putare, aliquod corpus humanũ ab ea moueri & illustrari. Sin uero quia creatũ est, & ex nihilo genus humanũ cõditũ est, ideo nos de Seruatoris in carne apparitione indecora loqui existimẽt, hi nimirũ Rationẽ à rerum uniuersitate excludunt: nã & illa ex nõ ente, in essendi naturã per hãc Rationẽ siue Verbũ producta est. Si uerò creata rerũ uniuersitate, nõ est absurdũ, huic quoq; inesse Verbũ: neq; certè id in homine existere, absurdũ fuerit: quodcunq; enim de toto sentias, hoc ipsum quoq; de parte sentire necessum erit. Pars (ut iam dixi) rerum uniuersitatis, homo est, quapropter non plane absurdũ est rationẽ in homine consistere, & omnia ab ea illustrari, moueri & uegetari: quemadmodũ etiam ipsorum scriptores prædicãt, quũ aiunt: In eo uiuimus, mouemur & sumus. Quid igitur ludibrio dignũ afferimus, si illud in quo se collocauit ratio, id pro instrumento usurparit ad indicium declarationemq; sui? Si enim in eo non fuit, eo uti nequaquã potuit: sin (ut iã antea demonstratũ est) eam & in toto, & in partibus consistere exploratũ sit: quid dissentaneũ Fidei, si in ijs sese exhibeat, in quibus cõsistit? Sicuti enim

ſuis uiribus & poteſtate,totus uniuerſitati rerum & ſingulis incubans,plenecq; omnia inſtruens & gubernans, ſi uoluiſſet ſolē, lunam,cœlū, terram, aquam,uel ignem ſui indicem eſſe,ac ijs pro inſtrumēto utens,Patrē omnia feciſſe diceret,nemo illū diceret indecenter uoce uſum eſſe, quū omnia contineat:& in toto,& in ſingulis inſit,ac inuiſibiliter ſeipſam oſtēdat: ita quoque indecorū non fuerit,eam gubernantem omnia, cunctaq; uiuificantem uolentemq; per hominem ſe notam reddere, ſi pro organo ſit uſa hominis corpore, ad declarandam ueritatē & cognitionē Patris. Pars enim uniuerſitatis rerū,humana natura cenſenda eſt. Et quemadmodum mens per uniuerſum hominem ſe porrigit, & ex minima particula corporis, lingua, inquam,intelligitur,necq; tamē ob id quiſpiā imminutā eſſe dixerit naturā mētis:ita non indecorū uideri debet, ſi Verbū ſiue Ratio,quanquā per omnia ubiq; adſit,uſum iſtū petat ex humano inſtrumento. Nā ſi illi indecorū eſt corpore pro inſtrumēto uti, indecorū quoq; fuerit,in iſta uniuerſitate rerū eam exiſtere. Quur igitur(inquiunt)non potius per alias mūdi partes præſtantiores ſeſe oſtendit?ac quur non pulchrius inſtrumentū,ſolem, lunam, aſtra,ignē aut ętherē in eum uſum adhibuit potius quàm hominē? Cognoſcat iſte percontator, non ad oſtentationē ueniſſe Dominū, ſed ut mederetur ac doceret eos qui in malis erant. Oſtētantis enim eſt,nihil affectare,niſi ut edat ſui ſpecimen,& ſpectatores in ſui admirationē rapiat: medentis aūt & erudientis eſt,nō quouis modo inuiſere, ſed ad cōmodum indigentium ſeſe repręſentare,atq; ita ſe exhibere,prout ferre poſſunt, qui eius operā requirunt,ne in excedendo,neceſsitatē uſumq; patientiū conturbet, & inutilis illis fiat Dei uiſitatio. Nihil aūt ex rebus creatis errabat in numine intelligendo, præter ſolū hominē:non ſol,non luna,non cœlum,non aſtra,non aqua, non æther, immutāt ſuū ordinē, ſed agnoſcentes ſuū opificē & principem Rationē Verbumq; Dei,eo tenore permanent quo cōdita ſunt:Soli aūt homines auerſi à bona illa ſtatione ueritatis,ijſq;,quæ non erāt,effictis, Dei honorē & eius cognitionem,dæmonibus & hominibus in lapide effigiatis,dedicauerūt. Vnde merito factū (quandoquidē tantā rem neglectui dare,non erat ex bonitate Dei, nec ſpes erat, ut homines ex adminiſtratione rerū naturæ iſtiusq; uniuerſitatis,Deum cognoſcerent) ut humanū ſibi corpus in inſtrumētum aſſumeret, eiq; incubaret, ut quoniā ipſum in rerū uniuerſitate deprehendere non poterāt, ſaltē in parte iſta nō incognitū haberent, & quia ſuſpicere nequibāt ad inuiſibilē illius potentiā, ſaltem ex ſimilibus ratiocinādo,eam intelligere & contemplari ualerent. Nā quatenus homines erant,ex corpore illius, corporisq; (quod paris conditionis cum ipſis erat) operibus diuinis, citius & propius ipſius Patrē omnipotentiāq; illius cognoſcere potuere,facile dijudicantes,nō eſſe hominis,ſed diuini numinis opera,quæ ab illo fiebant. Quòd ſi ſecundū eos abſurdū eſt,ex operibus corporis,Verbū Dei omnipotentis cognoſci:abſurdū itidem fuerit, eam ex uniuerſitate rerū deprehendi. Vt enim,quū in rerū natura conſiſtit, nihil ſibi decerpit ex rebus creatis, ſed omnibus potius uim ſuam cōmunicat:ita quoq; corpore pro inſtrumento utens nihil ex corporeis rebus in ſe admittit, ſed ipſe potius ſanctificat corpus. Etenim, ſi Plato qui in magna

apud

apud Gentes fuit admiratione, dicit, genitorem totius mundi, quũ uidisset mundũ tempestatibus iactari, ac iam periclitãtem ne mergeretur in locũ inæqualitatis, collocasse se ad gubernacula animæ, atque ita succurrisse, omniaq; errata correxisse: quid incredibile à nobis dicitur, si errãti humanæ naturæ Ratio assederit, & homo apparuerit, ut eam tempestatibus iactatã, sua gubernatione & bonitate cõseruaret? Sed fortasse hic pudor eos ad assentiẽdum cõpellet, dicturos tamen interim, oportuisse Deum (quũ docere & seruare homines uellet) nutu id duntaxat facere, sicuti olim fecerat, quum eum ex nihilo crearet: nec opus fuisse, ut Verbũ siue Ratio Dei corpus attingeret. Ad istiusmodi obiectionẽ id nõ immerito dici poterit: Olim, quũ nusquam quisquam existeret, nutu opus fuisse, & sola uoluntate ad uniuersitatis architecturam: cæterum, quum iam homo factus esset, necessitas exigebat, non ut ijs quæ non essent, sed quæ iam existerent, remediũ daretur. Consequens igitur, ut rebus iam procreatis, medicus & seruator assisteret, ad procreata conseruanda. Atq; ea causa est, cur homo sit factus, humanũq; sibi instrumentũ (corpus) adiunxerit: Alioqui, si eo modo fieri non oportebat, quo (quæso) pacto oportuit Dei Rationem, quum instrumento uti uellet, ad illud sese accõmodare? aut unde illud desumeret, nisi ex rebus iam creatis, eiusq; diuinitate ob similitudinẽ indigẽtibus? Non enim, quæ non erant, indigebãt conseruatione, quibus solum duntaxat præceptũ suffecisset. Sed homo qui iam pridẽ conditus erat, corrumpebatur, & præter hoc in interitũ tendebat. Recte igitur humano instrumento usus est, & per omnia se explicuit. Postremo & id quoq; sciẽdum, luem illam non extra corpus hæsisse, sed corpori agnatam coalitamq; fuisse, & necessum erat emota corruptione uitam ei infarciri, ut quemadmodum in corpore mors extitisset, ita in eodẽ uita existeret. Quòd si igitur extra corpus mors fuisset, extra corpus etiam oportuisset uitam eius subsistere: sin uero in corpore coaluit consertaq; mors fuit, ac ueluti cohærens ei dominabatur: necessum quoq; fuit uitam cum corpore coalescere cõseriq;, ut ita corpus imbutum uita, corruptionem extruderet. Alioqui, si extra corpus Verbum Dei constitisset, neq; inibi hæsisset, mors quidẽ ab eo maxime pro rei natura superata fuisset, utpote cui contra uitam nullæ uires suffecissent, in corpore tamẽ prior illa corruptio æque adhæsisset. Quapropter nõ immerito Saluator noster corpore amictus fuit, corporiq; uitã inseruit, ut id non ulteriùs mortale per mortẽ remaneret, sed indutũ immortalitate, in posterum perseueraret immortale. Induta quippe semel corruptione, nunquam resurrexisset nisi uitam induisset. Et quia mors per se non nisi in corpore apparere aut existere poterat, ideo ipse corpus induit, ut mortem ibi inuẽtam aboleret. Quomodo enim Dominus ex toto uitam se esse demonstrasset, nisi id quod mortale erat, uiuificasset? Et quemadmodũ stipula, quæ naturaliter ab igne consumitur, si ab ea ignem depellas, non comburitur quidem, sed tamen ut stipula fuit, ita stipula permanet, obnoxia igni, ignisq; comburendi uim male sibi metuit, ac suspectã habet: Natura enim eius appetens est ignis. Hic, si quis stipulã copioso Amiãtho uestiat, cuius natura dicitur igni resistere, nihil iam deinde ignem metuet, utpote munita re, quæ comburi nequeat:

Idem quoque de corpore nostro & morte sentias. Quòd si solo præcepto mors ab eo depulsa fuisset, nihilo tamen minus mortale & corruptibile pro ratione suę naturæ remansisset: sed ne hoc fieret, induit corpus incorporalē omnipotētis Dei Rationem, neq; iam inde corruptionē aut mortem exhorrescit, quum habeat uitam pro indumento, & per id corruptionem amoliatur. Probabiliter ergo Dei Sermo corpus assumpsit, & humano instrumēto usus est, quo corpus uiuificaret: ut quemadmodum in rerum natura ex operibus cognoscitur, ita quoq; in homine operaretur, & seipsum undecunq; ostenderet, nihil desertum destitutumq; relinquens à sua diuinitate & cognitione. Iterum idem dico, superiora resumens, ideo Christum Saluatorem nostrum hoc fecisse, ut quemadmodum omnia undecunque sua præsentia adimplet, ita quoq; omnia sua natiuitate cognitioneq; adimple-
Psal.103 ret. Ait enim Scriptura: Impleta est uniuersa terra cognitione Domini. Nā
Psal.103 si tollas oculos in cœlum, cōspicaberis ibi eius ornatus. Sin uero in cœlum non potes, saltem ad homines aciem deflecte, uidebis eam ex operibus eius potentiam, qualem nullam in cæteris hominibus, sentiesq; hunc solum inter homines Dei Verbum esse. Quòd si ad dæmones te uertas, eorumq; naturā perculsus admireris, intuere eum, qui illos expulit, & tum eum ipsorū dominū iudicabis. Quòd si te in aquarum naturam demergas, easq; numē habere arbitreris (quemadmodū apud Aegyptios in ueneratione sunt) contemplare eas ab eo transmutari, & deprehendes illū aquarum esse Dominum. Quòd si te ad orcum deijcias, heroasq; qui eò descenderunt, admireris, ut numina, uide istius de morte uictoriā, & ratiocinaberis inter illos unum duntaxat Christum, uerum Dominum ac Deum esse. Omnes enim rerum naturæ partes attigit Dominus, omniaq; ab omnibus præstigijs asseruit, ac redarguit & (ut Paulus ait) spoliatos Principatus & potestates, triūphauit in cruce, ne quis ulterius frustrari posset, sed ubiq; uerū Dei Verbū inueniat. Atq; ita iam undecunq; circūclusus homo, & ubiq;, hoc est, in cœlo, in inferno, in homine, in terra, explicatam Verbi diuinitatem intuēs, non iam in posterū in cognitione numinis decipitur, sed hunc solū adorat, & per eum rite legitimeq; Patrē intelligit. Istis quidē rationibus recte Ethnici prę uerecūdia in silentiū tradi possent. Quòd si hasce rationes nōdum idoneas arbitrantur, ut ipsos sui ipsorum pudeat, saltem ex ijs quæ oculis subiecta sunt, fidē colligant. Quādo aūt idolorū ceremonias inceperūt abij cere? nisi ex quo uerum Dei Verbū inter homines apparuit? Quādo apud Græcos, & ubiq; gentiū oracula cessauerūt, & in nihilum sunt redacta? nisi quum usq; ad terrā sese manifestauit Dominus? Quando contemni cœperūt Poetarū Dij & heroes, ac pro mortalibus haberi? nisi ex quo Dominus trophæū de morte erexit? & corpus quod sumpsit, à morte excitatū incorruptibile seruauit? Quando dæmonū fraus & malitia contempta fuit? nisi quū Verbū, Dei uis & potentia (cui dominiū est in dæmones) propter hominū imbecillitatem in terrā descendit? Quando ars magica & scholæ præstigiarum inceperūt sordescere? nisi quum diuina apparitio Verbi, hominibus exhibita fuit? Quando Ethnicorum sapientia infatuata est? nisi quum uera Sapientia Dei sese in terris ostendit? Olim uniuersus orbis cultu ido-

lorum

lorum seducebat, nec aliud idola q̄ deos arbitrabantur: nunc uero per uniuersum orbem Idolorū superstitionē destituunt, & ad Christū confugiūt, eumq; ut Deum uenerantur: & per eum, Patrem (quem ignorabant) addiscunt: & quod in primis admirabile, cum olim fuerint diuersæ & innumerabiles ceremoniæ, dum singula idola peculiares sibi habent ritus, nec proximos limites transcendūt, neq; uicinos in sui cultum ascisc unt, imò uix inter suos suam religionē tuentur (nullus enim numen uicinorū coluit, sed singuli propriū habuere, persuasi eum solum Dominū esse) nunc solus Christus apud omnes unus & idem adoratur, & quod non potuit idolorū imbecillitas præstare, ut uicinis suis persuaderent, hoc Christus præstitit, qui non solū proximis, sed semel uniuerso orbi persuasit, ut se unū & eundem pro Domino haberēt, & propter ipsum ipsius Patrē uenerarentur. Olim quidem ubiq; Delphica, Dodonea, Bæotia, Lycia, Ægyptiaca, Cabirorū oracula impostoris uaticiniorum scatebant, Pythia apud homines in admiratione erant: nunc ex quo Christus ubiq; prędicatur, eiusmodi uesaniæ conquierūt, nec supereſt ullus fatidicus. Olim dęmonia inani specie ludibrijsq; rerum intricabāt homines, insessis alibi fontibus, alibi fluuijs, lapidibus aut lignis, atq; ita præstigijs fatuos in stuporem agebant: nunc uero, quū apparuit Dei uerbum, spectra huiusmodi & ludibria imaginū cessauerunt. Solo enim crucis signo utens homo, dolos illorum à se propellit. Olim poetica numina, Iouem, Saturnum, Apollinem, heroasq; item pro ueris numinibus habuerūt, eosq; per errorem uenerati sunt: nūc uero postquā Christus inter homines apparuit, & illos mortales fuisse, & Christū solum inter homines uerum Deum ueri Dei uerbum esse, deprehensum & patefactū est. Quid autem de magia loquar, quæ apud illos in summa admiratione fuit? nisi & illam quoq; quæ ante aduentum Verbi apud Ægyptios, Chaldęos, Indos, floruit, & spectatores admiratione sui cōplebat, præsentia ueritatis, & Verbi apparitione uictā, & plane obliteratā esse? Cæterū de Græcanica sapientia philosophorumq; grandiloquentia neminem arbitror uerba requirere: quum in oculis sit ipsum miraculum. Tot enim tantisq; à Græcorum philosophis uoluminibus scriptis, ne paucos quidem uel ex proximis locis adducere potuerunt, ut sua de immortalitate animæ dogmata & placita, de uita secundum uirtutem instituenda amplecti uellent: solus Christus uilibus citra ullam magnificentiam uerbis, ac per homines nequaq; eruditæ linguæ, in orbe terrarum plurimis Ecclesijs id persuasit, ut mortem inter contempta, immortalia in precio haberēt, & temporaria despicerent, æterna suspicerent, nihili putarent gloriam in terra, solūmodo autem affectarēt immortalitatem. Et hæc quidem non uerbo tenus à nobis iactantur, sed reipsa ueritatisq; experimentis demonstrantur. Adeat enim qui uelit, & spectet insignia uirtutis in Christi uirginibus, & in adolescentibus pudicitiā consecratam, ac immortalitatis fidem adstructam in tanto martyrum choro. Veniat qui istorum dictorum experimentū capere uelit, & in ipsis præstigijs dæmonum, & impostoris uaticiniorum, & in miraculis magiæ utatur signo crucis ab ipsis deriso, nomēq; Christi inuocet, & uidebit quomodo eius rei metu dæmones fugiāt, uaticinia cōquiescāt, magiæ & ueneficia

irrita iaceant. Quis igitur,& quantus est hic Christus,qui solo sui nominis uocabulo ac præsentia, omnia adobruit, & ociosa reddit, omnibusq; maior est, & orbem terrarum sua disciplina adimplet? Dicant Ethnici isti, qui ista derident, nec ullo interim pudore tanguntur: num homo esse possit qui talia faciat? quòd si homo, qui fit, ut unus homo omnes omnium deorum(quos ipsi colunt)uires transcendat,illosq; nullos esse sua potentia demonstret? Si magum illum dicant, quomodo per magum omnis magia obliteratur: ac non potius constituitur? Si enim homines magos oppugnans contra unum aliquem duntaxat præualuisset, rectè opinari liceret, eum meliori arte aliorum artes superare. Quòd si semel de omni magia, atque adeo magiæ nomine crux Christi uictoriam reportat,satis euidens est, non esse magum Saluatorem nostrum, quem dæmones, ubi ab alijs inuocati sunt,ut Dominum fugiunt. Quis igitur sit,enuncient Ethnici, quibus id unicum studium ut derideant. Fortassis dicent, & ipsum quoq; dæmonem esse factum, atque ita præualere:id si dixerint, ludibrio habendi sunt, quum denuo superioribus demonstrationibus reuincantur. Qui enim fieri potest,ut dæmon sit,qui dæmones propellit? Si enim quouis modo, ac non plane in uniuersum dæmones propelleret, existimari posset,in principe dæmoniorum contra inferiores dæmones, has uires possidere, quemadmodum Iudæi per contumeliam ei obijciebant. Sin aũt omnium dæmonum feritas, ad illius nomen sese subducit & in fugam agitur, satis clarum est, eos in errore uersari, & nequaquam dæmoniacam esse nostri Saluatoris potentiam,ut ipsi arbitrantur. Sin autem prorsus neque homo est, neq; magus, neque dæmon, sed commenticios deos poetarum & dæmonum præstigia, & Græcorum sapientiam, sua diuinitate irrita ociosaq; reddidit & obscurauit, negari non poterit, quin quod & apud omnes in confesso est,eum esse uerum Dei Filium, Rationẽ, sapientiam, & potentiam Patris. Atque inde quoque est,quòd eius opera non hominis sint,sed supra hominem, & re uera ipsius Dei esse cognoscantur, partim ex claris rerum documentis,partim ex illius cum cæteris hominibus comparatione. Quis enim unquam hominum,ex sola uirgine sibi corpus constituit,aut quis unquam hominum tales morbos curauit, quales communis omnium Dominus: quis id quod genituræ deerat, restituit, & hominem à natiuitate cæcum, uisu illustrauit? Æsculapius apud ipsos in deorum numerum relatus est, quòd medicam exercuit, & herbas laborantibus utiles animaduertit, non quidem eas ex terra creans, sed arte, quæ in natura erant, eas adinueniens. Sed quid illud ad acta Saluatoris Christi? quippe qui non uulnus sanauerit, sed res naturales creauerit, & creata instaurarit. Hercules pro deo ab Ethnicis adoratur, eò q̃ cõtra homines genere ipsi cõpares depugnarit, & belluas dolo interfecerit: sed quid'nam ista ad res gestas Verbi diuini, qui morbos,dæmones,atq; adeo ipsam mortẽ ab hominibus ,ppulsauit? Dionysius ab illis colitur,quia hominibus magister fuit ebrietatis:Saluator contrà & omnium Dominus, præceptor tẽperãtiæ derideẽ. Sed esto, ut fingamus hic aliquid paritatis:quid uerò eadẽ illa ad cætera eius diuinitatis miracula? Quo unquã homine moriẽte,sol obscuratus est,terra concussa est? A`

quo

quo unquã inter tot iam mortuos & quotidie morientes, miraculum editum est? Iam ut res corpore illius designatas omittam, eaq; memorem, quæ resurrectionẽ consequutæ sunt, Cuius unquam dogma unum idemq; à primis carceribus mundi usq; ad ultima terrarum, eas uires secũ pertulit, ut impressa ubiq; sua religione orbem uniuersum peruolarit? Aut quur, si homo est Christus, ac non potius Dei Verbum (ut illorum sententia est) non arcetur ab Ethnicorum numinibus, ne in ipsorum prouincias suam religionem transmittat? quum nunc contrà fiat, ut illuc accedens sua institutione, illorũ ceremonias & cultum abroget, eorumq; inanes species, & oculorum ludibria confundat? Multi ante eum fuere reges, & tyranni complures apud Chaldæos referuntur, magi quoq; & sapientes apud Ægyptios, & Indos: quis unquã horum, non dico post mortem, sed cum uiuerent, tantũ potuit, ut uniuersam terram sua doctrina impleret? & tantam uim hominum idololatriam dedoceret, quot Saluator noster ab idolis ad se transtulit? Græcorum sapientes eloquenter sciteq; multa conscripserunt: quid ergo? an tale aliquid, quale crux Christi, designarunt? Sed fortasse usq; dum uiuerent, illorũ sophismata fidẽ obtinuere, imò etiã ipsis adhuc uiuis, mutuis cõcertationibus, & controuersijs iactata sunt. Dei autem Filius, qui iure omnibus est admirabilis, quum paupertino miseroq; uerborum apparatu doctrinas suas traderet, omniscios illos sua luce prẽstrinxit, & quasi tenebras induxit, & aliorum institutis abolitis, omnia ad se traxit, suasq; Ecclesias impleuit. Quid? an non mirum eum, qui quasi homo ad mortem descẽdebat, sophorum grandiloquentiam de idolis, ociosam irritamq; efficere potuisse? Cuius unquam mors abegit dæmones? aut cuius unquam mortem dæmones expauerunt, ut Christi? Vbi enim nominatur nomen Saluatoris, inde omnes dæmones profugantur. Quis ita hominibus solitos affectus è præcordijs exemit, ut scorta, pudicè agerent? homicidæ, non amplius ferrum tenerent? pauidi animo, robur cõciperent? Quis barbaros gentesq; alias in suis sedibus persuasit, immanitatem deponere, pacifica meditari, nisi Christi fides, & crucis signaculum? Quis denicq; alius ita mortales certos confirmatosq; reddidit de immortalitate ut Christi crux, eiusq; corporis resurrectio? Nam & Græci quiduis ementiti, non potuerunt tamen idolis suis resurrectionem admẽtiri, quippe quibus nulla ratione in mentem uenire potuit, corpus post mortem denuo existere posse, qua in re præcipue mihi approbandi recipiendiq; uidentur, quòd deum istiusmodi animo persuasum habent, & suorum idolorum imbecillitatem indicarint, & Christo soli hãc potestatem reseruarint, ut uel inde ab omnibus cognosceretur ipsum esse Dei Filium. Quis igitur hominum uel post mortem, uel in uita, author seruandæ uirginitatis fuit? ac nõ contra arbitratus est, eam uirtutẽ præstari nõ posse? Attamẽ noster Saluator & omnium rex Christus, tantũ ualuit in huiusmodi præceptis, ut pueri nondum maturi legũ disciplinæ, uirginitatem quæ supra leges est, profiteantur. Quis hominũ tantũ spacij obire potuit, & ad Scythas, Æthiopes, Persas, Armenios, Gothosq; penetrare, & ad homines trãsmarinos, & ultra Hyrcaniã summotos, Ægyptiosq; & Chaldęos inuisere? & his quidem sibi de magia placentibus: illis uerò supra naturam

super-

ſuperſtitioſis, moribus locisq; efferatis, de uirtute temperantiaq; uerba facere, atq; ita ſugillare idolorū cultū, ut Dominus noſter IESVS Chriſtus fecit? qui nō ſolum iſta per ſuos diſcipulos prædicauit, ſed etiā mentibus audientiū eam perſuaſionē impreſſit, ut non ſolum morum feritatem abiicerent, & patrios deos nō amplius in ueneratione haberēt: ſed & ipſum agnoſcerent, & per ipſum colerent ipſius Patrem. Olim idololatriæ dediti Græci, ſimul & Barbari, mutua in ſeſe bella ſuſcipiebant, crudelesq; in cognatos fuere, neq; erat, ut quiſq; uel per terram uel per mare tutò cōmearet, niſi armata manu, ob bella inter ipſos inuicem prorſus irreconciliabilia. Quippe, quorum tota uitæ ratio in armis erat, & gladius illis pro ſcipione, in eoq; ſpes omnes opesq; ſuas conſtituerant. Qui quum idolis ſeruirent, dæmonibusq; ſacra facerent, nihil iſtiuſmodi ſuperſtitione profecerunt, ut uel aliquid ſaltem de moribus illis dediſcerent: iidem tamen ubi ad Chriſti diſciplinam tranſierant, præter omnem expectationē animis plane cōpunctis, pœnitentiaq; diſcruciatis, occidendi feritatē depoſuerunt: neq; iam inde illis hoſtiles animi, aut alia uoluntas niſi rerū pacatarū & amicitiæ. Quis igitur hæc fecit? quis odio inter ſe infeſtos populos pace copulauit? niſi dilectus Dei Filius, cōmunis ille Saluator omniū IESVS Chriſtus, qui præ ſua charitate omnia ad noſtrā ſalutem ſuſtinuit? Nam & olim oracula de pace iſtiuſmodi, quam ille procuraturus erat, edita fuere: Concident (inquit ſcriptura) gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces, neq; arripiet gens contra gentē gladiū, neq; eſt, ut poſthac bellum diſcant. Neq; id incredibile, cū etiā nūc barbari feris moribus, idolisq; hoc tēpore ſacrificantes, in ſeſe furiant, neq; uel ullam horā ſuſtineāt ſine armis uiuere: iidē tamē ubi Chriſti doctrinam audiunt, ſtatim à bello, ad agriculturā uertuntur & pro gladiis tractādis, manus ad preces extēdunt: ac pro mutuis inter ſeſe bellis, aduerſus dæmones, pudicitia & animi uirtute obarmantur. Id autem inſigne eſt diuinitatis Saluatoris noſtri, cp ad quæ ab idolis erudiri nequiuerant, ea ex Saluatore addidicerint: illudq; idem uiciſſim de dæmonū & idolorū imbecillitate non leue indiciū. Conſciī etiā dæmones ſuæ imbecillitatis, mortales ideo bello inter ſeſe cōmiſſos eſſe uoluerūt, ne feriati ocioſiq; à mutuis prælijs aduerſus dæmones arma transferrent: certe illi qui Chriſti diſciplinis initiati ſunt, bellorū abſtinētes, contra dæmones moribus & uirtutibus in acie cōſiſtunt, & hos quidē infeſti petūt: ipſum uerò principē diabolum pedibus cōculcant, ut in teneris annis pudicitiā tueantur, in tentationibus tolerantes ſint, in laboribus obdurent, contumelias ferant, defraudationes negligāt, mortē non curent, & martyres Chriſti efficiātur. Et ut unū adhuc admirabile documentū diuinitatis Saluatoris allegē: Quis unquā hominū ſimpliciter, ſiue magus, ſiue tyrānus, aut rex deniq;, per ſe tantū præſtare potuit, ut cōtra omnē idololatriā, dæmonūq; copias, magiā itē & ſapientiam Græcorū, res tam ualidas, atq; etiamnum florētes, ac à pleriſq; admirationi habitas, in bellū deſcēdere non reformidarit, illisq; omnibus uno impetu obſtiterit, quemadmodum noſter dominus Dei Ratio, qui ſingulis ſuos errores inuiſibiliter oſtendens, unus omnibus iſtis ſpoliatis, homines eripit, & in prædam aufert. Nam qui hactenus idola adorauerant, iam ea conculcant:

culcant:qui magiam admirati fuerant,uolumina comburunt: qui docti sapientesq; habiti sunt, Euangelij sententias omnibus anteponunt: eosque quos antea adorationibus coluerant,nunc destituunt:& quem contempserunt crucifixum eum adorant,Christum: quē Deum suum confitentur: & qui hactenus ab Ethnicis adorati fuere pro numinibus, ut fœdi impuriq; fugillantur.Et qui Christi susceperē doctrinā,temperantiorem quàm ethnici,uitam agunt. Hæc atque huiusmodi,quæ superius dicta sunt, si humana sunt,doceat quisquis uolet,& credat. Quòd si non hominum, sed Dei opera & sunt & uidentur, cur tantopere impietatem suam amplectuntur, non agnoscentes Dominum authoremq; qui ista facit? Idem profectò illis accidit,ac si quis ex operibus naturæ opificem Deum non agnoscit. Si enim ex uiribus eius in hac rerū uniuersitate, diuinitatem ipsius agnouissent, agnouissent quoq; & opera Christi corpore designata,non hominis esse, sed omnium Saluatoris Dei Verbi:quē si cognouissent(ut inquit Paulus) nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Quemadmodū ergo, si quis Deum natura inuisibilem,& nusquā conspectui patentē,conspicere uelit, ex operibus eum assequitur & intelligit:ita etiam qui mente nō uidet Christum,saltem ex operibus corporis eum addiscat, & exploret, an ea humana sint, an diuina existimanda. Quòd si humana uideantur,subsannet,si libet: sin autē non humana, sed Dei esse comperiantur, omittat risus & subsannationes, & potius admirationi habeat, per rem tam uilem, diuina nobis manifestari: & per mortem immortalitatem ad omnes peruenire: & per incarnationem Verbi,prouidentiam in omnes declarari,prouidentiæq; authorem & opificē, Verbū siue Rationē Dei esse. Is enim ideo homo factus est,ut nos dij efficeremur,manifestauitq; se per corpus,ut nos inuisibilis Patris intellectum consequeremur. Sustinuit hominum contumelias, ut nos incorruptibilitatis hæredes efficeret, qui cum ex ea re nihil noxæ pateret, utpote passionibus minime obnoxius,& incorruptibilis, quum sit ipsissima Dei Ratio, & Deus, homines tamen huiusmodi malis obnoxios, quorum gratia ista patiebatur,illæsos reddidit & conseruauit. In summa, uirtutes officiaq; Saluatoris per incarnationem talia ac tanta sunt, ut si quis ea recensere uelit,non absurdè cum eo comparari possit, qui alta maris prospectans, eius undas enumerare studeat. Quemadmodū enim fieri nequit,ut oculis comprehendat uniuersos fluctus, nouo semper aduentu undarū sensum conantis eludente, ita quoque cupiens præclara Christi per carnem opera, intra numerum concludere,rem tentat,quam ne animo quidem aut cogitatione assequi poterit,cum plura semper eius intellectum elabantur, quàm animo concipiat. Rectius igitur fuerit in mentione istarum rerum, non ad omnia simul respicere,quarum nullam partem exprimere queas, sed unū tantummodo in speciem allegare, atq; ita reliqua aliorum æstimationi admirationiq; relinquere,cū singula ex æquo habeāt,quod in ipsis admireris. Quocūq; enim oculos flectas,ibi animaduersa Verbi diuinitate,in admirationē & stuporem raperis. Cæterum id post superiora dicta operæ precium est scire, dignumq; profecto, quod in primis inter reliqua omnia quæ omissa sunt,in contextum ueniat & admirationi habeatur: nimirum à superuentu

1.Cor.2.

Salua-

Saluatoris,nihil iam amplius propagari idololatriam, sed potius paulatim carpi & seneſcere, neq; item Græcorum ſapientiam in maius proficere, ſed quæ hactenus fuerat,aboleri,dæmonesq; non eodem modo falſis rerũ imaginibus,hariolationibus ac magicis fraudibus impoſturas facere,ſed in primo conatu, ubi tale quid tentant, ſigno crucis turpiter confundi: & ut numero ſummatimq; loquar,uide mihi(quæſo) q̃ doctrina Saluatoris ubiq; adoleſcat,omnis cõtrà idololatria,& quicquid aduerſatur Fidei,indies minuatur,defloreſcat,& peſſum eat. Id cùm uideas,adora,ut ubiq; præſentem Saluatorem, & potẽs illud Dei Verbum, & inter damnata habeas,quæ ab illo diminuuntur,& abolẽtur. Quemadmodũ enim ſole præſente,tenebræ uim nullã habent,ſed ubicunq; lux circũfundit̃,inde continuò profligãtur: ita diuino ſuperuentu Dei uerbi, non iam caligo idololatriæ uigorẽ ſuũ habet,ſed quotquot ubiq; ſunt terrarũ orbis partes,illius doctrina illuſtrant̃. Cæterũ,quemadmodũ rege aliquo nuſquam locorũ comparẽte, ſed domi occulto, non deeſſe ſolent tumultuoſi, qui abutẽtes illius ſeceſſu, ſe principes renũcient,ac mentito habitu, falſisq; inſignibus ſimpliciores miſerè circumueniant,utpote qui nec uerum regem conſpicẽtur,& iſtum regem nominari audiant,nec ſenſum ſui erroris percipiãt,eò quòd intra regias ædes non admittantur:& ut ijdem,ſi uerus rex in publicũ prodeat,fraude fucoq; tyrannorum ad illius præſentiam innoteſcente,relictis impoſtoribus, ad legitimum principem ſeſe referunt:itidem quoq; mortales,olim à dæmonijs honores inſigniaq; diuinitatis ſibi arrogantibus,erroris complebantur:ex quo autem in corpore Dei Verbũ ſeſe oſtendit,nosq; ſui Patris noticia inſtruxit,dæmonum fraus abolita & cõpreſſa eſt: homines q̃, coniectis in legitimũ Patris Verbum oculis, relinquunt idola, & uerũ Deum in poſterũ cognoſcũt,eaq; res pro argumento haberi poteſt,Chriſtũ eſſe Dei Verbũ, & Dei Potentiam:cum enim humana obſoleſcãt & deſinãt, Verbum autẽ Chriſtus permaneat, nulli omnium incognitũ eſſe poteſt, ea quæ deſinunt temporaria eſſe:eum uerò qui maneat, Deum eſſe,& Dei Filium,uerum & unigenitũ Verbum. Hæc tibi paucis, uir pie & Chriſtianitatis amator, pro rudimento(ut ſic dicam)alphabetico,& documento Fidei in Chriſtum, illiusq; ad nos diuini aduentus cõprobatione,dicta ſufficiant. Tu autem iſthinc ſumpta occaſione, ſi literas ſacras euoluas, illisq; legitimè mente inſiſtas,omnia ad exactũ,plenius & liquidius, q̃ à me dici potuere, deprehendes. Illæ enim à uiris rerum cœleſtiũ peritis, & ab ipſo deo conſcriptæ ſunt & enunciatæ. Nos autẽ iſta hauſimus à magiſtris diuinitus afflatis, qui eos libros euoluerant,& ſeſe diuinitatis Chriſti martyres teſtesq; exhibuerant, quæ nos tuæ ſedulitati tradenda exiſtimauimus. Simul te latẽre nolim, Alterum eius aduentum,illuſtrẽ & diuinum, non humilitate cõtemptibilem, ſed gloria magnificum, in expectatione eſſe, atq; imminere, quum non, ut patiatur, rediturus ſit, ſed ut fructus ſuæ crucis omnibus retribuat,immortalitatem uidelicet & reſurrectionem & incorruptibilitatem: nec ut iudicetur, ſed ut iudicet, ſecundum ea, quæ quiſq; in corpore ſuo geſſerit, ſiue bona,ſiue mala ſint, ubi bonis quidem regnum cœlorum repoſitum deſtinatumq; eſt: malorum uerò deſignatoribus, ignis æternus & caligo extrema.

ma. Ita eñ Dominus ait: Iã abhinc uidebitis Filiũ hominis ſedentẽ à dextra potentiæ, & uenientẽ in nubibus cœli in gloria Patris. Quamobrẽ Saluatoris eſt Verbũ, præinſtruens nos in illũ diẽ, his uerbis: Eſtote parati, uigilate, quoniã ea hora quã incognitã habetis, uenturus eſt. Nã ſecundũ Paulũ, Oportet nos ſiſti ante tribunal Chriſti, ut accipiat quiſq; prout ea ſunt, quæ corpore geſsit, ſiue bona ſiue mala. Cæterũ ad ſcripturarum indaginem, ueruméq; intellectum opus eſt uita proba, animo puro, & uirtute quę ſecundũ Chriſtũ eſt, ut mẽs per eius tramitẽ decurrẽs, ea quæ expetit, adipiſci poſsit, quatenus fas eſt humanã naturã diuina intelligere. Nam ſine pura mente, & Sanctorũ imitatione, nemo cõprehẽderit Sanctorũ uerba. Quemadmodũ ſi quis intueri uelit ſolis iubar, oculos plane detergit, & in ſplẽdorẽ redigit, quantũ poteſt ad eius ſimilitudinẽ, cuius conſpiciendi deſiderio tenetur, ſeſe purificans, ut ita oculus, iã lumen redditus, lumẽ ſolis contempletur: Aut quemadmodum, ſi quis ciuitatem aut prouinciã perluſtrare uelit, plane ad ipſum locum ſpectandi cauſa procedit: ita quoq; qui uolet mentẽ uirorum cœleſtia loquentium intelligere, priùs detergere & abluere uiuendi diſciplina animam debet, & ad Sanctos accedere cum ſtudiorum factorumq; ſimilitudine, ut illis, cõſuetudine paris uitæ, familiaris redditus, quæ ipſis à Deo reuelata ſunt, cognoſcat, & unà cum illis inflammatus, peccatorum quidem pericula, eorumq; ignem in die iudicij effugiat: ea uero percipiat, quæ Sanctis ſunt repoſita in regno cœlorum, quæ nec oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis adſcendit, quæ præparata ſunt ijs, qui ſecundũ uirtutem uiuunt, Deumq; diligũt, & Patrem in Chriſto Ieſu Domino noſtro: per quem & cum quo, ipſi Patri unà cum filio in Spiritu ſancto honor, potentia, ac gloria in omnia ſecula ſeculorum: Amen. Matth. 26. 2. Cor. 5

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE AD Epictetum Epiſcopum Corinthiorum epiſtola contra hæreticos.

DOMINO DILECTO FRATRI ET DESIDERATISSIMO in ſacris collegæ Epicteto, Athanaſius in Domino S.

EGO arbitrabar, omnium (quotquot unquã fuere) hæreticorũ inanem garrulitatem, Nicæno concilio ſedatã eſſe. Nam fides, quæ inibi à Patribus ſecundum ſacras ſcripturas tradita, & confeſsionib. confirmata eſt, ſatis mihi idonea efficaxq; uidebatur ad omnem impietatem euertendam, & pietatem eius, quæ in Chriſto eſt fidei conſtituendã. Atq; ideo diuerſis concilijs per Galliam, & Hiſpanias, & Romæ celebratis, oẽs, qui in eo conuentu fuere, iſtos lucifugas, qui ſeſe etiamnũ occultant, & quæ Arrij ſunt, ſapiunt: Auxentium dico Mediolanenſem, Vrſacium, Valentem, & Gaium, Pannonem cõmuni

calculo unius ſpiritus incitatu anathemate percuſſerunt, eo ꝙ iſti ſibi noĩa uẽdicauerint Synodorũ, quũ nulla ſit in Catholica eccleſia Synodus exiſtimanda prẽter unicã Nicænã, quæ omniũ hæreſeon ꝓfligatarũ, ac in primis Arrianæ trophæũ habenda eſt. Neꝙ id mirũ quũ huius hæreſeos refutandæ gratia illa Synodus potiſsimum coacta fuerit. Qua igitur audacia ſit, ut poſt tanti concilij autoritatem, diſceptationes aut quæſtiones inſtituant? Quod ſi ex genere Arrianorũ ſunt, nihil mirũ, ſi quæ contra ipſos promulgata & ſcripta ſint, calũnijs oppugnent. Quemadmodũ & Ethnici, quibus dum dicitur, Idola gentium aurum eſſe, & argentum opera manuũ, doctrinam de diuina cruce, deliriũ exiſtimant. Sin ex eorũ numero ſunt, qui, quũ orthodoxorũ ſpeciẽ habeant, & amplecti uideantur quæ à Patribus ſunt edita, diſputando tamen, ea ſubuertere moliantur, nihil aliud faciunt, quàm proximũ ſuũ potant ſubuerſione lutulenta, uerborum pugnis digladiãtes, nõ ad alicuius utilitatẽ, ſed ad ruinã hominũ ſimpliciorũ. Hæc tũ demũ mihi uiſum eſt ſcribere, poſtꝙ incidiſſem in cõmentarios à tua ſanctitate compoſitos, qui utinã nunꝙ ſcripti eſſent, quo prorſus nulla eorũ apud poſteros relinquatur memoria. Quis iſta audiuit, quis docuit, aut didicit? Ex
Eſa. 2. Sion enim prodibit lex, & Verbũ Dñi de Hieruſalẽ. Hæc aũt quando prodierunt, imo quis infernus iſta eructauit? ut cõſubſtantiale dicãt corpus ex Maria genitum cum Verbi diuinitate: aut Verbum in carnẽ & oſſa, coſtas, neruos, & prorſus in corpus cõmutatum eſſe, & à ſua natura degeneraſſe? Quis iſta in Eccleſia, aut à Chriſtianis audiuit: fictionem non reuera, Deum Verbũ corpus eſſe factũ? Aut quis ita impius fuit, ut uel uerbis diceret, uel animo cogitaret, ipſam Deitatẽ, quę Patri eſt cõſubſtãtialis, circumciſam fuiſſe, & ex perfecta, imperfectã eſſe redditã, & illud corpus quod in cruce pependit, nõ corpus humanũ, ſed ipſam opificẽ rerũ Sapientiã fuiſſe? Quis item audiens, eũ, nõ ex Maria, ſed ex ſua ſibi natura corpus finxiſſe, talia loquentẽ pro Chriſtiano habeat? Quis iſtã nefariã excogitauit impietatem, ut huiuſmodi uel cogitatione cõciperet, uel uerbis exprimeret, ut aſſerat, eũ qui dicit ex Maria editũ eſſe Dominicũ corpus, nõ iam Trinitatem, ſed quaternitatẽ in Deitate cõſtituere, ac proinde eos qui ita ſentiũt, eoſdẽ & carnẽ dicere quã ex Maria induit Saluator, eſſe Subſtantiæ Trinitatis? Vnde nobis nõnulli eructauerũt parem cũ ſuperiori impietatẽ, ut iactent non minoris eſſe ætatis corpus Deitatis Verbi, ſed id ei coæternũ perpetuò fuiſſe, eo quòd ex ſubſtantia Sapientiæ conflatũ ſit. Quomodo ij qui nomine Chriſtiano cenſentur, ambigere auſi ſunt, ſit ne Dominus ex Maria editus Subſtantia Deus & natura Filius Dei? corpore autem ex ſemine Dauidis, & ex carne Mariæ? Qui nam uſqꝙ adeo audaces, ut negent eum, qui carne paſſus eſt, & crucifixus, Chriſtum fuiſſe? Aut cur deniqꝙ affectant Chriſtiani hominis uocabulum qui dicunt Verbum ita in ſanctum hominem, ut in aliquem ex Prophetis deſcendiſſe, ipſum tamen Verbum nequaquam hominem eſſe factum, deſumpto ex Maria corpore, ſed alium eſſe Chriſtum, alium Filium Dei, qui ante Mariam & ante ſecula extiterat Filius Patris? Aut qui (quæſo) Chriſtiano nomine cenſeri debent, qui aſſerunt, alium eſſe Filium, aliud eſſe Verbum dei? & hæc quoꝙ erant in tuis commentarijs, ali-

ter

ter quidem dicta, sed tamen quæ & eandem sententiam, & eandem uim ad impietatem haberent. Ob istáne disceptabant, & decertabant inter se qui sese offerebãt de confessione Patrum in Nicæna Synodo? Ego autem demiratus sum tuam pietatem hæc sustinuisse, quod non simul & istos compescuerit, & piam fidem illis proposuerit, ut ijs auditis, uel in quietem se darent, uel si inquieti contradicerent, hæretici homines iudicarẽtur. Nam ista nec dictu nec auditu tolerabilia sunt apud Christianos, sed omnibus modis aliena ab Apostolica doctrina. Ideo & ego, ut ab illis dicta fuere, nudis uerbis in epistola describi curaui, ut qui uel solũ audiat, fœditatem illorum & impietatem statim oculis animaduertat: etsi pluribus uerbis, eorum stultitia, qui hoc malo laborant, exagitari merebatur, plura tamen non addidi, quod epistolæ nõ conueniret ulterior prolixitas. Quæ enim ita manifesto praua peruersaq; sunt, ea curiosius tractare non oportet, ne contẽtiosis hominibus ambigua uideantur, sed tantummodo ad ea respondendum est, quod ipsum per se sufficit, ea orthodoxæ Ecclesiæ non esse, neque maiores nostros ita sensisse. Cæterum, ne ex solido silentio occasionem impudẽtiæ sibi malorum inuentores comparent, rectius est, si pauca ex sacris uoluminibus recitemus. Quid enim, si ita pudefacti sordidas istas comminiscentias abijciant? Sed heus tu, quibusdam rationibus consubstantiale esse corpus cum Deitate Verbi asseueras? Siquidem operæprecium est, hinc initium disputandi deducere, ut dum hoc ostenderimus infirmum & caducũ, reliqua omnia eiusdem infirmitudinis habeantur. Nihil certe tale in diuinis scripturis, quæ Deum in humano corpore fuisse aiunt, reperias: & patres qui Nicææ conuenerunt, non corpus, sed Filium ipsum Patri coæternum fuisse asseuerant, idq; ex substantia Patris: corpus uero rursum ex Maria secundum diuinas scripturas ortum traxisse confitentur. Aut repudiate igitur Nicænum concilium, & ut hæretici ista inferte: aut si uultis filij patrũ elie, non debetis sentire diuersa ab ijs, quæ patres ipsi conscripserunt. Vel inde scilicet rei absurditatem spectes, quod aiunt corpus illud, quod ex terra originem habet, consubstantiale esse Verbo, cum Verbum Patri cõsubstantiale sit, iuxta patrum protestationem: id si admittas, erit Pater quoque corpori terreno consubstantialis. Quid igitur causæ est, quod Arianos insectemini, quum aiunt Filium creaturam esse, quum uos Patrem ratiocinemini consubstantialem esse rebus creatis? Quinimo etiam in aliam impietatem transitum facitis, asserentes Verbũ in carnem, in ossa, in pilos, neruos, imo prorsus in corpus, mutata priori natura, abijsse. Video enim uos aperte dicere, ex terra eum genitum esse: Ex terra enim ossium, & totius corporis natura. Quur igitur stolidi libidinem sumitis cum illis depugnãdi? Qui dum eiusdem substantiæ esse dicitis & Verbum & corpus Verbi, alterum ex altero, qualis naturæ sit, indicatis: & in eo quod eum in carnem abijsse dicitis, degenerationem suiq; immutationem in ipso Verbo imaginamini. Quis hæc uel loquentes sustineat? recidistis enim in impietatem omni hæresi grauiorem. Si enim consubstantiale est Verbum corpori, superfluum est ut Mariæ uel mentio uel usus habeatur, cum corpus illud ante Mariam ab æterno constiterit, quemadmodum & Verbum, si modo illud est coæ-

ternum corpori ſecundum ueſtram diſciplinam. Quorſum igitur neceſſarius fuit Verbi aduentus? an ideo ſcilicet, ut ſibi conſubſtantiale corpus induceret, uel mutatus alienatusq; à ſua ipſius natura, in corpus degeneraret? Non enim ſeipſum Deitas aſſumit, ut ſibi, quod conſubſtantiale ſit, induat, ſed neq; peccauit Verbum, quod aliorum peccata redimit ut degenerãs in corpus, ipſum pro ſeipſo in ſacrificium offerat, atq; ita redimat. Apageſis,
Heb.2 Semen enim Abrahæ apprehendit (ut inquit Apoſtolus) unde debuit per omnia fratribus aſsimilari, & aſſumere corpus, quod nobis eſſet ſimile. Ideoq; pro fundamento, iſtius rei ſubijcit Maria, ut ab ea hoc ipſum corpus mutuaretur, quod pro nobis offerret: Eandemq; Mariam Eſaias prophe-
Eſa.7 tando demonſtrat: Ecce (inquiens) Virgo concipiet, &c. Gabriel porrò, ad illã ipſam legatur, neq; ſimpliciter ad quãuis Virginem, ſed Virginem deſponſatam uiro, ut ex ſponſo oſtenderet Mariam uerè hominem eſſe, & parientis meminit Scriptura: atq;, eam faſcijs obligaſſe, beataq; prædicantur ubera quę ſuxerat, & quaſi hoſtia offertur, quia ut primogenitus, aperuerat uterum parentis. Hæc omnia erant argumenta parientis Virginis. Et Gabriel circumſpectè & cum bona cautione euangelizauit, non ſimpliciter dicens, id quod natum fuerit in te, ne forinſecus introductum in eam corpus exiſtimari poſsit, ſed quod ex te (inquit) naſcetur, quo ex eius natura, eum primogenitum eſſe agnoſcere liceret, liquido hoc ipſum naturæ demonſtrãte, impoſsibile eſſe Virginem lac habere citra partum, impoſsibile item eſſe lacte nutriri corpus & faſcijs cõſtringi, quod non prius naturaliter editum eſſet. Eiuſdem rationis eſt, quod octauo die circunciſus eſt, eiuſdem quoque quod Simeon eum in ulnis ſuſcepit, eiuſdem quod puer fuit, quod creuit, & ad trigeſimum annum peruenit. Non enim, ut nonnulli ſuſpicati ſunt, ſubſtantia ipſa Verbi commutata, circumciſionem paſſa eſt, quum in-
Ioan.14 alterabilis plane, & incommutabilis ſit illa, ipſo teſte Saluatore: Videte, in-
Hebr.13 quit, quod ego idem ſum: Paulo quoque id indicante, Ieſus Chriſtus heri & hodie, idem in ſecula. Sed neque corpore circumciſo, geſtato, ueſcente, laborante, in palo affixo & paſſo, quidquam eorum ſenſit impatibile illud & incorporeum Verbum Dei. Corpus tum quippe in ſepulchro erat poſitum, quum Verbum abijt, ut prædicaret ſpiritibus, qui in carcere tenebantur, ut dixit ſanctus Petrus: quæ res maxime declarat ſtultitiam eorum qui dicunt, Verbum in oſſa & carnem conuerſum eſſe. Nam ſi hoc uerum eſſet, quid opus fuiſſet monumento? Ipſum corpus per ſe profectum fuiſſet, ut prædicaret ſpiritibus in orco poſitis. Nunc autem ipſe profectus eſt ad prædicationem: corpus uero Ioſeph linteo inuolutum in Golgatha depoſuit, oſtenſumq; eſt cunctis, Verbum corpus non fuiſſe: ſed cor-
Ioan.20 pus, Verbi corpus extitiſſe. Hoc Thomas è mortuis excitatum contrectauit, & in eo ueſtigia clauorum cõſpexit, quos aliquo modo Verbum ipſum ſuſtinuit, eo quod uidẽs illos in ſuo corpore affixos incorporalis ille, quum prohibere poſſet, non prohibuit: ſed ſibi uendicauit, tanquã ſua ipſius, quæ propria erant corporis, nimirum, qui corpore uapulante à miniſtro Ponti-
Ioan.18 ficis, tanquam ipſe hoc pateretur, locutus eſt, ac dixit: Quid me cædis? & cum intactile eſſet natura Verbum, tamen ita loquitur: Dorſum meum

dedi

dedi ad flagella, & maxillas meas ad depalmationem: faciem autem meam non auerti à contumelia insputantium. Quod enim humanum patiebatur corpus, hæc eadem Verbum, quod corpori coniunctum erat, ad se referebat: ut nos liceret Deitatis Verbi participes fieri. Atque illud ipsum perquã mirum fuit, eundem fuisse & patientem, & non patientem: patientem quidem, quatenus ipsius proprium corpus, in quo erat, patiebatur: non patientem uero, quatenus ex natura Deus impatibilis erat, ipseq; incorporeus, in corpore patibili existebat, corpusq; uicissim Filium Dei impatibilem retinebat, absumentem corporeas infirmitates. Ideo autem istud agebat, ut nostra suscipiens offerensq; in sacrificium, uictimando absumeret, ac deinde suis nos circumuestiens, id efficeret, quod ab Apostolo dictum est, Oportet hoc corruptibile induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Non fictione ista agebantur, absit, quemadmodum nonnulli existimauerunt, sed ut uerè & per uerum Saluatorem hominem, totius hominis salus conciliaretur. Nam si fictione & simulachrotenus Verbum in corpore fuit secundum istorum opinionem, &, si quod fictione agitur, imaginarium est, sequitur omnino & apprehensu facile est, hominum salutem ac resurrectionem esse rem opinariam apparẽtemq;, non ueram ac solidam secundum impium Manichæum. Atqui non est inane spectrum et res imaginaria salus nostra, neque corpori duntaxat, sed integro homini, corpori & animæ salus est comparata: uerboq; ipsi uerum corpus ex Maria secundum scripturas est genitum: uerum inquam, quia idem est cum corporibus nostris: & quia Maria, unde est genitum, soror nostra est, eò quòd omnes liberi sumus ex Adamo procreati. Nec est quòd quisquam de ea re dubitet, modo sit memor uerborum Domini. Nam postquam surrexit à mortuis, arbitrantibus nonnullis se corpus illud ex Maria genitum non obtueri, sed corporis eius spiritum, ita locutus est, Videte manus meas & pedes meos & uestigia clauorum, quòd ego sim. Palpate & uidete, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me habere uidetis: & unà cum his uerbis ostendit manus & pedes. Vnde redargui possunt, qui in diuersum audent dicere, in carnem & ossa mutatum esse Dominum. Non enim dixit, Quemadmodum me uidetis carnem & ossa existere, sed habere, inquit, ne ipsum Verbum in istiusmodi res uersum esse crederetur: sed, ipse in hęc ueniisse, & ante mortem & post mortem, idem esse agnosceretur. Rebus ipsis igitur hæc argumenta præ se ferentibus, superfluum est alia attingere, aut in istis laboriosiùs satagere: cum & corpus, in quo erat uerbum, non fuerit consubstantiale Deitati, sed ex Maria uerè genitum, & Verbum non fuit conuersum in ossa & in carnem, sed in carne extiterit. Id enim quod à Ioanne dicitur, Verbum caro factum est, hunc habet intellectum, quatenus ex re simili deprehendere licet ex uerbis Pauli, Christus pro nobis factus est execratio: non, quòd ex seipso in execrationem transmutatus sit, sed quia pro nobis execrationem in se suscepit: inde est, quòd execratio appelletur. Ita quoque factus est caro, non conuersus in carnem, sed quòd carnem pro nobis assumpserit, & homo factus sit, idq; secundum uerbum Ioelis, Effundam de Spiritu meo in omnem carnem: nõ usq; ad bruta

1.Cor.15

Ioan.20

Ioan.20

Ioan.1

Heb.2

Ioel.2

pecora ista sese promissio extendit, sed in solos dūtaxat homines, quorum gratia Deus homo factus est. Cū igitur dictū illud talē cōplectatur sententiam, merito se ipsos damnant, quicunq; arbitrantur, ante Mariā illi aut carnē aut humanā animā fuisse, quæ ipsi ante aduentū suū ab æterno extiterit. Desinant igitur quotquot aiunt carnē illius mortis capacem non fuisse, sed eam fuisse immortalis conditionis. Si enim mortuus non est, cur Paulus tra-
1. Cor. 11 didit Corinthijs quod & acceperat, Christū esse mortuum pro peccatis nostris secundum scripturas: aut qui factum, ut uel ulla ratione resurrexerit, si mortuus non fuit? Sed ipsi sui pudescerent, si uel semel cogitent, pro Trinitate quaternitatem induci posse, si negent corpus Christi ex Maria originē materiamq; traxisse. Si enim corpus Christi statuamus (nam ita rati ocinantur) eiusdē cum Verbo substantię esse, Trinitas nihil peregrini, ut ipsi aiunt, accessu Verbi in sese recipiet: contra, si concedatur corpus Christi humanū esse, & ex Maria prosatum, necessum est, cum sit alienum diuersúmque à Deitate, & in eo sit Verbum, quaternitatē pro Trinitate ob superaduētum & additamentum corporis constitui. Hæc cum loquuntur, non sentiunt ipsos in seipsos impingere. Nam tametsi ex Maria procreatum esse id corpus negent, uerboq; consubstantiale esse affirment, æquè tamē quaternitatem, quam simulant sese effugere uelle, constituunt. Vt em̄ Filius secundum Patres, cōsubstantialis Patri, non est idem qui Pater, sed Filius consubstantialis respectu Patris, ita quoq; corpus cōsubstantiale Verbo, nō est idē quod Verbum, sed aliud respectu Verbi, atq; ideo cū aliud sit, & quartū in ordine, summā quatuor personarū pro tribus cōstituit pro ipsorū opiniōe. Sed enim uera & perfecta & indiuisibilis Trinitas additamentum recipere non potest, q̄d in illa Trinitas sit, quam ipsi cōminiscunt. Et qui (quæso) Christiani, qui aliū Deū præter eum qui est, effingunt? Est adhuc, unde magis illorum stultitiā ex altera cauillatione deprehendas: Siquidē ex eo, qui narratur in Scripturis, ex Maria genitū esse humanū corpus Saluatoris, hariolentur & somnient ex Trinitate quaternitatem reddi, & quasi additamentum aliquod & appendicē Trinitati accedere. Multi hallucinantur, qui creaturā creatori exæquant, arbitranturq; Deitatem auctariū aliquod accipere posse: & ignorant, non propter auctarium Deitatis, Verbum esse carnem factum, sed ut caro resurgeret: neq; ut melius redderetur Verbum, ex Maria prodijsse: sed ut genus humanum liberaretur. Cur igitur existimāt, corpus per Verbum liberatum et uiuificatum, Verbo ad Deitatē incrementum aliquod addere? cum potius homini ingens auctarium ex Verbi cum ipso cōmunione & coadunitu accesserit: siquidem ex mortali, factum est immortale: & cum animale esset, spirituale redditum est: & cum è terra prosatum esset, cœlorum portas transcendit. Trinitas autem, Verbo corpus ex Maria assumente, in suo ternario permansit, nullum in se recipiens auctarium aut diminutionem: sed perfecta semper est, & in una Deitate Trinitas agnoscitur. Atq; ita fit, ut in Ecclesia unus Deus Pater Verbi prædicetur. Ac iam inde in silentium tradentur, qui dicebant eum, qui ex Maria prodijsset, non esse eundem Christum & Dominum & Deum. Si enim Deus in corpore non erat, quomodo statim, ubi editus erat à Maria, uocatus est Emanuel,

quod

quod interpretatum ſonat,nobiſcum Deus? Cur item Paulus, ſi Verbum in carne non erat,Romanis ſcripſit,Ex quibus Chriſtus ſecundum carnem, Rom.9 qui eſt Deus ſuper omnia benedictus in æternum,Amen? Quapropter cõfiteantur ſe erraſſe,qui prius inficiati ſunt, eum qui in cruce erat, Deum fuiſſe, fidem habentes cunctis ſcripturis, & inprimis Thomæ, qui poſtquam uiderat in eo clauorum ſigna, exclamauit, Dominus meus, & Deus meus. Dominus enim & Deus gloriæ Filius in corpore erat cruci affixo,& ignominioſè habito:corpus quidem, cruciatus patiebatur, fluxitq; ab illius latere ſanguis & aqua,idem tamen,quia templum Verbi,Deitate adimpleba tur:ideoq; factum,ut ſol conſpiciens ſuũ opificem in corpore indignè mulctato,radios contraxerit,terrasq; inumbrauerit. Corpus porro mortalis naturæ,ſupra naturam ſuam per Verbum,quod in ipſo erat,reſurrexit,& deſijt à ſua naturali corruptibilitate: & induto uero, quod ſupra hominem erat Verbo,incorruptibile redditum eſt. Iam,quod nonnulli falſò imaginan tur & dicunt, quòd ut Verbum in ſingulos Prophetas uenit, ita quoq; in Mariæ Filium ueniſſe,ſuperfluum eſt in illis refutandis uelle operam ſumere,quum eorum ſtultitia manifeſtã ſui damnationẽ præ ſe ferat. Si eñ Verbum ad eum modum uenit,cur ex Virgine(quæſo) ac nõ ex uiro & mulie re prodijt? ita enim quiſq; Sanctorum genitus eſt. Aut cur,ſi ea ratione uenit, non ipſius tantum,ſed omnium mortes dicantur pro nobis fuiſſe toleratæ? Cur item,cum ad ſingulos Prophetas Verbum deuenerit,ſolum dun taxat de Mariæ filio prædicatur, ſemel eum in conſummatione ſeculorum uenturum eſſe? Aut,cur ita ueniente Verbo,ut ad priores illos Sanctos uenerat,omnes quotquot erant,uita perfuncti ſunt, & nemo omniũ niſi Mariæ Filius intra triduum reſurrexit? Aut cur denique fit,ut Verbo pro aliorũ ratione in Chriſtũ ueniente,ipſe ſolus Emanuel appelletur,ueluti corpore Diuinitatis pleno, ac proinde deificato, cum Emanuel nihil aliud ſit, q̃ nobiſcum Deus? Aut cur,ſi ita uenit,cum unuſquiſq; Sanctorum comederit,eſurierit,laborauerit, mortuus ſit,non dicitur eodem modo quo ipſe,comediſſe, eſurijſſe, laboraſſe, uita perfunctum eſſe, ſed de ſolo Mariæ filio peculiari ratione id dicitur? Quæcunq; enim tolerauit illius corpus, hæc de ipſo,tanquam eadem tolerante, prædicantur. Iam de reliquis omnibus id tantum dicitur, quòd uel creati uel geniti ſunt: de ſolo autem Mariæ filio ſcriptum eſt, Verbum caro factũ eſt. Ex quibus oſtenditur, ad reliquos Ioan.1 quidem Sanctos Verbum factum eſſe prophetandi gratia: ex Maria autẽ, ipſum Verbum carne aſſumpta hominẽ prodijſſe: ita tamen, ut natura ſubſtantiaq; Verbũ Dei remanſerit, ſecundũ carnem uero ex ſemine Dauidis, & ex carne Mariæ,homo genitus prodierit,ut à Paulo dictũ eſt, quẽ Pater declarauit in Iordane,atq; itidẽ in monte per hæc uerba,Hic eſt Filius meus ille dilectus,in q̃ mihi gratulor. Hũc quidẽ Ariani abnegauerũt:nos aũt uerè eũ agnoſcẽtes,adoramus:nõ,q; Filiũ à Verbo ſegregemus,ſed quia eundẽ hunc eſſe agnoſcimus, per quẽ omnia facta ſunt, & per quẽ nos liberati ſumus. Quapropter admirationi mihi eſt, qui in rebus ita manifeſtis hæc controuerſia obnaſci potuit:ſed Gratia ſit Deo,quòd quantum doluimus, tantũ rurſus exhilarati ſumus exitu ac euentu rerum iſtarũ. Cum concordia

enim discesserunt,pacificati inter se piæ & orthodoxæ Fidei cõfessione.Ea certe res me multũ priùs hæsitantem,ad hæc pauca scribẽda compulit. Verebar enim,ne ex taciturnitate,pro gaudio, tristitia illis oboriretur, qui ex concordia ista consensuq; causam læticię nobis suppeditãt. Postulo igitur primum à tua pietate:secundo ab auditoribus,ut hæc cum conscientia bona recipiatis,& si quid ad pietatem deest,ut & id corrigatis,mihiq; indicetis. Quòd si,uelut ab illiterato,non pro dignitate rei,nec satis accuratè ista sint scripta,ueniam detis scribentis imbecillitati.

Expositio Fidei.

CRedimus in unum ingenitũ Deum Patrem omnipotentẽ,omnium creatorem,uisibilium pariter & inuisibilium,qui ex se habet quod est.Et in unum unigenitum Verbum,Sapientiam,Filium ex Patre ininitialiter & perpetuo genitũ. Verbũ porro non elocutione pronunciatũ, aut cogitatione in animo conceptũ,nõ deriuatum à perfecto,neq; itẽ segmentũ aut partem impatibilis illius naturæ,neq; quod inde productũ sit,aut emanauerit,sed Filium perfectum,uiuentẽ, ui agendi præditũ,ueram imaginem Patris,ut quemadmodũ uenerantur Patrem, ita quoq; uenerentur & Filiũ,Deũ uerũ,ex Deo uero prosatũ, ut inquit in sua Catholica Ioannes, Et sumus in uero Filio eius Iesu Christo. Hic est uerus Deus,et uita æterna,omnipotens ex omnipotente: Omnibus enim quibus imperat & dominat Pater,imperat & dominatur quoq; Filius, & totus ex
Ioan.14 toto similis Patri,ut & Dñs testatur,Qui uidet me,uidet & Patrẽ meũ.Genitus aũt est ineffabiliter et incõprehensibiliter:generationẽ enim eius quis enarrabit? quod idẽ est ac si diceret,Nullus. Qui in cõsummatione seculorũ descendens è sinu Patris, ex impolluta Maria Virgine nostrum assumpsit hominem Iesum Christum,quem pro nobis passioni tradidit,sponte ac sua
Ioan.19 ipsius uolũtate,ut ait Dominus,Nemo tollit animã meã à me:potestatẽ habeo ponendi eam,& potestatẽ habeo sumẽdi illam ipsam. In eo igitur homine cruci affixo & mortuo pro nobis, resurrexit à mortuis, assumptusq; est in cœlum.Idemq; nobis,ubi creatus esset,initium uiarũ extitit,et cum in terris uersaretur,ex tenebris,lucem:ex errore,salutem:ex mortuis,uitam, in gressumq; in paradisum cõfecit,ex qua Adam eiectus fuit:in quã rursus A-
Luc.23 dã intrauit per latronẽ,ut inquit Dominus,Hodie mecũ eris in paradiso, in quã ipse quoq; Paulus ingressus fuit,adscensumq; Deus in cœlos muniuit, quò præcursor homo,qui in eo fuit,pro nobis introijt,in quo homine iudicaturus est uiuos & mortuos. Credimus itidẽ in Spiritũ Sanctũ, omnia operantem,excõmunicantes omnes qui contra hæc dogmata sentiũt. Neq; Filio Patrem eum esse sentimus,ut Sabelliani,qui dicũt,eum unius substantię,non cõsubstantialem,eo ipso tollentes Filiũ:neq; patibile corpus,quod Filius gestauit, pro uniuersi mũdi salute, Patri attribuimus, neq; tres subsistẽtias seorsum distinctas,ut corporaliter in hominib.fit,cogitamus,ne deorũ pluralitatẽ ad instar gentiũ sapere uideamur: sed ueluti ex fonte fluuius exortus non diuiditur,tametsi duæ sint species,duo sint nomina. Neq; eñ Pater Filius est,neq; Filius Pater:nam & Pater Filij Pater est, et Filius Patris

Filius

Filius est: ut enim fons, fluuius nõ est: neq; ediuerso fluuius, fons est: uterq; tamen una & eadem aqua, quæ ex fonte in flumen propagatur: ita quoque ex Patre in Filiũ Deitas perenniter & indiuisim continuatur. Ait enim Dominus, Ex Patre egressus sum & uenio: apud Patrem tamen semper existit, qui est in sinu Patris: nunquam autem exinanitus est, Filij Deitate, Patris sinus. Ait enim: Ego eram apud eum, moderans omnia. Cæterum, absit, ut opinemur conditum aliquid esse aut creatum, aut ex nihilo prodijsse creatorem omnium Deum, eundemq; Dei Filium, existentem ab existente: & unicum ex unico, cui, ut ab æterno ex Patre genito, par gloria & potestas: Quisquis enim uidit Filiũ, uidit & Patrem. Liquet igitur omnia à Filio creata esse, sed Filium nequaquam creaturã esse, ut Paulus de Domino locutus est: In eo scilicet creata esse omnia, eumq; esse ante omnia. Vbi non dixit, eũ ante omnia creatũ fuisse, sed eum ante omnia existere. Verbum certe creationis de omnibus dictum est: esse autem ante omnia, soli Filio congruit & adaptabile est. Genitum igitur quiddam secundum naturam, & perfectus ex perfecto existit, ante colles natus, hoc est, ante omnem substãtiam rationalem & intellectualem, ut & alibi dicitur, Primogenitus est omnis creaturæ. Verum illum primogenitum non creaturam dicit, sed fœtum Patris: peregrinum enim est & alienum à Trinitate, si dicatur creatura, quoniã omnia creata sunt à Patre per eum, & solus Filius è Patre genitus est, ideoq; primogenitus est omnis creaturæ Deus Verbum, incõmutabilis ex incõmutabili. Ipsum autẽ corpus quod propter nos gestauit, creatura censendũ est, de quo loquitur Hieremias secundũ septuaginta traditionẽ: Dominus nobis creauit ad plantationem salutem nouam, in qua salute ueniẽt homines: secundum Aquilam uero illud dictũ ita se habet, Creauit Dominus nouũ in fœmina. Porrò, quæ creata est nobis in plantationem Iesus est, salus noua & nõ uetusta, qui pro salute nostra factus est homo, ut interpretatio nominis præ se fert: aliquatenus execratio, aliquatenus Saluator. Est autem ex Saluatore salus, quemadmodum ex lumine illuminatio. Salus igitur ex Saluatore increato noua (quemadmodum inquit Hieremias) nouam nobis salutem creauit, & ut Aquila ait, Creauit Dominus nouum in fœmina, hoc est, in Maria. Nihil enim conditum est nouum in fœmina, nisi quòd ex Maria Virgine editum est sine commercio Veneris Dominicum corpus, ut in Prouerbijs ex persona Filij dictum est, Deus creauit me in principio uiarũ suarũ, ad opera manuum ipsius: non autem dicit, ante opera creauit me, ne quis ad Deitatem Verbi, illud dictũ desumat. Vtraq; igitur ea, quæ de creatione dicta sunt, corporaliter ad Iesum referuntur. Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est, ut esset initium uiarũ: per hunc enim ad Patrem accessum habemus, quoniam ipse est uia quæ ad Patrẽ nos ducit: uia nimirum, corporeum quiddã est, quod uisui subiacet, quę est ipse Domin⁹ homo. Omnia igit̃ creauit Dei Verbũ, ipsum tamẽ creatura non est, sed genitũ quiddã: Nihil enim creaturarũ quicquã cõdidit æquale aut simile sibijpsi. Patris autem proprium est, gignere: artificis uero, condere. Corpus igit̃ quod nostri causa gestauit Dominus, opus est & creatura, idq; genitũ est nobis, ut inquit Paulus, Ex Deo Sapiẽtia, & Sãctificatio, &

Ioan. 15

Ioan. 14

Rom. 11

Hiere. 31

Pron. 8

1. Cor. 8

& iustitia,& redemptio:Atqui ante nos & omnes res creatas, Verbum Sapientia Patris erat,& est:Cæterum,Spiritus Sanctus progressio Patris,semper est in manibus Patris,qui eũ mittit: & in manibus Filij, qui eum gestat, per quem omnia repleuit. Pater continens in se essendi facultatem, genuit Filium,non condidit,quasi fluuium quendam ex fonte, & germen ex radice,et radium è lumine,quas res ipsa natura agnoscit indiscretas esse,per quẽ Patri gloria,& imperium in secula seculorum,Amen.

LIBERII ROMANI EPISTOLA AD eundem Athanasium,Deum Verbum,perfectum hominem assumpsisse.

EST igitur nostra confessio optatissime Athanasi, Verbum Dei Filium,secũdum naturam, ex Deo eodemq; Patre suo genitum esse,non creatum, semper in imperio collegam Deo & Patri, & indesinenter regnum obtinere in infinita secula, Amen. Spiritũ quoq; Sanctũ uerè ex Deo naturaliter Deum, indiuisibilem à Deo, secundum Diuinas scripturas:ut sit uerè Pater, uerè Filius, & uerè Spiritus Sanctus,neq; transferri debere unumquodq; nomen à suo significato,cui assignatum est,quò uera sit Trinitas sub una Deitate,sub una potestate,& una substantia. Non enim dispertitur Filius aut Spiritus Sanctus à Patria substantia,quę implet cœlum & terram.Est igitur,ut dixi, Trinitas in una subsistentia non diuisa,sed per essentiam una, Deitate una, Potentia una & regno una,una quoq; gloria,una item imagine, una deniq; Spiritu: Spiritus enim nõ diuiditur.Anathema igitur dices Sabellij & Arrij dogmata, & suprà annotatas hæreses,ad æternam pœnam, secundum Saluatoris uocem. Huic igitur confessioni frater Athanasi,quæ uera Fides in Sancta Catholica & Apostolica Ecclesia censetur, si mecum sentis coram iudice Deo & Christo (quæso) subscribas, quò certiores reddamur, num eiusdem nobiscum suffragij sis, eademq; statuas de uera Fide, ut & ego securior efficiar, tuaq; mandata inhæsitanter obeam. Id tibi quoq; cognitum uelim chariss̃i me filios ueritatis confiteri impatibilem esse Deitatem, & de aduentu Verbi & Dei in carne ita sentire:Verbum scilicet genitum ex Patre Deo,hominem perfectum absq; peccato assumpsisse ex Maria Virgine secundum Euangelia,in Christo Iesu,Amen.

ATHA-

ATHANASII RESCRIPTVM AD LIBERIVM EPISCOpum Romanum, quòd perfectum hominem assumpserit Deus Verbum.



NVS Deus, immortalis, inuisibilis, intactilis, eò ꝙ Deus sit Spiritus, idēꝯ loco incōprehēsilis, necꝫ uspiā est regio ubi nō existat. Huius Verbū, imortalis Sapiētia est, incorruptibilis, inuisibilis, idēꝯ Filius primogenitus, operum socius, principio carens, impalpabilis, cui nullū ætatis aut initiū aut finis, per quē omnia facta sunt, & sine quo factū est nihil. Hic est qui finxit hominē, hic est qui rationē fabricādæ arcæ ostēdit, hic est qui pollicitationes Abrahæ fecit, hic est qui descendit ut populū seruaret, qui Mosi legē dedit, hic est deus Abrahæ, Isaac & Iacob, qui in Prophetis locutus est, hic est qui cōposuit nouū & uetus Testamentū, qui in ultimis diebus carnē ex Virgine mortalē assumpsit, cū ipse interim imortalis esset: eandemꝯ imbecillem, ipse minimè imbecillis: obnoxiā morti, ipse nulli obnoxius: uisibilē, ipse inuisibilis. Illa, inꝯ, caro suspēsa est in cruce, nō ipse: in illa oēs humanas passiones, ut homo sustinuit, nō ipse. Ipse em̄ est Dei uirtus, hoc est, Deus, qui infernū expugnauit, & imperiū diaboli demolitus est, qui Deus in descēdendo, Deus in ascendendo, corpus suū à morte excitatū Patri repræsentauit, ac uindicauit à morte, sub cuius imperio tenebatur. In Filio Patrem intelligimus, cùm unus cum eo sit, Deitate, potentia, essentia, substantia, gloria, Dei appellatione, & in Patre Filium quoꝯ agnoscimus. Hic est, qui, ubi assumpserat carnem, Iesus uocatus est quatenus homo fuit, hoc est assumpsit hominem in seipso, in quo omnis plenitudo Deitatis inhabitat corporaliter. Hunc existimamus non segregatū à Patre aut Sancto Spiritu, necꝫ tamen ita, ut dicamus Patrem descendisse, & in homine fuisse. Ita unus Deus Pater omnipotens à nobis creditur: ideoꝯ Fides nostra est, in unū Deum Patrē omnipotentē, & in Filium eius Dominū nostrum, & in Spiritū Sanctum, eosꝯ ex unitate una, potentia una, substantia una, essentia una, gloria una, dominatione una, regno uno, imagine Trinitatis una, consubstantiales esse credimus, per quem omnia facta sunt. Ita quoꝯ in carnis resurrectionē credimus, hoc est, corpus nostrū secundū sacras scripturas ex corruptibili mortaliꝯ, in incorruptibilitatē & immortalitatē à Deo mutandam esse, Amen.

Eiusdem ad Antiochenses Tomus duodecimus.

CHarissimis & optatissimis sacrorū cōministris Eusebio, Lucifero, Asterio, Cymatio & Anatolio, Athanasius cæteriꝯ Episcopi, qui iā Alexādriæ ex Italia, Arabia, Ægypto & Lybia hic adsunt, Eusebius, Asteriꝰ, Gaius, Agathus, Amōnius, Agathodæmon, Dracontius, Adelphius, Hermæon, Marcius, Andreas, Paphnutius, Marcus, Zoilus, Mynias, Georgius, Lucius, Macaris reliquiꝯ deinceps in

Christo

Christo, Salutem plurimã. Persuasum habemus, uos, cum sitis ministri Dei ac boni dispensatores, idoneos aptosq; esse ad Ecclesiæ negocia temperanda. Cæterum, quia ad nos allatum est, plurimos superiori tempore per contentionẽ disgregatos à uobis, pacem iam optare, plurimos item à uecordi Arrianorum secta deficientes, uobiscum communionem affectare, necessariũ uisum est, ut ea quæ à nobis nostrisq; dilectis scripta essent, Eusebio, Asterio, uestræ bonitati insinuare, qui et ipsi estis dilecti, et uere nobis deside ratissimi sacrorum cõministri, nimirum lætos quidẽ nos esse de hac fama, sed tamen magnopere cupere, ut eos qui adhuc in schismate hærent, segregati à uobis, quiq; cum Arrianis cœtus faciũt, resilire curetis ab istiusmodi insania, ut omnes omnibus in locis prædicent unum Dominũ, unã Fidem. Quid enim ita pulchrũ, prout Psalmographus inquit, aut quid ita delectabile, cq; habitare fratres in unũ? Nam ita quoq; fieri arbitramur, ut & Deus nobiscum habitet, cuius hæc uerba sunt, Habitabo in eis, & uersabor inter eos, & coloniam meam ibi habebo, quoniã elegi eam: Ita quoq; quodammodo fit, ubi una Fides & religio prædicatur. Vellemus equidem nos Ægyptij, unà cum dilectis fratribus nostris Eusebio & Asterio, multis de causis isthuc uenire, ac inprimis eius rei gratia, ut uestros affectus amplecteremur, frueremurq; in cõmune istiusmodi pace & concordia: uerùm, quia, ut in alia epistola indicauimus, & ex cõministris nostris intelligere potestis, detinemur magnopere Ecclesiasticis necessitatibus, idq; nõ sine dolore nostro: ideo uoluimus cõministros nostros in rebus sacris, Asterium & Eusebium, in uicem nostri isthuc pergere, ac uos inuisere. Gratiã igitur ago eorum pietati, quòd, cum ipsis liceret deproperare ad suas diœceses, istam tamen profectionem ad uos, omnibus rebus suis antepositis, idq; in usum urgentis Ecclesiastici negocij. Cũ igit istud inter nos decretũ esset, memetipsum non parum consolatus sum, quasi illis isthic præsentibus, ego quoq; unà isthic præsens interessem. Omnes igitur qui uobiscũ pacifice agere uolunt: inprimis autem illos, qui in ueteris Ecclesiæ cõmunione fuerunt, deinde qui ab Arrianis redierunt, elicite ad uos, eosq; ut patres, assumite: & ut magistri & tutores, recipite, coaptãtes uos interim dilecto nostro Paulino eiusq; socijs: nihilq; amplius ab illis exigatis, cq; ut execrentur Arrianorum hæresim, cõfiteanturq; Sanctorum Patrum in Nicæa fidem. Execranturq; item eos, qui dicunt Spiritum Sanctum esse creaturam, & diuisum ex substantia Christi. Id enim uerè est resilire à scelerata factione Arrianorũ, si nõ diuidas Sanctam Trinitatem, nec dicas aliquid eius esse creatum. Nam qui simulanter sese iactitant de confessione Nicænæ Fidei, atq; interim audent blasphemias dicere cõtra Spiritum Sanctum, nihil aliud præstant, cq; quòd Arrianam hæresim uerbis inficientur, animo sensuq; retineãt. Anathemate quoq; inuratur Sabellij & Pauli Samosatensis impietas, Valentini item & Basilidis insania, & Manichæorum stoliditas: quod si fit, omnis apud omnes suspicio delebitur, & sola Catholicæ Ecclesiæ Fides pura apparebit. Quòd autem hanc fidem tenemus nos, & qui perpetuo nobiscũ cõmunionem usurparunt, nec uos, nec alium quenquã latere arbitramur. Cæterum, quia cum uolentibus uolupe est cõiungi, ut quidẽ libenter cum omnibus,

Psal. 132

Ezech. 43

ita

ita uero imprimis ijs, qui in ueteri Ecclesia cõuentus agebant. Et quia potissimum Dominũ glorificamus, cùm de omnibus, tum præcipue de hoc eximio proposito uisum est nobis uos cohortari, ut sub istis cõditionib. ineatur cõcordia, ita ut nihil ulterius quàm prædictum est, uel illi, qui ex ueteri Ecclesia sunt, à uobis flagitẽt: uel illi, qui cum Paulino sunt, aliud præterq; quod inter Nicęni cõcilij decreta reperitur, adijciant: & tabellas, quas nonnulli iactant, quasi in Sardinensi synodo de Fide cõscriptas, ne legi quidem semel, aut proferri sinatis. Nihil enim tale concilium definiuit. Quamuis enim certi homines, nonnulla, quasi quæ deessent Nicæno concilio, asscribere uellent, idq; acriter contenderent, sancta tamen synodus quæ Sardis cõuenit, indigne id tulit, decretoq; sanciuit, ne quid ulterius de Fide scriberet, & sese cõtentos esse Nicæna fide declarauerũt: ut cui nihil deesset, & in qua integra & solida pietas contineret: neq; edendam esse aliã professionẽ Fidei, ne illa quæ Nicææ scripta est, suos numeros nõ habere uideret, néue illis, quibus libido est, semper noua statuere, occasio huiusmodi suppeditaretur, ut iterũ atq; iterũ de Fide definiãt. Quapropter, si quis hæc aut aliud quippiam cauillabitur, cõpescite illos, & ad studiũ pacis inducite: nihil em̃ in istis agnoscere possimus, nisi solam cõtentiositatẽ. Illis enim, qui nonnullos incusabant, ut trium hypostaseon affirmatores, quum huiusmodi uoces in scripturis non reperirẽtur, ac proinde suspectæ uideri possent, authores fuimus ne amplius in Nicænam confessionẽ inquirerẽt. Sed tamen de istis ob peruicaciã rixandi quęstio est habita, interrogatiq; sunt, num pro Arianorũ sententia, alienas peregrinasq;, ac diuersæ à se inuicem substãtiæ, personas esse uelint, & unãquamq; hypostasim per se ac seorsum diuisam esse pro ratione cæterarum creaturarum, eorumq; qui ex hominibus nascũtur existimẽt: an hic intelligant diuersas res, quale est aurum, argentũ, æs: an, ut alij hæretici, sub istis uocibus tria principia & tres maximos deos constituant. Cæterum illi affirmabant, se ita nec dixisse nec sensisse. Percunctantibus autẽ nobis, qua ratione igitur ista dicerent, aut cur omnino istiusmodi uocabulis uterẽtur, responsum dederunt, sese in Trinitatẽ credere, non quę nominetenus Trinitas, sed quæ uerè Trinitas esset & subsisteret: et Patrem, ut qui uerè esset & subsisteret: & Filium, ut inexistentẽ & subsistentẽ: & Spiritum Sanctũ, ut subsistentẽ & existentẽ agnoscere: nõ tamen se dixisse tres deos aut tria principia, imò ne toleraturos quidẽ, si quis tale quippiã aut dicat aut sentiat: sed se scire esse sanctam Trinitatẽ, ut tamen una sit Deitas, & unũ principium, & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, ut dixerunt Patres: & Spiritum sanctum non creaturã, neq; alienum, sed propriũ & indisgregatum ab essentia Patris & Filij. Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, uicissim quoque & eos examinauimus, qui ab istis in culpam deuocabantur, quasi qui dicerent, esse unam hypostasim, scisscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate ea mente loquerẽtur, ut sublatos uellent ex Trinitate Filium & Spiritum Sanctum, quasi Filius essentia careat, aut Spiritus Sanctus non subsisteret. Qui & ipsi quoq; affirmarunt, neq; se ita dicere, neq; se ita sensisse unquã, sed ὑπόστασιν eos intelligere idem esse cum οὐσίᾳ: unam autẽ ideo sese hypostasim intelligere, partim

quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: unã enim sese Deitatẽ, & unã naturã credere, necꝙ aliã Patris, aliam Filij, aut Spiritus Sancti esse naturã. Quin imò & illi qui eo crimine postulati erant, ꝙ tres hypostases inducerẽt, cum istis in eandẽ sententiã cõuenerunt, uicissimꝙ illi qui unã hypostasim asseuerãt, istorũ interpretationi acquieuerũt, & ambæ factiones pariter Ariũ execratæ sunt ut Christi hostẽ, Sabelliũꝙ & Paulũ Samosatẽsem, ut impios: Valentinũ itẽ & Basilidẽ, ut alienos à ueritate: Manichæumꝙ, ut malorum machinatorẽ. Omnes denicꝙ Dei gratia post istiusmodi uerborum interpretationẽ, optimã & exactissimã fidẽ esse, quæ Nicææ Patres instituissent, approbarunt, eiusꝙ synodi uerba sufficere, ac ante omniũ in usum esse deducenda, cõstituerunt. Quin imò etiã de negocio dispensationeꝙ carnis nostri Saluatoris, quum super ea re quoꝙ nõnulli cum alijs contentionẽ mouerẽt, & hos et illos examini subiecimus, & quod isti profitebantur, hoc & illi quoꝙ suffragio assensuꝙ prosequuti sunt: nẽpe, nõ ea ratione qua ad Prophetas factũ est uerbũ domini, factum esse Verbũ & aduenisse in Christũ sub finẽ seculorũ: sed ipsum Verbũ carnẽ esse factũ: & cũ esset in forma Dei, formã serui assumpsisse, & ex Maria, quantũ ad carnem attinet, hominẽ esse genitũ, hominũ gratia: eoꝙ modo solidè & integrè humanũ genus liberatũ à peccatis in ipso, & uiuificatum à morte, introduci in regnũ cœlorũ. Et hoc quoꝙ itidẽ confitebantur, quod nõ corpus inanimatũ, aut cogitationis aut mentis expers, Saluator habuerit: Nõ enim possibile erat, ut Dño propter nos homine facto, corpus eius sine mente existeret. Non enim corpori duntaxat, sed & animæ quoꝙ no-
Rom.8. stræ per ipsum Verbũ salus est cõciliata: Idemꝙ quũ uere esset Filius Dei, Filius hominis factus est: & quum esset unigenitus Dei Filius, factus est primogenitus in multis fratribus. Quapropter non alius erat ante Abraham, alius post Abrahã, necꝙ alius dum Lazarum excitaret, necꝙ alius quũ interrogaret de eo ubi situs esset, sed idẽ ille ipse erat: corporaliter quidẽ, ut homo exspuẽs: diuinitus uero, ut Dei Filius oculos aperiẽs eius, qui à natiuitate cæcus fuerat. Et carne quidẽ patiens, ut Petrus dixit: diuinitus tamen, monumenta adaperiens & mortuos excitans. Ex quibus omnia, quæ in Euangelio sunt, ita intelligentes, affirmauerunt se idẽ sentire de incarnatione & humana natura à Dei Verbo assumpta. Cum igitur istiusmodi illorũ fuerit confessio, adhortamur uos, ne eos, qui ita confitentur, talemꝙ interpretationẽ suæ cõfessioni accõmodant, temere condẽnare aut reijcere uelitis, sed potius, admissa illorũ excusatione, recipiendos putetis. Eos contrà, qui talẽ cõfessionẽ non edunt, necꝙ tali interpretatione in istis uerbis utũtur, arcere uos uellemus & auersari ut suspectæ mentis homines. Cæterum, cum istos tolerãdos non censebitis, consuletis illis qui rectè interpretãtur & rectè sentiũt, ne ulterior ulla inter uos adhibeatur disquisitio, neue uerborũ pugnis studeatis ad nullã prorsus utilitatẽ, sed sensus cogitationesꝙ pietatis exhibete. Nam qui ita affecti nõ sint, sed tantummodo super istiusmodi uoculis contentiosè rixãtur, & aliud quippiã, præterquam quod Nicææ scriptum est, requirunt, hi profecto nihil aliud agunt, quàm ꝙ proximis suis turbidã subuersionẽ propinãt, ut inimici & discordiarũ schismatumꝙ æmulatores.

Sed

Sed uos,ô boni & fideles serui & dispensatores Domini, eos, qui scandala & peregrina inferũt,compescite & arcete, & præ omnibus anteponite istiusmodi pacem quæ sanæ Fidei est. Forsitan Dominus misertus nostri, coaptabit quæ sunt hiulca & diuisa,atq; unum ouile reformabit,quò unum habeamus ducem Dominũ nostrum IESVM Christum. Hæc quidem nos: tum quia nefas est,quicquam ultra Nicænum concilium requirere,aut contentiosas sententias recipere : tum,uel ob pacem solum, & ne qui recte sentiunt,pro reijculis habeantur: ad istum modum censuimus, & eorum confessionem,qualis fuerit,nos,qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicauimus, idq; in cõmune unà cum reliquis comministris sacrorum, Asterio & Eusebio : Nam reliqui ex nostris, quisq; in suas prouincias abierunt. Vos rursus in commune,ubi soletis conuentus agere, ista iubebitis promulgari, eoq; omnes euocate. Æquum enim est,ut eo in loco primum epistola recitetur,ibidemq; omnes qui pacem amant,inter se concilientur, ac deinde ubi conciliati fuerint,ubicunq; populis uidebitur,præsente quoq; uestra humanitate synaxis celebretur, & Dominus publicè ab omnibus glorificet. Salutant uos fratres illi qui mecum hic agunt:bene ualete:& nostri memoriam in Domino facite. Ego Athanasius cæteriq; Episcopi,in hoc cõuentu præsentes, epistolæ subscripsimus, idemq; ab illis factum est, qui huc legati uenerant, inter quos, à Lucifero Sardiniæ insulæ Episcopo, diaconi duo Herennius & Agapetus:à Paulino uerò,Maximus & Calemerus, qui & ipsi diaconi sunt. Aderant & aliquot monachi Episcopi Apollinaris in hoc ipsum missi:Episcoporum nomina,ad quos epistola cõscripta est, sunt hi,Eusebius Birgillellorum ciuitatis Galliæ,Lucifer Sardiniæ insulæ,Asterius petræ Arabæorũ,Cymatius palti Cœlosyriæ,Anatolius Euboiæ.Cæterum,qui epistolam scripserunt,sunt isti: Papa Athanasius, & qui cum illo Alexãdriæ fuerunt,ipse quoq; Eusebius inter eos est,Asterius item,reliqui Gaius ex Paratonio proximo Lybiæ Phragonis, & partis alterius Elearchiæ Ægypti Ammonius Pachnemuneus,& ex reliqua Elearchia Ægypti Agathodæmon Schediæ,& Menelaiti,Episcopus Dracontius paruæ Hermopolis,Adelphius Nupheos quæ est Lichnorũ,Hermion Taneos,Marcus Zygrorum proxime ad Lybiam,Theodorus Athrybeos, Andreas Arsenoitæ,Paphnutius Saeos,Marcus philorum,Zoilus Andromenæ, Antiphron.His etiã Eusebius latine subscripsit,quorum hæc interpretatio:Ego Eusebius Episcopus secundum exactam uestram utriusq; partis confessionem, qua in eandem sententiã inuicẽ cõueniistis:quantum attinet ad hypostases, fateor me quoq; idem statuere,neq; in id solũ calculũ meũ addo, sed etiã in incarnationem Saluatoris nostri, cõsentio, eum uidelicet cùm Filius Dei esset,hominẽ esse factũ:& excepto peccato,omnia,quæ ueteris erãt nostræ humanitatis, assumpsisse, idq; prout habet epistolæ argumentũ, meis suffragijs cõfirmo.Deinde quia fama apud exteros increbuit de tabella Sardiniani cõcilij, ne ea ultra Nicænã Fidẽ decreta esse putetur, meo suffragio denũcio,quò nihil luxamẽti aut noxæ Nicænæ Fidei inde oboriatur, neq; eam ea de causa proferendam censeo. Valere uos oẽs in Christo exopto.Ego Asterius,superioribus scriptis adstipulor,& uos in Christo bene ualere precor.

precor. Postquam aũt uolumen missum erat ex Alexandria, ita à uiris, quorum superius mentio habita est, subscriptum fuit. Postea quoq; & ipsi subscripserũt, Ego Paulinus ita sentio quẽadmodũ accepi à Patribus, Filiũ esse & subsistere perfectũ: subsistere quoq; Spiritũ sanctũ, eumq; perfectũ esse. Quapropter approbo superiorẽ interpretationẽ de tribus hypostasibus et una hypostasi, siue essentia: & eos qui ita cẽsent, ueros habeo, quũ pium sit sentire & confiteri, Trinitatem in una Deitate consistere, & de incarnatione Verbi Patris propter nos facta, ita decerno, quẽadmodũ scriptũ est secundũ Ioannem, Verbũ carnem esse factum, non aũt, secundũ impijssimos homines, mutationẽ sui Verbũ passum esse, sed nostri gratia hominẽ esse factũ, & ex Maria Virgine Spiritu Sancto genitũ esse: & nequaquã inanimatũ aut insensile, aut sine mente corpus Saluatorem nostrum habuisse: quippe, cum impossibile sit Dominũ propter nos hominem factum, corpus habere sine mente. Ideoq; anathemate persequor eos, qui confessionem Fidei Nicænæ uilipendunt, & qui negãt Filium ex substantia Patris, aut coessentialem Patri existere. Execror item eos qui dicunt, Spiritum Sanctum propter Filium creaturam esse factum: præterea Sabellij, Plotini, omnemq; hæresim anathematizo, incedens secundum Nicænam Fidem, & secundũ omnia superiùs scripta. Valere uos opto ego Carterius.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE DE æterna substantia Filij & Spiritus Sancti cum Deo, contra gregales Sabellij.

IVDAISMVS cõtrarius est gentilitati, neq; tñ alterutra aut religiosa aut pia: nam ambæ extra ueritatem consistunt. Siquidẽ & Babylonij bellũ gesserunt contra Ægyptios: alijq; cõplures impij, alijs impijs infesti fuerunt. Ideoq; non sufficit obsistere impietati, nisi in gratiã pietatis impietati obsistas. Multa & magnifica habent Iudæi, quæ cõtra Idololatriam dicãt, & iusta dicunt, quum eos execrantur, quòd creaturę potius q̃ creatori inseruiãt: sed tamen non ideo, quia superstitionem incessunt, pro pijs sunt habendi, dum Filium Dei, per quem omnia creata sunt, inficiantur: ijsq; qui per Filium Patrem uenerantur, pluralitatẽ deorũ obiectant. Atq; hinc est, q̃ ab Ethnicis discessimus, & segregati sumus, ne impuris idololatrijs admisceremur: discessimus quoq; à Iudæorum blasphemia, dum Filiũ Dei agnoscimus, & eã
Matth. 10 pernicioſam abnegationẽ euitamus, dicẽte Domino nostro, Quicunq; abnegauerit me corã hominibus, abnegabo & ego eum corã Patre meo, qui est in cœlis. Nos porrò cõfitemur Filium ex Patre esse, & semper eum cum
Matth. 10 Patre esse: ipsi dicenti credimus, ubi inquit: Quicunq; me confessus fuerit coram

coram hominibus, & confitebor & agnoscam eum coram Patre meo qui est in cœlis. Quum igitur tale exẽplar intueamur, sub nomine Christianismi digressi à gentilitate, qui opera Dei, Deos appellare & adorare non uerentur. Disiungimur quoq; à Iudaizãtibus, qui Christianismum in Iudaismum deprauant, & ab ijs qui Deum ex Deo inficiantes, Deum unum, itidẽ ut Iudæi, prædicant, quiq; non ideo quòd solus sit increatus & solus fons Deitatis, solum Deum nominant, sed quia infœcundiorẽ eum, magisq; sterilem existimant, q̃ ut gignat uiuens Verbũ, & sapiẽtiam ueram. Verbum enim illi tale ascribunt, quale homines in sua mente concipiunt: & sapientiã talem, qualis ea quæ nostri animi est, attribuũt: ideoq; unam personam Deum cum Verbo asseuerant: quemadmodũ hominem unum dicimus, cũ sua ratione uerborumq; in animo cõceptu, nihilo plus q̃ Iudæi sentientes, qui Euangelistam nõ recipiunt statim ab initio clamantem, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Si enim Deus Verbũ in mente habet, non autem reuera ex ipso genitum, ut Deum ex Deo, quomodo esse poterit apud Deum Verbũ? aut quomodo Deus fuerit? Non enim Verbum in mente hominis conceptum, homo est apud hominẽ, cum nec uiuat nec subsistat, sed uiui duntaxat & subsistentis pectoris motus sit, quod mox ut enunciatũ est, nõ subsistit: & sæpè uocatum, nequaq̃ permanet, quum contrà Psalmista uociferetur, dei Verbũ in æternũ permanere, & in ea re illi suffragator & consonus Euangelista est, cum Verbum Deum esse profitetur, & manifestatum eum annũciat, & aduenisse indicat, & incarnatum prædicat, non cõprehendẽs, unà cum Verbi incarnatione, ipsum Patrem. Verbum enim, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius ut unigeniti ex Patre, plenum gratia & ueritate. Vnigenitum igitur Verbum in mundo uides manifestatum, & in hominibus habitantem, gloriamq; illi attribui ut unigeniti à Patre: non, quòd ipse Pater sit: aut Pater unà cum Verbo sese manifestauerit, quemadmodũ homo suo ipsius uerbo manifestatur, quod nulla ratione apparere potest, nisi is, qui illud loquitur, in præsentia adsit. Quibus ergo potius credidérimus? illis ne qui Filium à Patre non aduenisse prædicãt, an ijs qui unã personam Verbum cum Patre existere asseuerant? Si enim una persona est, cur altera emittit, altera emittitur, & per carnem conspicitur? quum Deum nemo uiderit unquam, sed unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarrauit, & accesserit ad nos, suisq; Verbis sui conspectum exhibuerit: Quiq; ob istam ex sese Patris cognitionem inter loquendum subiunxerit, Qui uidit me, uidit & Patrem meum, nõ seipsum Patrem dicens: qui enim id fieri posset? cum Pater sit inuisibilis, sed talem se dicit, qualis Pater est. Nã superiùs dixerat, Si cognouissetis me, etiam Patrem cognouissetis, dualitatem personarum expressis uerbis nobis declarans, quæ ex incommutabili Deitate agnosci poterat. Quocirca qui dignus habetur conspectu Filij, non fraudatur conspectu Patris. Nõ enim genitor alienũ dissimilemq; de se genuit, sed sibi cõsimilẽ. Si igitur unum existimas, cum reuera duo sint, Pater & Filius, quæ tibi cum Ecclesiastica doctrina communio supereſt? quomodo uoces Dñi excipies? Ego & Pater, inquit, unũ sumus. Ac rursum de Patre loquẽs,

Ioan.1 Psal.118 Luc.2 Ioan.1 Ioan.10

Ioan.14 Ab eo,inquit,ſum,et ille me emittit.Addit & tertium,Ego rogabo,inquit, Patrẽ,& aliũ cõſolatorem dabit uobis. Cum igitur de ſe loquit̃,ego inquit: cum de Patre,ille dicit:cum de Spiritu Sancto,aliũ ſubiungit: cur non plane defectionis & apoſtaſiæ crimen ſit,negare tria,& ſolũ illũ qui iſta loquutus eſt,unũ eſſe dicere? Nõ ſum ſolus, quoniã qui me miſit,Pater mecũ eſt. Vtitur uero etiã legali & ueridico uerbo per quod oſtẽdit duos eſſe, ſe ni-
Num.35 mirũ & Patrẽ,In lege,inquit, ſcriptũ eſt, duorũ hominũ teſtimoniũ uerum
Ioan.15 eſſe. Ego ſum, inquit, qui teſtimoniũ præbeo de meipſo,& teſtatur etiã de me,qui me miſit, Pater. En tibi duas perſonas. Et niſi dicas uerè duos eſſe, cum hæc loquitur,non permittis teſtimoniũ uerũ exiſtere:id enim teſtimoniũ confirmat,ſi non ab uno,ſed à duobus perhibeatur.Nam & teſtatus eſt
Ioan.3 è cœlo Pater dicens,Hic eſt Filius meus dilectus:& ſeſe eſſe Filium Dei,unigenitus ipſe Filius conteſtatum facit:& cum Patre ſermonem miſcens, ma-
Matth.11 nifeſtè in auribus hominum loquitur, Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ,quòd iſta occulta eſſe uoluiſti ſapientibus & prudentibus,& reue
Ioan.14 laſti ea paruulis.Næ Pater, quoniam ita placuit tibi. Omnia mihi data ſunt à Patre meo.Sed quid nam ad iſta reſponſitant iſti Iudaicæ inficiationis miniſtri,ne palam deprehendantur aduerſari Euãgelio Domini noſtri IESV Chriſti? Ad iſtum modũ duas hypoſtaſes inducũt, ut unam in Patre Deo, alteram in Filio homine conſtituant.Vah impietatem. Et quid iſtud differt à reſponſione Samoſatenſis? Dicant mihi (quæſo) qua ratione hominibus iſta de ſe ipſo auſus eſt loqui,Qui uidet me, uidet patrem? aut, qua ratione talia de ſeipſo loquentem teſtimonio ſuo proſequitur Euangeliſta, ubi refert,ꝙ dixerit patrem ſuum Deum eſſe, æqualem ſe Deo faciens: Atqui, ſi Deus ex Deo eſt,fieri nequit,quin ratione naturæ paria habeat cũ genitore ſuo,ut & Paulus teſtatur, qui nõ de humanitate eius, quũ eã aſſumpſit, ſed
Philip.3 de ijs quæ humanitatẽ tẽpore antecederent,explanationẽ facit:Qui, cũ(inquit) in forma Dei eſſet,non rapinã arbitratus eſt,eſſe ſe æqualem Deo. Scimus autem, Dominum ſubinde humanitus loqui, ſed non ea ratio in iſtis
Ioan.15 uerbis,quum ſic ait,Ego ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo,& teſtimonium perhibet de me, qui miſit me,Pater. Non enim homo eſt ille, qui miſſus eſt in mũdum,& qui dicit:Ex patre egreſſus ſum, & uenio:& qui di-
Ioan.3 cit,Ita dilexit Deus mundum, ut & Filiũ ſuum unigenitum daret, ut omnis
Ioan.14 qui in eum crediderit,nõ pereat,ſed habeat uitam æternã. Et qui dicit, Deſcendi ex cœlo,non,ut faciam uoluntatem meam,ſed eius qui miſit me.Cæterum,ſi uis eum audire humanitus loqui, & cõgruenter ad formam carnis quæ oculis patebat:& ad humanam ſpeciẽ,quæ ſola & mera in eo exiſtimabatur,audi uerba ipſius,Si ego de meipſo teſtimonium perhibeo, teſtimonium meum uerum non eſt. Neqꝫ enim fide dignum uidetur, neqꝫ recepti moris eſt, ut homo de ſeipſo teſtimonium perhibeat. Cum autẽ dicit, Et ſi ego teſtimoniũ perhibuero de meipſo,teſtimoniũ tamẽ meũ uerũ eſt, quia ſcio unde aduenerim,& quò abeã.Cum ſe & patrẽ enumerans,duos eſſe dicit qui de ipſius gloria teſtimoniũ ferant,nequaꝫ humana loquitur, ſed ſupra omnem humanã dignitatem.At,quid loquor de humana dignitate? ſupra angelicam maieſtatem,ſupra principatus,ſupra poteſtates, ſupra domi-

na-

nationes sese effert. Qua enim ratione Deus cum homine connumerari potest? aut quæ inter eos affinitas aut communio? Sed quum dicit, Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, homo esse uidetur. Recte tu quidem. Habet enim humanitatem sibi adiunctam Deitas illa, quæ in mundum uenerat: sed ne ob prætextum carnis ignorares Deum, statim ita de seipso subiungit, & in hunc modum loquitur, Nemo cognoscit Filiũ nisi Pater, neq; Patrem cognoscit quispiã nisi Filius, & nisi cui uoluerit Filius reuelare. Agite huc ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo uos: & discite à me quoniam mansuetus sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris: Iugum enim meum cõmodum est, & sarcina mea leuis est. Exclusit istis uerbis tuam calumniam Dominus, cum Deum se exhibeat in humana forma: quippe qui à solo Patre cognoscatur, & solum Patrem cognoscat, & ijs qui digni sunt, sui ipsius & Patris cognitionem reuelet. Euocatq; nos ad se, refocillationem ex se promittens, & iugum suũ portare iubet. Hæc quum dicit, renudat suam Diuinitatem: & eximiam suã maiestatem, quę sub parua forma occultatur, exponit: & supercœlestem potestatem, sub terreno corporis operculo latẽtem, ostendit. Sed quid opus decies millenas Diuinas Domini nostri IESV Christi uoces recẽsere, quibus summouetur merito Samosatensis nouitas, qua Saluatorẽ nostrũ non nisi merum hominem deblaterat, summouetur q; unà cum eo imitatorũ ipsius irrationabilis nugatio? Age ergo, paucorum testimoniorũ mentionẽ faciamus, Quis est qui ita loquitur, Nõ omnis qui mihi dicit, Dñe, Dñe, intrabit in regnũ cœlorũ? Non hominis hoc uerbũ, sed Dei ostendentis genuinam sui ex Patre suo procreationem: atq; ideo Domini titulũ non recusat. Dominus enim est, qui ex solo domino est genitus, ut apud Mosen dictũ inuenies, Pluit Dominus ignem à Domino. Item alibi ad Apostolos dicit Saluator, Appellatis me Magistrũ & Dominũ, & recte facitis, sum etenim. Alibi rursum Dominum sese paternæ familiæ ostẽdit, utpote unicus filius: Si patrẽfamiliâs Beelzebub nũcupauerũt, quanto magis domesticos nuncupauerint? Quapropter IESVM Christũ Deũ esse q Dñs sit uniuersorũ, cuiuis manifestũ est. Atq; ibi cum ait: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorũ (cõtinuo subinfert, quibus Patrem suum intelligas) sed qui facit uoluntatẽ Patris mei, qui in cœlis est. Habes igitur Filium, habes patrẽ, ne extimueris dualitatẽ: natura eñ distincti nõ sunt: neq; item, qui de duobus loquitur, abalienat genitũ à genitore. Neq; ob alterã illã insaniã, qua dicũt, unã nõ posse esse duorũ Deitatẽ, ideo nefas dictu existimaueris, unũ esse Deum, quia & Pater qui unus est, sit Deus, & Filius qui alter est, sit Deus: quũ ille utpote Filius identitatẽ habeat cũ patre, ipse interim tñ pater nõ est, sed unitus natura cũ patre: ut duos quidẽ numero esse, unam tamen in ambobus perfectã essentiã constituas. Duos aũt non bifidos ex duabus partibus, sed duos prorsus integros, eò q; integer sit & perfectus Filius ex integro & perfecto Patre, character paternæ substãtiæ, nõ inane Verbũ absq; subsistẽtia, sed uiua potestas, authorq; uitæ: nõ qualis hoïs potestas, per quã homo potẽs dicitur. Nõ eñ potestas hoïs, fœtus illius aut filius haberi potest: cum contrà, Dei potestas Filius sit, ideoq; plene & ad perfectũ

Matth. 11.
Matth. 11
Matth. 7
Genes. 19
Ioan. 17
Matth. 10

potens est Pater, quoniã Pater potestatis est: Potentia quoq; absoluta Filius, quoniã Soboles illius est. Itidem quoq; Sapiẽtia Patris est Filius: nõ ita, ut in homine, ubi per sapientiã homo fit sapiẽs, sed ex sapiente Sapiẽtia ista ortũ trahit, de quo dicit, Soli sapiẽti Deo per IESVM Christũ, cui gloria in secula. Verũ hic inquiũt, nõ genuit Pater, q̃modo igitur Pater? aut cuius tã dẽ Pater? sin autẽ genuit, ergo is qui ipsum esse est, genitus est. At ego, inquit, generationẽ agnosco: gignitur em̃ Verbũ qñ enũciatur & sentitur: & quoties loquit̃, toties Verbũ progignitur. Quid tu? an multa mihi hic cõsti tues Dei uerba, eaq; subinde nascẽtia? & aliqñ imaginaberis Deũ tacere, ali quãdo uerè loqui, & mutari trãsireq; à silentio ad loquelã, dũ labra aperit, et animo cogitatuq; ad uerba efferẽda cõcitatur? An scilicet Deus homo est, Deumq; tibi similẽ esse suspicaris? Ne tu mihi, siue audias mentionẽ de diui nis oculis siue de alijs mẽbris corporis, carnaliter intellige: sed ex similitudi ne corporaliũ, incorporea cõprehende. Dictũ em̃ tibi est, Deũ esse Spiritũ, ita quoq; Verbũ eius, Spiritũ crede, non quale est tuũ aut alicuius hominis uerbũ, Deus em̃ est, etiãsi nõ uideatur, neq; duo sunt dij̃, quũ non duo sint patres neq; diuersæ substantiæ sit genitor à genito. Qui em̃ duo principia introducit, is duo numina prædicat. Marcionis superstitio est, dicẽtis Deũ iustũ, nõ esse Christi Patrẽ, sed alterũ illũ bonũ, uerũ Christi Patrẽ esse. Rursus, quũ dicat alterũ Deũ increatũ esse, alterũ uero creatum, fieri nõ potest, quin duo numina recenseat, idq; ob diuersitatẽ substãtiæ, quã blasphemando introducit. Vbi aũt unũ principiũ, ibi unũ ex eo germẽ, ibi imago absolutissima et naturalis, nimirũ genita ex eo. Vnus quidẽ Deus, eò q; perfecta Deitas in Patre intelligatur, & perfecta Paternitas in Filio subsistat. Cęterũ, quia ex paruo exẽplo è sacra scriptura prolato, quo Christus imago inuisibilis Dei appellatur, ad sensum rei peruenire licet, fugiamus in hac cõparatione dissimilitudinẽ, quæ cũ re cõparata, discordiã facit, nempe opificẽ ab imagine à se condita, diuersæ esse substãtiæ, ac proinde Christũ qui imago est Patris, à Patre suo diuersæ esse naturæ, sed genitũ & genitorẽ cõsubstãti ales esse cõfiteamur. Sed tñ qui regis imaginẽ uidet, regẽ uidet, & dicit, en ti bi regẽ, neq; tamẽ duos reges cõstituit, neq; imaginem particulã regis, neq; regem particulã imaginis dij̃udicat: ita quoq; dum imaginem Patris, & Patrem cõmonstras, unũ tamen Patrem & unam Deitatem Patris et Filij̃ com monstras. Sed tu mihi hic obij̃cis, esto, sit unus Deus, sed ex duabus partib. in quas soliditas Deitatis diffisa est, neuterq; sit integer sed cõpositus. Cæte rũ ad hanc impietatẽ operæprecium est aures occludere & abluere animã: Nam qui talia blaterant, nec Patrem cum Filio idem esse cogitant, neq; inte grum quiddam in singulis constituunt. Atqui, inquit, dictum est, quoniam
Ioan.14 ego in Patre, & Pater in me est. Recte: sed non est Pater & Verbum cogita bile in corde Filij̃, neq; Filius cogitabile Verbum in corde Patris, sed Verbum uiuũ ex uiuo Patre deo, æterna procreatione editũ, absq; principio cũ Patre coexistens, adeo ut nunquã solũ Patrem fuisse intelligendũ sit, eò q; Trinitas semper Trinitas fuerit & sit, neq; auctariũ Deitatis accipiat, neque quasi Filius qui antea cum Patre nõ fuit, postmodum fuerit: ac cum iam extiterat, aliquid incremẽti addiderit, aut Filio Spiritus superaccreuerit. Quæ

enim

enim ab aliquo principio ortum traxerunt, creaturæ sunt, & mancipia, et cũ Trinitate nequaquam numerantur. Profecti eñ, inquit, docete omnes gen- Marc.16
tes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti. Nullum ist-
hic aut principium, aut uim, aut potestatem singulis seorsum adnumerauit.
Cum rebus enim æternalibus, quæ æterna non sunt, in eandem classem re-
digi non possunt: neq; cum Deitate, ea quæ participatum Deitatis non ha-
bent, eodẽ ordine graduq; cõstituere, nõ licet. Qui igitur in genitore geni-
tus? aut rursus genitor in genito? quomodo ille in isto? aut iste in illo? quo-
niã iste talis est, qualis ille: & ille talis, qualis iste, atq; ita fit ut duo unũ sint,
eò q; non diuarient neq; disiungantur, neq; sub alia specie aut sub diuerso
charactere Filius intelligatur, sed quod Deus sit, quemadmodum & Pater.
Ille eñ, cũ ad ipsius uerba, Ego & Pater unũ sumus, Iudæi indignatione mo Ioan.10
uerentur, quòd, quum homo esset, Deum se faceret, sententiã suam confir-
matiorem reddidit, seq; non alium q; Deum esse demonstrauit, inquiens,
Ego & Pater unũ sumus, eò quòd Filius Dei, Deus sit. Si illos deos appella
uit scriptura, ad quos sermo dei habitus fuit, neq; potest scriptura irrita red-
di: quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, cur uos eum dicitis bla-
sphemare, quia se dixit Filium Dei esse? Si nõ facio opera Patris mei, ne cre Ioan.10
dideritis mihi: sin autem ea facio, etiamsi mihi nolueritis credere, operibus
credite, ut sciatis & cognoscatis, quòd ego in Patre sim, & Pater in me. Igi-
tur, in Patre Filium esse, & Patrem in Filio, hoc nihil est aliud, quàm illũ qui
ex Deo genitus est, naturaliter talem esse, qualis est genitor Pater, eumq; o-
stendere Paternam formam in se, & se uicissim ostendi in Paterna substan-
tia. Vnus igitur & unus, & dualitas, non diuisa est natura, quũ sit indeficiẽs
ad suam integritatẽ. Vniuersa enim plenitudo & integritas Deitatis est, Pa
ter ut Pater: uniuersa item plenitudo Deitatis est, Filius ut Filius, quando-
quidẽ amborũ una forma intelligitur, quæ integre se in utroq; & solidè ex-
hibet. Nullus abneget uitã, quæ in mundo apparuit, quæ erat, ut inquit, a-
pud Patrẽ, & apparuit nobis: etiã ante apparitionẽ hoc uisus est esse, q̃d ap-
paruit. Genitus quippe est æternaliter, & subsistit cum Patre. Nullus igitur
repudians hanc Trinitatẽ, unitatẽ existimet se inuenire posse, sed in Trinita
te, unũ existimet, habẽs summã Fidei in Baptismate, & tribus signaculis san
ctis, per quæ in salutẽ regeneratus est, memor Apostoli dicẽtis, Vnus De- Ephes.4.
us Pater ille, ex quo omnia: & unus Dñs Iesus Christus, per quem omnia. Rom.11
Memor sit quoq; Patris dicentis, Ex utero ante luciferũ genui te. Item Filij, Psal.110
qui erat ante mundũ apud Patrem atq; etiam tũ gloriam Dei possidebat,
de se testimonium tale perhibentis: Glorifica me Pater gloria illa, quam ha- Ioan.17
bui, antequam mundus existeret, apud te. Quibus uerbis, gloriam quidem
secundum hominem postulabat, cum tamen testaretur, se gloriam secundũ
Deum ante mundum habuisse. Habuit autem gloriam cum esset & existe-
ret: non enim qui non erat, glorificari potuit. Atqui, inquit, si genitus est,
extra genitorẽ existit, & ab eo direptus est. Minime gentiũ. Quinimo indi-
rẽptũ oportet esse Verbũ q̃d existit in Deo, & extra Deũ nõ apparet. Quo
eñ in loco foris apparuerit, quũ omnia deus, ut in scripturis est, adimpleat?
Cœlum & terram ego repleo, dicit Dominus. Istiusmodi præstigñs Filij ge-

nera-

nerationem eiusq; à Patre æternum progressum: & cum Patre coexistentiam subuertere conant, quũ integer per se & solidus sit Pater, integer quoq; & solidus sit Filius. Discant igitur se nõ intelligere, neq; quę dicũt, neq; quę affirmant, quũ Deũ in loco circumscribũt, Filiumq; denuo alio in loco cõsistere imaginant, eosq; sedibus distinctos esse: illũ quidẽ hic, alterũ uero alibi: siquidẽ genitus sit, & seorsum à Patre altrinsecus apparuerit. Quis locus quietis meæ dicit Dñs? Cœlũ ne? atqui cœli cœlorũ nõ sufficient tibi, inqt Salomon, ad Deũ uerba faciẽs, magno argumento mortales docẽs, nihil locorũ Deitatis esse capax: Manus, inquit, mea fecit hæc omnia. Nõ igit operа intra se cõtinẽt opificẽ suũ, qui & ante opera existebat, illisq; ut existerẽt, causam præbuit uiribusq; suis stabiliuit. Atq; ideo ait Paulus, Ex quo oĩa, & per quẽ oĩa, & in quo oĩa. Ac rursus idẽ, In eo em̃ uiuimus, mouemur & existim⁹. Aufer iã mihi illud, loco subnixũ esse, cũ de Deo, & Verbo, & Spiritu Sancto cogitandũ putes, aufer mihi locales capacitates, neq; alibi existere Patrẽ, alio uero emitti Filium, ex ratione gignẽdi suspiceris. Istiusmodi falsæ uel potius impiæ ratiocinationes te in substãtia Filij scãdalizant, atq; ideo, unà cũ Filio Spiritus quoq; Sancti tibi abnegationẽ inducũt, quũ omnia à Patre præoccupata existimas. Ne requiras magnitudinẽ loci tã spaciosam, quæ capere posset Dei magnitudinẽ: nõ em̃ id quod immẽsurabile est, in mẽsurato cõtineri poterit. Qm̃ palmo suo metit cœlũ, ut Prophetaper cõ
Esa.40 parationẽ insinuat: Mẽsus est quoq; aquã manu, & uniuersã terrã pugillo. Si igit minimũ quiddã est hæc uniuersitas rerũ, ut ꝓphetica parabola utcũque subindicat, quomodo igit ꝓ spaciolo minimæ rei, deũ sese porrigere et circũscribere, suspicari poteris? q nõ eodẽ modulo cũ uniuersitate rerũ decurrẽs, adimplet uniuersa: Corporale em̃ id est: ut si exẽpli causa dicas, aerẽ impleuisse quicquid inter cœlũ & terrã est. Cæterũ, hic nõ ita agit: deus em̃ ut uis ac potẽtia cõtinet omnia, eò q; potẽtia incorporalis & inuisibilis sit, nõ ambiẽs, nec ambita. Idẽ de Filio ac Spiritu Sancto existimãdum. Quippe per Filiũ & in Spiritu omnia Deus & cõstituit, & amplectẽdo cõseruat. Impium igit aut quærere aut cogitare, ubi sit Deus: aut quẽ locum obtineat Verbum: aut Spiritus Sanctus, in quo domicilio claudat. Si uero quis ideo Filium aut nõ esse, aut nõ genitũ esse, asseueret, q; locus situsq; illius substantiæ inexcogitabilis irreperibilisq; sentiatur, ille idem neq; Patrẽ subsistere dixerit, atq; adeo ne semel quidem fuisse Deum, eò q; nusquam illius locus
Psal.52 sit aut receptaculum. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Insipiens haud dubiè quicunq; sese istiusmodi uanis phantasmatibus frustratur. Stultorum & uecordium ista sunt uerba, oculis & loco uolentiũ apprehendere id quod incorporale est. Demus igitur ijs pusillas aliquot imagines, in rebus incorporalibus sæpiùs obuias, ut quæ apud nos sint, & in rerum natura appareant, si quo modo possimus per ea ad altiora euecti, aliqua ratione intelligere incorporalitatẽ illã Patris & Filij & Spiritus Sancti, ne ulterius falso imaginemur eorum loca, aut locales distinctiones trium istorum excogitemus. Incorporalis enim & spiritualis cum sit lex, in legis periti præcordijs hæret, & ibidẽ Prophetæ quoq;, nec non Euangelia et Apostoli, di ctũq; est de legisperitis & eruditis in Prophetis, Habẽt Mosen & Prophe-

tas.

tas. Et Saluator, eum qui uetera & noua uerba habet in pectore, ſimilem eſſe ait homini patriſamiliâs, qui profert ex theſauro ſuo noua & uetera. Recepit aũt animus Moſis in ſe omnẽ Aegyptiacã ſapientiã, & eam ſapientiam quæ illi à Deo impertita fuit. Et Daniel ſuſceptis omnibus Chaldæorũ diſciplinis capax adhuc erat ad uarios Diuinæ Sapientiæ intellectus: q̃d per Ezechielem indicat Deus, cum ait: Nunquid ſapientior es Daniele? Ezech.28
Omne quod occultũ eſt, oſtenſum eſt tibi. Innumerabilis Salomonis prudentia, & aceruus copiaq́; mentis eius ut arena maris. Qui igitur tantã uim multitudinemq́; ſapientiarum in unis præcordijs uident, cogitent, ratiocinenturq́; eas in loco non exiſtere. Quis enim hominum tantæ uaſtitatis, ut ſuffecerit ad tantam rerum multitudinem capiendam, ſi locis diſtinctis ſingula theoremata obſeruationesq́; cõſisterent? Si igitur ſpiritualia quæ hic ſunt, quũ plura ſint numero, non opus habent pluribus locis, ſed circa unã eandemq́; mentem uerſantur, intelligamus, quæſo, ea quæ ſupra nos ſunt, & per ſe incorporalia exiſtunt, Patrem ſcilicet, Filiũ & Spiritum Sanctũ locis non indigere, neq; receptaculis diſtincta eſſe, ac ne ob id inexiſtentẽ nullius q̃ eſſentiæ aut Patrẽ aut Filiũ aut Spiritũ Sanctũ audeas ſtatuere, eò q̃ neq; locũ definire, neq; ſingulis locũ aſſcribere poſsis. Nam & Pater ſuum eſſe ad plenum poſsidet, & citra ullũ defectũ radix & fons Filij & Spiritus Sãcti. Itidem quoq; Filius eſt, uiuitq́; in plena integraq́; Deitate, ut Verbũ & germen Patris ſui citra ullũ defectũ. Plenus quoq; Filio Spiritus Sãctus, nõ pars alicuius, ſed integer per ſe: atq; ita uerè Trinitas coadunata eſt ſine ullis interuallis. Nihil enim eſt quod illos diſtineat, coexiſtunt æternaliter, quũ nullũ æuum intercedat. Formam porro unã & eandẽ ex ſe reddunt, Patre quidẽ in Filio ſpectabili, Filio uero & in Spiritu intelligibili, & ab homine in participatũ recepto: Nos em̃, inquit, oẽs, reuelata facie, gloriã Domini ſpeculantes, in eandẽ imaginem transfigurabimur de gloria in gloriã, tanq̃ à Domini Spiritu. Ne igitur, quaſi in corpore, tria mẽbra indiuiſa imaginemur: impia em̃ iſtiuſmodi ratiocinatio alienaq́; ab incorporeis à ſua integritate perfecta ſunt. Accipiamus igitur indiuiſam coexiſtentiam, inuicem ſibi coexiſtentib. ſine ullo interuallo: & tres quũ reuerà ſint, unã formã intelligamus, quæ quidem incipit à Patre, ſed reſplendet in Filio, apparet aũt & demonſtratur in Spiritu Sancto. Quapropter illi qui Spiritũ ferũt, Chriſtum quoq; ferunt. Qui enim, inquit, Spiritũ Chriſti non habet, ille non eſt eius. Rom.8
Si uero Chriſtus in nobis, corpus quidem mortuũ eſt propter peccatũ, & Rom.8
cætera quæ deinde ſequũtur. Et Ioannes, Ex hoc cognoſcimus q̃ ille in nobis eſt, quoniã ex Spiritu ſuo dedit nobis. Et templa Spiritus Sancti corpora noſtra Paulus appellat, Chriſtũ aũt in nobis eſſe dicit. Chriſto aũt habitãte in interiore noſtro homine, ut ſcriptũ eſt, Deus in nobis habitat. An ne ſcitis, inquit, q̃ templũ Dei eſtis, & Spiritus dei habitat in uobis? Cũ igitur Deitas ita indiuiſibilis ſit, cõdiſce religioſè ex ſacris ſcripturis, unã in tribus formã intelligere, nõ unam rem ex tribus cõponere. Inſeparabilia eſſe quæ in actionibus ſpectantur, ex Apoſtolo myſteriorũ interprete audire licet, ubi dicit: Diuiſiones gratiarum ſunt, idem aũt Spiritus: & diuiſiones miniſteriorum ſunt, ſed unus Dñs: & diuiſiones operationũ, uerũ idẽ Deus, qui operatur

Ioan.16
1.Cor.6.
Apocal.21
1.Cor.12

operatur omnia in omnibus:Et in unã ſummã oẽs has gratias colligẽs, hoc
1.Cor.12 corollarium addit:Hæc omnia operatur unus & idem Spiritus, diuidens ſingulatim unicuiq;,prout uult.Cum autem omnia agãtur à Deo per Chriſtum in Spiritu Sancto,indiuiſam conſpicio operationem Patris & Filij & Spiritus Sancti.Cæterum,non ob hoc complicans in unum iſta omnia, ex quo,per quem,in quo,adnitor ex Trinitate,unitatem facere.Neq;,ut hominem ex tribus iſtis compoſitum intelligo,ſpiritu,anima,corpore: ita quoq; & Deum compoſitum imaginari licet, quemadmodum iſti audent facere. Neq; ſub iſtiuſmodi impia opinione, indiuiſibilitatem prodo : neq; ſi quis dicit,ut Verbum animo conceptum,aut uoce enunciatum à cogitante et loquente,indiuiſibile eſt:ita quoq; in Ratione Patris & Filij & Spiritus Sancti fieri. Partes enim cõſertiles & eius qui mouetur motiones,ad incompoſitam & inalterabilem naturam,nullam omnino habẽt communionẽ.Alioqui, quomodo emittit partem ſui aut ſuam motionem Pater in mundum, dum emittit Filium:aut Filius,Spiritum Sanctum in mundum?an, quia Filius à Patre emiſſus non eſt? Atqui id contrà,ubiq; teſtimonijs comprobatur,ipſeq; adeo Paracletum ſe miſſurum pollicetur,& in mittẽdo promiſſioni ſatisfacit.Cæterum,illi qui ex Trinitate unitatem faciunt, adulterare & emiſsionem & generationem enituntur.Intus enim, aiunt, exiſtentẽ in Patre Filium,ſanctificationem hominis peragere:hoc eſt unum & ſolum Deum,atq; ita hominem emiſſum eſſe,non Deum ex Deo. Quomodo enim, inquiunt,mitti potuit Verbum,quod nõ dirimitur, neq; ſegregatur ab eo, cuius eſt Verbum? Sed quis Euangeliſtæ de incarnatione Verbi prædi-
Ioan.1 canti contradixerit,ubi ait, Verbum caro factum eſt? aut eidem dicẽti, Verbum è cœlo deſcendiſſe, fidem neget? cum idipſum ſubinde Saluator cla-
Gal.2 met:ipſumq; non hominem eſſe Apoſtolus ad Galatas confirmet.Nam tametſi homo ſit eiuſdem nobiſcum uocabuli, ſecundus tamen homo eſt, nõ qualis prior ille è terra genitus,quum ille fuerit anima uiuens:iſte uerò Spiritus uiuificans. Hæc enim ſunt Diuina & Apoſtolica uerba & dogmata. Quin & ipſa opera Deitati teſtimonium perhibent, ut quæ perpetrata ſint Diuinis prorſus & cœleſtibus uiribus, quale eſt quum imperat elementis, increpat ſpiritualibus poteſtatibus, membrorumq; mutilationes reſtituit, & uoluntate morbos ſanat,ſuamq; poteſtatem profitetur,& non occultat, mortem delet,uitam & incorruptibilitatem illuſtrat,corruptam hominum naturam denuo ædificat,ac mundum renouat ſua ipſius præſentia, nouaq; creatura apparet & prodit per reſurrectionem Chriſti,dum transformatur corpus humilitatis noſtræ,in conformationẽ corporis gloriæ eius,uniuerſaq; creatura liberatur à ſeruitute corruptionis,in libertatem gloriæ filiorũ Dei.Cæterum, Patrem non eſſe duntaxat Deum, aut Dominum noſtrum IESVM Chriſtũ,omnes ſacræ ſcripturæ teſtantur, quæ Filium Dei adueniſſe prædicant,& de Patre ſuo aſsidue loquentem oſtendunt,dum à Patre ſe ueniſſe differit,& ad Patrem abire denunciat.Neq; opus eſt ut prolixius adhibeamus teſtimonia,quum omnia,ut ſic dicam,ſacra uerba & Apoſtolorum ſcripturæ ad hoc tendant. Alias item nobis controuerſias excitant, & Iudæorum blaſphemias inferunt,irridentes myſterium emiſsionis & incarna-

carnationis Verbi. Nam si emittitur, inquiunt, & descendit, non est cum eo qui ipsum emittit: neq; ei, qui sursum manet, cohæret. Discāt igitur, sursum illud & in alto esse, non corporaliter duntaxat audiendum, sed noua ratione intelligendum esse. Quoniam illud dictum, quo fertur sublimis super omnes gentes: Et illud item, Exaltabo te Domine: Rursus & illud, Laudabilis & superexaltatus in secula, non in loco quopiam & sublimi Dominum constituūt, neq; Dominū ab hominibus euehi describunt, aut ab alijs qui eum laudibus extollunt, sursum extolli, sed maiestatem inuisibilis Deitatis, sublimitatem uocant. Et is qui dicit, Cœlum cœli Domino, terram autē dedit filijs hominum, non pro loco domicilij cœlum adsortitur Domino, & hominibus terram: sed excellentiam Dei magnificentiamq; oculis subijcit. Cum igitur maiestas & magnificentia in Deo, supercœleste quiddam nominatur: id quod huic cōtrarium est, humile, terrenniter dicatur & in terris uersari, facillime comperis descensum Verbi, inclinationem esse ex incorporali maiestate, ad uilitatem corporis: cum seipsum dediderit in corporalem speciem, humani generis amore. Ne igitur corporales istæ uoces, hoc est, descensio & emissio, ad inficiandam eius incarnationem producantur, quoniam localiter neq; descendit Deus, neq; emittitur: sed audiant Apostolum id negocij & eiusmodi comparationes metaphorasq; explicantem, Non rapinam arbitratus est, esse æqualem Deo, sed seipsum exhausit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus. Hoc enim est descendere, hoc est, emitti, induiq; in amiculū uilius q̄ pro ipsius dignitate. Descensus itē, humanæ speciei superinductio atq; inuestitio est, secundum Patris uoluntatem instituta. Quòd si loco & corpore Verbum non circumscribitur, non auelletur ab incorporali Patre ob corporis sui attemperamentum: nam excepit eum uolentem corpus, quatenus idonea est humana natura, Deum suscipere: manet nihilo minus in sua ipsius natura, quæ ante incarnationem fuit. Quamobrem descensus è cœlo non fuit digressio è cœlo: neq; item emissio è cœlo, segregatio à Patre.

Psal. 112
Psal. 29
Dan. 3
Psal. 113
Philip. 3.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE Oratio, Vnum esse Christum.

DECET eos qui semel resilierunt à gentili errore, unum esse Christum omnium Deum agnoscere, nō autem adhæresce creaturis: uel res conditas, aut pro dijs habere aut deos facere, sed potiùs creatorē colere, qui est benedictus in secula. Itidem quoq; faciendum ab illis, qui recellunt à ludaica incredulitate, ludæosq; de uecordia & ingratitudine uituperant, & in Dominū IESVM Fidē habent, eumq; sentiunt omnibus undecunq; testimonijs probari Deum esse, ijs quoq; par est ut id agnoscant, tum ex eius potestate, tum ex

signis Diuinorum operum,& potissimum ex imperandi authoritate: neq; ut amplius ob speciem externã, ad cõmunem & nudũ hominem opinione delabantur, neue secundum uisibilem formã,inuisibilem eius naturam definiant,ne ob corpus corporeasq; affectiones,merum eum hominem existiment,& unũ nostri generis,& pro nostra conditione patibilẽ. Hæc em̃ fuere Iudæorũ mala,hæc illorũ fidẽ deprædata sunt, & hostes Deo infestosq; reddiderũt.Eadẽ affectãt,qui nũc gentili & Iudaico morbo laborãt, & neutiquã recipiũt aut credũt incorporatũ fuisse Deũ, sed potius,dũ rationibus humanis contentionibusq; & philosophia ethnica, magna & incõprehensibilia apprehendere conant̃,quomodo scilicet gignat̃ id quod incorporeũ est,quomodo procedat,& ubi nã sit qui ubiq; est,& qui oĩa cõtinet,& omnia replet,& q̃modo extra,& quanã ratione,istiusmodi disputationibus ad infidelitatẽ abrepti sunt:& pro natiuitate,fracturã:& pro progressu, creationẽ & transitũ induxerũt:Rursusq; ñdẽ de incarnatione, quomodo incarnet̃,quomodo incorporet̃,quomodo cõponat̃ ad corpus paruũ is, qui cõtineri nequit:quomodo uniat̃ inconditũ condito:& circũscriptili, id quod circũscribi nõ potest:quomodo in parte,magnus ille & im̃ensurabilis et impartibilis.Aut em̃ magnũ in paruo locello cõtractũ est: aut q̃d magnũ fuit, paruũ est factũ:aut partẽ Deitatis,& nõ totũ recepit:quæ dissertationes plane sunt impiæ.Ac ꝓgressi sunt isti ex isto quomodo,& qua ratiõe, & quali cõsequẽtia ad incredulitatẽ:et inhabitationẽ,pro incarnatiõe fabricati sunt: & pro unitione & cõpositione Dei cũ homine,indolẽ industriamq; humanã:& pro una subsistẽtia Dñi nostri IESV Christi,duas subsistẽtias & duas personas:& pro Sancta Trinitate,quaternitatẽ inepte simul & impie sentiẽtes:Ineptè,q; Deo,hominẽ coæquãt:& quæ serua sunt,cũ dño in eodẽ gradu & numero collocãt:et conditã personã,cũ inconditis personis cõstruũt: Impiè uero,q; unã subsistentiã peregrinã omnino & alienigenã,& ex omnibus rationalib.creaturis ultimã & extremã & minimã,Trinitati admiscent. Quòd si denuo exactè animaduertas,& rebus ipsis oculos intendere uelis, deprehẽdes eos extra Trinitatẽ sum̃ouere Dñm nostrũ Iesum Christũ, ut mancipiũ,ut hominẽ inadorabilẽ,ac potius adorantẽ,& unà cũ cæteris omnibus inseruientẽ & subiectũ Sanctæ Trinitati, ut Marcellus & Paulus Samosatensis, Apostolica scripta,ad suã detorquẽtes sententiã, interpretant̃,
1.Cor.15. qua parte dicit Apostolus,Cũ subiecta ei fuerint omnia, subĳcietur quoq; & Filius : aut assumptus homo subĳcietur ei, qui ipsi subiecit omnia, ut sit Deus,inquit,ita ut ante incarnationẽ fuit, omnino incorporalis ac prorsus sine corpore.Homoq; quondã ab eo assumptus,et tũ Diuinitate exutus,cũ omnib.ad genua adorabũdus prócidet,Deoq; subĳcietur. En, in quantam stultitiã dilabũtur isti scioli,in quantã uesaniã & infidelitatẽ proruũt,ut animo cõcipiãt fingantq; quæ nõ sunt,& fabulas garriãt:Nõ solũ aũt Fidei sese adiũgere noluerũt,sed & dolos cõmenti sunt,fraudesq; instituerũt, fictis ad id stultis & inscitis quæstionibus ad uulgi errorẽ & defectionẽ.Si em̃ futura in expectatione habuissent, aut Dei aduentũ iudiciumq; credidissent, aut pœnã ueriti essent,Fidei se adiũxissent,Euangelio obtẽperassent, Apostolos sequuti fuissent potius,q; humanas rationes.Christũ enim,Apostoli

profi-

proficiſcentes ſtatim prædicauerũt,idq; uno ore ſine ullo diſsidio:natũ illũ ſcilicet in Bethlehẽ eſſe ex ſemine Dauidis,ſimilemq; ſpecie hominib.et crucifixũ pro hominib.ſub Pontio Pilato,eũdemq; & Filiũ Dei, & hominẽ dixerũt,eundẽ ex cœlo,eundem de terra,eundem impatibilẽ, eundẽ paſſum, & nõ aliũ,non duas perſonas, non duas hypoſtaſes, nõ duas adorationes. Quorſum diſceptationes & uerborũ pugnæ? Vtilitas ipſa cõſiſtit in credẽdo,colendo & tacitis adorationib.Agnoſco eũ uerũ è cœlo Deũ impatibilem,agnoſce eundẽ ex ſemine Dauidis,quantũ ad carnẽ attinet,hominem è terra patibilẽ.Non diſquiro,cur idẽ patibilis et impatibilis,aut cur Deus et homo,ne curioſus in inquirendo cur & quomodo,excidam à bonis,nobis propoſitis.Primũ eñ credere oportet & glorificare,& ſecũdo in ſublimi rationẽ iſtarũ rerũ petere,non humi ex ſanguine & carne cõquirere,ſed ex reuelatione Diuina & cœleſti.Beatus eñ es Simon Bar Iona,qñ caro & ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed pater meus cœleſtis.Et tu es Petrus, & ſuper hãc petrã ædificabo Eccleſiã meã:& portæ inferi nõ prævalebunt aduerſus eã. Fidelis ſermo,& nõ uacillãs promiſsio,& Eccleſia inuicta res eſt, etiãſi infe rus ipſe cõmoueatur,& ſi qui in inferno ſunt,mũdi principes tenebrarũ tumultũ faciant.Habe fiduciã in eo qui dixit,Fidite,ego uici mundũ,& paſsionibus itidẽ uici : quandoquidẽ huius mũdi dominũ patiendo potiſsimum uicit,& in cruce pendẽdo mortales ſeruauit,& moriendo uiuificauit.Oculis igitur & auribus cognoſcis eundẽ ſimul Deũ & hominẽ. Si enim Deus duntaxat fuiſſet,quomodo paſſus fuiſſet? q̃modo deniq; aut crucifixus aut mortuus,cũ alieniſsima ſint iſta à Deo? Rurſus ſi homo dũtaxat,quomodo paſsionib.uiciſſet,ſeruaſſet,uiuificaſſet? Hæc ſupra hominẽ erant. Atqui idem & patitur & ſeruat,& per ipſam paſsionẽ uictoriã parat, idem Deus, idem homo,idem utrunq; ſimul,ut unũ quiddã,& ſingulũ ut ſolũ.Sed dixerit quiſpiã ex ſapientioribus & ferocioribus ut eximius diſputator in medium prodiens:Pars igitur Verbi,corpus eſt,ut quod abſoluat ſubſtantiã Filij,ut ſit unus Filius Dei ex ambobus cõpoſitus,imperfectus in ſe, & corporis additamento ad perfectitudinẽ ſui indigẽs,alioqui quomodo unus,aut quomodo una hypoſtaſis aut una ꝓſona? Quin imò in diuerſum, ſi una hypoſtaſis Verbi & carnis,quomodo ea haberi poſsit Filius Dei? Caro enim eiuſdem ſubſtantiæ erit cum Deo,quod nefarium dictu eſt.Quod ſi concedas,ſequetur ex iſta conceſsione,ne Verbũ quidem futurũ eſſe eiuſdẽ ſubſtantiæ cum Deo,quod plane abſurdũ eſt. Verbum enim per ſe integrum eſt,& conſubſtantiale,propriamq; ſibi hypoſtaſin habet, nulliusq; ſupplementi indiget.Cæterum,qui iſta loquuntur,ſuam ipſorum mentem ſententiamq; aperiũt,ꝙ duas hypoſtaſes ſiue perſonas in Chriſto conſtituant, & aduerſum eos calumnijs utantur,& undecunq; ſatagant noſtros ſermones ad aliquid abſurdi detorquere,quaſi corpus diceremus aliquid conferre ad abſoluendam Verbi eſſentiam, aut illud eſſe eiuſdem cum Deo ſubſtãtiæ, aut non alienum externumq; omnibus modis à perſona Filij, quæ tamen ipſorum uerba ſunt:aliam hypoſtaſim carnis ſiue aſſumpti hominis (ut ipſi aiunt)introducentes:aliam rurſum Dei aſſumentis,aliamq; item perſonam Filij Dei,& aliam perſonam Filij hominis ex ſemine Dauidis ſecundũ car-

Matth.16. Matth.16. Ioan.16.

nem oriũdí,adeo,ut neq; Filius Dei ſit Filius hominis, quum ſit diuerſus à Dauidis natura:neq; is qui ſecundũ carnẽ genitus eſt,ſit Filius Dei, quũ ſit diuerſus à natura Dei.Nos aũt fratres unũ & eundẽ illũ Deũ eſſe dicimus, in hoc ſequẽtes Apoſtolos & Prophetas:ac potius Euangeliſtæ credimus, q; ut turbidi incertiq; ſalutis ſapientiæ gentiliũ, humanisq; rationibus adhæreſcamus,unũ illũ eundemq; Deũ confitentes,unam hypoſtaſim,& unã perſonã, non ut cõplementũ aliquod ad integritatẽ hypoſtaſeos conferat corpus: id em̃ prorſus impiũ, quũ Diuinitas,per ſe integra & perfecta, incapax omnis defectionis,ſimplex,uniformis & incõpoſita, in partes nõ diſtinguatur:hoc eſt,quatenus Verbũ Deus eſt,& uniforme, in diuerſitatem membrorũ,aut rerũ,ſiue eæ corporeæ ſint,ſiue incorporeæ, nõ cadit. Verbũ em̃ res abſoluta eſt,& penitus incorporalis: nõ em̃ Deus ita incarnatus eſt,ut caro fieret:neq; Filius Dei ita humanũ corpus ſumpſit, ut in hominẽ mutaretur:neq; Dñs gloriæ,ſerui formã geſtauit, ut ſeruus redderetur,ſed homo & Filius hominis eſt ille,qui eſt Filius Dei,idẽq; ſeruus ſpecie tenus, qui eſt Dñs natura.Nõ corpus igitur uim habuit abſoluẽdæ Diuinæ hypoſtaſeos,ſed ille qui uerè integer perfectusq; eſt,id,q̃d imperfectũ erat, abſoluit:& qui nullius indigus erat,cõiunctus eſt & coadunitus cũ carne: & qui nullius rei neceſsitatẽ ſentit,dedidit ſe corpori neceſſarijs indigenti.Nullus em̃ eorũ qui recte ſapiũt,aut quiſquis ſobrius eſt, aut mente nõ deſtituitur, de ea re dubius eſſe poteſt,q;,quemadmodũ Verbũ perfectũ eſt, & ſua hypoſtaſi abſolutũ,neutiquam opus habuit carne,ut Deus perfectus eſſet: ita neq; corpus Verbo indiguit,ut integrũ pro ſua hypoſtaſi fieret,ſed cœleſti Saluatore indigebamus,cœleſti uindice peccatorũ,& inſtauratore noſtræ miſeriæ,cæterarũq;,quæ inde proueniũt, calamitatũ. Statim igitur ab ipſo natali,renouatio ſeſe oſtendebat,& diuina natura geniti ipſa ratione naſcẽdi apparebat:quippe,qui nõ ſecundũ antiqui hominis natiuitatẽ ex uiro & muliere procreatus ſit,quũ alioqui impoſsibile ſit fœminã ſine opera uirili grauidã reddi. Atq; ideo Deus naſcentiũ conditionẽ in patribus ſitã fundatamq; eſſe uoluit,quemadmodum à Scriptura narratur Leui in patris ſui Abrahæ lumbis fuiſſe. Cæterum, uindex iſte uim exiſtendi non ab Adam capiens,ſed formam ex Adam aſſumens,carnẽ dico,quæ cum anima humana coniuncta fuit, homoq; factus ſecundũ uiſibilitatẽ, introduxit in mundum nouitatem ſecundum inuiſibilitatem,cõtra quã neq; uim ſuam mors, neq; tyrannidem ſuam diabolus retinere potuit,eoq; cõmercio Verbi cum mortalibus tyrannide oppreſsis,ingẽs diſcrimẽ illatum eſt humanis rebus, eò q; inde aſſerti ſint in libertatem,uindicatiq; à tyrannide:quin ipſa Virgo
Luc.1. nũcio tã læto accepto,admirata eſt iſtã procreãdi Saluatoris rationẽ,Quomodo fiet,inquit,quoniam uirum non cognoſco? quo tempore illi indicatum fuit,Diuinum hunc eſſe naſcendi modum ſub ſpecie carnea. Erat quidem cœleſte donum,ſed germen terreſtre, unde pacificatio terræ emerſit, & cum cœlis ſimilitudo quædam prodijt,prout gaudium Angelorum cla
Luc.2 mantiũ præ ſe ferebat,Gloria in excelſis Deo,& in terra pax. Læti igitur de natiuitate Chriſti,non humana aliqua hilaritate,qualis eſt eorum hilaritas, quibus ſoboles eſt genita,& natalitium epulum celebratur, ſed de præſen-

tia

tia Christi, de Diuini iubaris illustratione gaudeamus, utpote, quibus nihil iam cõmercij futurũ est cum captiuitate, sed participes futuri sumus redemptionis secundum Apostolum. Quis igitur in istis rebus usus? aut quid sibi Christus uoluit ex ista Diuiniore q̃ pro hominũ natura, nascendi ratione? aut ex isto genere educationis, quæ nostram conditionem transcendit? Forma ea quæ carne constabat, in aqua baptizatur una cum Iudæis: Ioannesq̃ baptizator est: fluuius, qui diuinũ corpus abluit, Iordanis est: & qui è cœlo descendit, spiritus est, & super quem descendit purum & incontaminatum Christi corpus est, unde in nos quoq̃ dimanat purificatio, ut & nos eum sequamur, implentes omnem iustitiam, purgati in ipso Domino nostro, cui sit gloria: Amen.

ATHANASII ARCHI-
EPISCOPI ALEXANDRIAE AD
Adelphium fratrem & confessorem contra Arianos, Oratio quinta.

PERLECTIS tuæ pietatis literis, non potuimus nõ approbare tuã erga Christũ religionẽ, Deumq̃ in primis glorificauimus, qui tibi istiusmodi gratiam largitus est, ut & recti pariter & simplicis sis animi, nõ tñ simplicitatẽ tuã lateant, quatenus hoc fieri potest, diabolicę insidiæ. Cæterũ, id nos admiratione attonitos perculsosq̃ defixit, quòd uideremus hæreticorũ insaniã in id barathri recidisse, ut sensus non amplius integros aut incolumes retinerẽt: sed prorsus mentẽ undecũq̃ uitiatã reportarent. Talia nimirũ sunt, quæ diabolus suggerit: talia sunt, quibus diabolus tentat: in talibus & Iudæorũ zelus & inuidia sese exeret. Quẽadmodũ em̃ illi nusq̃ nõ argumẽtis uicti, calũnias secũ meditantur, nõ in alium usum, q̃ ut dominũ inficiẽt, & in sui perniciẽ Prophetas cõuellant, ita q̃q̃ isti uidẽtes esse undecũq̃ notatos infamiaq̃ cõscribillatos, ipsorumq̃ hæresim apud oẽs abominabilẽ haberi, scelerũ inuẽtores sese prębẽt, ut nusq̃ remissa cum ueritate pugna, Christi perduelles hostesq̃ permaneãt. Vnde em̃ in illos hoc malũ subijt? aut quomodo omnino ausi sunt hãc nouã ignominiã contra Saluatorẽ imaginari? Cæterũ, ut apparet, mala omnino res, impius: & is qui circa Fidẽ reprobus inuenitur. Antea em̃, dũ abnegarẽt Deitatẽ unigeniti Filij Dei, simulabant sese quidẽ uel saltẽ eius in carne aduentũ agnoscere: nunc aũt pauxillatim subsidẽtes, subtrahẽtesq̃ sese, ut hoies prorsus impij, ab ista opinione deficiunt, adeo, ut iã ulterius neq̃ Deũ agnoscãt, neq̃ hominẽ eũ factũ credant. Si em̃ credidissent, nunq̃ talia locuti fuissent, qualia tua religiositas aduersus eos scripto prodidit. Tu igitur charissime uir, in refutãdis, admonẽdis, increpandisq̃ hoc genus hominibus, officium congruũ Ecclesiasticæ traditioni, & dignam tua erga dominũ pietate præstitisti. Illi enim, quia exacerbati à pa-

tre ſuo diabolo, non cognoſcunt neq; intelligunt, ut ſcriptura ait, ſed in tenebris ambulant, diſcant ſaltem à tua pietate ſuam, qua utuntur, inſaniã Valentini, Marcionis & Manichæi eſſe. Ex quorum grege, iſti pro ueritate & rerum fide, inane ſimulachrum introduxerunt: illi diuidentes, quod indiuiſibile eſt, inficiati ſunt Verbum carnem eſſe factum, & habitaſſe in nobis. Cur igitur, quum ita ſentiant, nõ ſeſe etiam eorundem nominum ſucceſſores hæredesq; profitentur? Par enim eſt, ut quorum prauam opinionẽ receperũt, eorũ quoq; uocabula & titulos accipiant, ut iam deinceps Valentiniani & Marcioniſtæ & Manichæi appellentur. Forſitan ex putore graueolentiaq; iſtorum nominum fieri poteſt, ut pudore commoniti tandem intelligant, in quantam uoraginem impietatis delapſi ſint. Erat certe ſatis ex decoro, ſi ni-
Tit.3 hil illis reſponſi daretur, idq; iuxta Apoſtolicum præceptum, Hæreticum poſt unã atq; alterã admonitionẽ deuita, utpote de quo iã certũ habeaẽ, ipſum in reprobũ ſenſum eſſe datũ, atq; ita peccare, ut qui ex ſeipſo cõdemna-
Eſa.32 tus ſit, præſertim quũ Propheta de huiuſmodi hominib. dicat, Stultus ſtulta loquetur, & illius cor uana cogitat. Cæterũ, qm̃ iſti ueluti pro moribus ſui imperatoris diaboli circumambulãt, quærẽtes quẽ ex ſimpliciorib. deuorent, neceſſariũ nobis uiſum eſt, tibi reſcribere, ut denuo ex hac admonitione inſtructi fratres, rectius in poſterũ eorũ præſentiãt uanitatẽ. Nõ em̃ creaturã adoramus, abſit. In Ethnicos & Arianos iſtiuſmodi deliriũ cõpetit: ſed Dñm rerũ creatarũ, incarnatũ Verbũ Dei adoramus. Nã tametſi caro ipſa per ſe pars ſit rerũ creatarũ, attñ Dei corpus effecta eſt, neq; iſtiuſmodi corpus ſeorſum diſcriminatũ à Verbo adoratione proſequimur, neq; Verbũ
Ioan.1 adoraturi Verbũ à carne longe ſeponimus, ſed cũ ſciamus, ut dictũ eſt, Verbũ carnẽ eſſe factũ, illud iã in carne ſitũ Deũ agnoſcimus. Quis igitur tã uecors eſt, ut Dño ita loquatur, abſiſte à corpore, ut te adorem? aut quis ita impius eſt, ut cum Iudæis propter corpus dicat ei, Cur tu cũ homo ſis, Deũ te facis? Atqui non iſtiuſmodi morib. leproſus erat: adorabat em̃ Dñm in cor-
Matth.8 pore, eumq; Deũ eſſe perſentiebat his uerbis utẽs, Dñe ſi uis, potes me mundare. Neq; ob carnẽ arbitratus eſt eſſe creaturã dei Verbũ, neq; quia Verbũ erat opifex rerũ, carnẽ ꝓ nihilo habuit, quã indutus erat: ſed ut in re crea-
Matth.9 ta, creatorẽ ſubſiſtentẽ adorabat, ideoq; mundatus eſt. Mulier itẽ quæ ſanguinis fluxu laborabat, ſolius fimbriæ attactu ſanata fuit. Et mare fluctibus ſpumoſum, ubi audierat Verbi incarnati uocem, à tẽpeſtatib. cõquieuit. Iti-
Ioan.9 dem & is qui à natiuitate cęcus erat, ſaliua carnis curatus eſt à Verbo, Et qd̃ maius eſt & admirabilius (nam fortaſſe hoc ipſum impijſsimos ſcandalo offenderit) etiã in ipſa cruce pendente Dño, cum eius ibi corpus eſſet, & in corpore Verbũ, ſol obtenebratus eſt, terra intremuit, petræ ſciſſæ ſunt, uelũ tẽpli diſruptũ eſt, & multa corpora Sanctorũ quæ dormierant, reſurrexerũt. Hæc facta ſunt, & nihil omnium ex rebus creatis pro ea audacia quæ nũc eſt in Arianis, cogitauit, num incarnato Verbo credendum eſſet: ſed quamuis eum hominem eſſe intuerentur, rerum tamen conditorem eundem agnoſcebant: & quamuis humanam uocem audirent, non tamen ideo eum creaturam autumabant, imò maiorem in modum inhorreſcebant, nihiloq; minus eum ſic agnoſcebant, quaſi è templo ſuo ſancto uocem edidiſſet. Cur

igitur

igitur impíi isti non reuerentur & timent, ne quemadmodum non proba-
uerunt eum habere in cognitione, ita tradantur in reprobum sensum, ut fa-
ciant ea, quæ non decent? Non enim rem creatam, rerum natura adorabat,
neq; ob carnem eius recusauit Dominum adorationibus prosequi, sed ideo
adorauit, quia uidit suum opificem architectum q; in carne consistere. Et in Philip. 2
nomine IESV omne genu flectebatur, & in posterum flectetur, cœlestium
simul & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confitebitur (licet id
ipsum Arianis non uideatur) Dominum IESVM Christum esse in gloria
Patris. Non enim caro ignominiam attulit Verbo Dei, Absit. Sed potius
caro per Verbum Dei glorificata est. Neque ideo, quia seruilem formam as
sumpsit Filius, qui in forma Dei est, quicquam diminutus est in sua Deitate,
sed potius uniuersæ carnis rerum q; creatarum inde liberator & uindex effe
ctus est. Neque si Deus emisit Filium suum genitum ex fœmina, ex ea re no-
bis aliquid probri, sed potius honesta gloria & magna gratia obuenit. Fa-
ctus est enim homo, ut nos in seipso Deificaret, genitus q; à fœmina est, &
procreatus à Virgine, ut nostri errabundam procreationem in se transfer-
ret, ac in posterum efficeremur genus sanctum, ac participes Diuinæ natu-
ræ redderemur, ut ait Sanctus Petrus Apostolus. Et imbecillitatem legis,
qua languescebat propter carnem, misso Deus Filio suo sub similitudine car
nis peccati, de peccato condemnaret peccatum in carne. Carnem igitur à 1. Pet. 4
Verbo assumptam esse uides, ad omnium hominum libertatem, & ad
cunctorum hominum excitationem è mortuis, & redemptionem à pec-
catis. Qui igitur fieri potest, ut qui carnem eius rem nihili contemptibi-
lem q; esse uolunt, atque ea de causa obtrectant Filio Dei, ut rei factitiæ
aut conditæ, non ingratissimi appareant, & omni prorsus odio digni?
quippe, qui propemodum ad Deum loquantur, Ne mittas Filium tuum u-
nigenitum in carne, ne feceris eum ex Virgine assumere carnem, ne nos à
peccato & morte eripiat, nolumus eum in carne nasci, ne pro nobis mor-
tem excipiat: non cupimus Verbum carnem fieri, ne hic noster mediator
& interpres fiat in adeundo & orando Deo, quò cœlestia domicilia inha-
bitemus. Claudantur portæ cœlorum, ne Verbum Dei per uelamen car-
nis suæ nobis renouet iter ad cœlos. Hæ sunt eorum uoces, quas diabolica
audacia proferunt, & cuius instinctu hæc insana comminiscuntur. Nam qui
Verbum carnem factum adorare nolunt, ingratos se exhibent eius huma-
nitati: qui uero distrahunt Verbum à sua carne, nullam omnino redemptio
nem peccati, aut mortis euastationem existimant. Vbi (quæso) tandem
nefarij seorsum per se inueniunt illam carnem, quam Saluator noster IESVS
Christus assumpsit, ut audeant dicere, non adoramus Dominum cum car
ne, sed disiungimus corpus, illi q; soli cultu inseruimus? Beatus certe Ste-
phanus in cœlis uidit Dominum à dextris stantem: Angeli item dixerunt
discipulis, ita ueniet quemadmodum uidistis eum in cœlum proficiscentẽ. Actor. 1
Quin & ipse Dominus dixit alloquens Patrem, Volo, ubi ego sum, ut ipsi Ioan. 16
ubique nobiscum sint. Iam si omnino indiuisibilis est caro à Verbo, par
est istos uel errore deposito adorare Patrem in nomine Dñi Saluatoris no-
stri IESV Christi, uel si non adorent, aut cultu prosequantur Verbũ in carne

genitum,undecunq; ab omnibus exturbari, neq; ulterius pro Christianis, sed pro Ethnicis haberi,& Iudæis adnumerari. Illorum enim (ut prædixi) istiusmodi insania est ac improbitas:nostra contrà Fides recta est, & ex doctrina Apostolica & traditione Patrum,confirmata & nouo & ueteri testamento,cum & Prophetę clament,Mitte Verbum tuum & ueritatem tuam:
Esa.7 &,Ecce, Virgo in utero concipiet & pariet Filium,& uocabitur nomẽ eius Emanuel,quod est, nobiscum Deus:quid id aliud indicat,q; Deum in car-
1.Pet.4 ne existere? Et Apostolica traditio commonstret,Petro referente Christum
Tit.2 in carne passum esse,Paulo item loquente:Expectantes beatam spem & aduentũ gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri, dñi nostri IESV Christi, qui dedidit seipsum pro nobis, ut nos liberaret ab omni peccato, purificaretq; sibi populũ peculiarẽ,æmulatorẽ bonorũ operũ. Qui igit̃,quæso,se ipsum tradere p nobis potuisset,nisi carnẽ gestasset? Hanc em̃ cũ gestaret,seipsum pro nobis tradidit,ut mortẽ recipiẽdo uinceret, demoliretuŕq; eũ, qui uim imperiũq; mortis habebat diabolũ: ideo ubiq; gratias agimus in noĩe Iesu Christi,neq; ipsius in nos gratiã reprobamus. Aduẽtus em̃ saluatoris in carnẽ,mortis liberatio est,& uniuersæ creaturæ salus. Quapropter dilecte, qui diligũt Dñm,istiusmodi admonitiõe instruant̃: qui uero Iudæ mores imitant̃, Dñḿq; relinquũt,ut Caiaphę adhæreant, id age,ut per ista dedoceantur,si modo dedoceri uelint,aut queãt erubescere:ac tandẽ cognoscãt, nos, qui Dñm in carne adoramus,nõ creaturã adorare,sed creatorẽ corpore creato indutũ,quẽadmodũ p̃dixímus. Vellẽ porro tuã pietatẽ exquirere ab illis:cũ Israelitis edicebatur,ut adscẽderent Hierosolymã,Dñm in tẽplo adoraturi,ubi erat arca,& super arcã Cherubini,gloriæ propiciatoriũ inumbrãtes,recténe fecerint,an cõtrá. Si male fecerũt,eo' q; legi obtẽperauerint, cur,
Exod.30 qui legẽ cõtemnunt,pœnis subĩciunt̃? Scriptũ est em̃,q;,qui contẽpserit,et nõ adscẽderit,exterminandus sit à populo. Sin uero recte fecerũt, atq; ea re Dño placuerũt,qui,quæso,nõ digni sint qui sæpius pereant,isti, inq;, nefarĩ deterrimæ hæreseos Ariani,qui prisci illius populi reuerentiã erga tẽplũ laudãt,Dñm in carne,ut in tẽplo suo,adorare recusant̃? Atqui , priscũ illud templũ lapidib.& auro cõstructũ fuit,utpote figura,q̃d superueniẽte ueritate exolescit,cuius secundũ Saluatoris uocẽ, ne lapis quidẽ super lapidem mansit,qui nõ sit disturbatus. Nõ tñ illi,qui tẽplũ uidebãt lapideũ esse, arbitrati sunt,Dñm in eo oracula edentẽ,lapideũ aut creaturã esse,neq; templũ uilipẽdebãt procul inde adoratũ abeũtes,sed illud ingressi, ritè ac legitimè Deũ, è tẽplo oracula sua edentẽ,coluerũt. Quod quũ ita se habeat, qui fieri posset,ut corpus Dñi undiquaq; sanctissimũ, ab Archangelo euangelizatũ,à Spiritu Sancto formatũ,amiculũq; Verbi Dei,nõ sit adorabile,cũ Verbũ manũ suã corporalẽ exporrigẽs,sanauerit febricitãtẽ:& uocẽ humanam edens,excitauerit Lazarũ:manibusq; in cruce protẽsis, principẽ potestatis aeris,qui agit in filĩjs incredulitatis,prostrauerit:& uiã ad cœlũ purã nobis cõstituerit. Nónne igit̃ qui templũ uilipendit,uilipendit & Dñm qui in tẽplo est̃:& qui disgregat Verbũ à corpore suo , reprobat gratiã in eo nobis datã? Quapropter impientissimi Ariani, ne ideo,quia corpus res creatitia est, Verbũ q̃q; rẽ creatitiã esse,censeatis:néue ideo,quia Verbũ res creatitia

non

nō est, corpori eius obtrectetis. Neq; fieri potest, quin admireris eorū animi prauitatē, qui oīa & miscent & turbāt, cauillationesq; excogitāt nō in aliud, q; ut conditorē unà cū re cōdita, unius ordinis esse, gregalesq; persuadeāt. Sed audiāt obsecro. Si res creatitia fuit Verbū, fateor id nō assumpsisse corpus creatitiū, ut illud uiuificaret, Quid em̄ istiusmodi subsidij rei creatæ à rebus creatis, quū ipsæ salutis inopes alienā opem requirāt? sin contrà, Verbū Dei conditor erat, opifexq; rerū creatarū, ut fuit, ideo scilicet factū oportuit, ut in cōsum̄atione seculorū, id q̄d creabile erat, ipse indueret, quo illud iterū, ut conditor, instaurare & recuperare posset. Siquidē, quod creatū est, à creato seruari nequisset, nō magis q; creaturæ à creaturis creari. Nihil igit̄ earū rerū fieri potuisset, nisi Verbū Dei non creatura, sed creator fuisset. Quapropter mēdacia nō instituāt cōtra Scripturas, neq; simpliciores fratres scandalis offendāt, sed potiùs si uelint, ipsi sententiā mutent, neq; rei creatæ, citra Deū qui creauit omnia, cultu inseruiāt. Sin uero in suis impietatibus perseuerare uolūt, soli illis impleantur, & dentibus suis frendeant, uti ipsorū pater diabolus. Q̄m Fides Catholicæ Ecclesiæ, Verbū Dei conditorem & opificē rerū omniū agnoscit: & pro certo & indubitato ponitur, In principio Verbū fuisse, & Verbū fuisse apud Deū, illud q; ipsum Verbū, hominē factū nostræ salutis gratia, adoramus: Nō, ut parem in pari corpore: sed ut Dominū, in seruili schemate: & opificē, conditoremq; in re condita cōstitutū, ut in eo omnia in libertatē uindicans, mundū Patri reconciliaret, omniaq; pacificaret, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Ita enim & Deitatē eius ex Patre oriūdā cognoscimus, & aduētū, & p̄sentiā eius in carne adoram⁹. Rūpant̄ igit̄ & pereāt stultissimi. Salutate oēs q̄ diligūt Dn̄m nostrū Iesum Christū. Valete et memores nostri apud Dn̄m sitis. Optam⁹ dilecte & uerè desideratissime, ut si necessū sit, ista recitent̄ Hieracę presbytero.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE AD Episcopos Ægypti & Lybiæ, contra Arrianos, Oratio prima.

OMNIA quidem quæ Dominus noster & seruator IESVS Christus, ut Lucas ait, docuit et fecit, ad nostrā omnino salutē pertinēt. Venit enim, ut inquit Ioannes, nō ut iudicaret mundū, sed ut mundus per eū seruaret̄. Sed tamē inter reliqua omnia, ea quoque in parte eius bonitas admirationi est, q; de hostibus nostris, quibus nobiscū p̄lia futura erant, silentiū non tenuit, sed de ea re iam antea in longum prædixit, ut cùm illa inciderēt, statim agnosceremus, animoq; firmaremur ex illius præmonitionibus, ita inquientis, Oborientur falsi Prophetæ & falsi Christi, edentq; signa & prodigia magna adeo ut seducāt (si fieri posset) etiam ipsos electos: ecce prædixi uobis. Ioan. 10 Matth. 26

Disci-

Disciplinæ quidē & gratiæ eius in nos collocatæ, magnę haud dubiè sunt, & supra hominē: ut est cœlestis politiæ specimē, potestas cōtra dæmones, adoptio iusq; filiorū, & q̄d transcendit sua excellētia omnia charismata, Patris, illa ipsiusq; Verbi cognitio, & donatio Sancti Spiritus. Sed tamen hominis animus studiosè ad malū procliuis est, aduersarius itē noster diabolus, tanta nobis bona inuidēs, obambulat quærēs ut rapiat sementē uerbi è nobis. Ea de causa Dñs disciplinas suas ueluti thesauros quosdā in nobis re
Matth.26 cōdēs, denūciatione istorū uerborū uti uoluit, Videte ne quis uos seducat: multi ueniēt in nomine meo, iactitātes sese eos esse, qui ego sum, & tēpus in proximo est, multosq; in errorē abducēt: ne sequamini eos. Magnū beneficiū quoddā cōtulit nobis iste sermo, cuius opera fit, ut nō à specie rerū, quæ apparet, decipiamur: sed potiùs, quę uera sunt, quātūcunq; illa se oculis ingerat, discriminare tamē & internoscere queamus, idq; Spiritus Sancti gratia. Nā quia omnino abominabilis est scelerū inuentor diabolus, immēsus calūniator, & uel semel uisus reiicit ab omnibus, ut serpens, ut draco, ut leo quærens quē rapiat, & deuoret, ideo hoc ipsum quidē quod est, dissimulat, & occultat, nomē uero q̄d ab omnibus desiderat & expectatū est, callide ut personā induit, ut specie deceptos iam deinde suis uinculis perstringat, nō aliter q̄p plagiarius, qui quū auertere cupit alienos liberos lōge à parētibus suis peregrè agentes, assimulat speciē uultumq; parentum: quos ubi desiderio sui captos deceptosq; lōgius abduxerit, iugulat & occidit. Eadē quoq; ratione sinuosus ille & mille doli fraudisq; magister diabolus, nihil sibi fidens, utpote qui sciat humani generis ad ueritatē amores, ueritatis speciem uultumq; prætendit, suum tamē interim uirus comitibus suis & assecl is inspargit. Ita quoq; & Euam decepit, non sua loquens, sed Dei uerba assimulans, & uerborum sententiā refingens. Itidem quoq; uxorē Iob persuasam instigauit, ut præ se ferret coniugalem charitatē, sed doceret tamen blasphemias in Deum. Ita dolosus ille uanis & falsis imaginibus rerum, hominibus illudit, obrepens & prouocans unūquenq; nostrum ad uitij sui præcipitia. Iam olim, ex quo deceperat primum hominē Adam, persuasus omnes sese
Gen.15 homines in sua ditione habiturum, ferociter insultabat dicens, Ego uniuersum orbem terrarum mea manu ueluti nidum comprehendam, & ut oua relicta tollam, nec est qui aufugiat, aut obloquatur mihi. Cæterùm qui antea orbem terrarum se comprehēsurum iactauerat, post aduentū Domini, iam experimento doctus, quid Dominus in rebus humanis ageret, & quàm nō posset eam quam Dominus gestabat carnem fallere, domitus fractusq; iam inde, etiam à pueris ueluti passerculus pro ludibrio habetur. Puer enim infantulus inserens manum suam in linguam aspidum, deridet eum, qui Euam deceperat. Et omnes qui legitimè in Christum fiduciam habent,
Hiere.49 pedibus conculcant eum, qui hæc uerba locutus est, Ponam soliū meum supra nubes, adscendā, & similis ero Altissimo. Et has quidē contumelias ille patitur: est tamē, ubi rursus resumpta audacia, mutata specie, uersipellē se facit, sed tamē agnoscitur etiā tum denuo ab illis miser, qui signū in suis frontibus gestant, & maiori ignominia contemptuq; reiicitur. Nam quemadmodum ut serpens reptilis se transformauerit in Angelum lucis, simulatio

tamen

tamen eius sine profectu in uanũ abit. Instituti enim sumus, quòd si uel An Gal.1
gelus è cœlo aliter euãgelizauerit nobis quàm accepimus illud ipsum, ana
thema esse & execrabile. Quòd si rursum, occultatis mẽdacijs fingat se suis
labijs ueritatẽ loqui, nos tamẽ non ignari, quo sensu id faciat, possumus di-
cere, quæ à Spiritu Sancto in ipsum dicta sunt, Peccatori autem locutus est
Deus, cur tu denarras iustificationes meas? Et, Non est speciosa laus in ore Eccles.15
peccatorũ. Non em̃ quũ ueritatẽ loquit̃, fide dignus est ueterator ille, quũ
id quoq; Scriptura declaret, enarrans eius in paradiso aduersus Euã calli-
ditatẽ. Conuicit aũt eum Dominus, primũ in monte, explicãs pectoris eius
sinuosa uolumina, ostẽdenśq; qualis esset diabolus, palàm declarauit eum
nequaquam aliquem è numero esse Sanctorum, sed Satanam tentatorem,
id́q; his dictis, Facesse post me Satana, scriptum est enim, Dominũ Deum Matth.4
tuum adorabis, & illi soli seruies. Itidem quoq; dæmonibus, quum è monu
mentis uociferarẽtur, ora obthurabat, tametsi uerũ esset, quod ab illis dice-
retur, neq; falsi quicquam in his uerbis proferrẽt, Tu es Filius Dei. Noluit
tamen per os impurũ ueritatem enunciari, multò minùs uerò per illos, ne
per hanc occasionem admiscentes zizania suæ malæ uoluntatis, eo tempo
re superseminarent quo homines in somnis essent. Ea de causa nec ipse eos
sustinuit talia loquentes, nec eosdem à nobis sustineri uoluit, suośq; admo-
nuit his uerbis, Obseruate falsos prophetas, qui ueniunt ad uos in cultu o-
uium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ideḿq; facit per Apostolos, ubi
inquiunt, Ne credideritis omni spiritui. Istiusmodi enim mores sunt aduer 1. Ioan.4
sariæ potestatis, istiusmodi quoq; hæreseon conspirationes sunt. Cũ enim
unaquæq; hæresis sui cõmenti parentẽ habeat eũ (qui ab initio peruersus,
& homicida, & mendax fuit) diabolũ, ac pudore tam exosi nominis tenea-
tur, pulcherrimũ, & quod super omnia est, nomẽ Saluatoris profitetur, scri
pturaruḿq; dictionibus amicitur, & uerba quidem profert, uerã inde tamẽ
sentẽtiam suffuratur, ac deinde intellectu, quem ipse confinxit, dolis inum-
brato, erroneorum homicida & efficitur. Alioqui quid Marcioni & Mani-
chæo hæreticis cum Euangelio, qui legem abnegant? Ex ueteribus enim
noua, & uetera nouis cõtestata reddũtur. Qui igitur ista inficiãtur, quomo
do illa agnoscẽt? Paulus certe eius Euãgelij Apostolus fuit, quod præannũ
ciauit per Prophetas suos in scripturis sanctis. Quin & ipse Dominus locu
tus est, Scrutamini scripturas, quoniã illę sunt, quæ testimoniũ perhibẽt de Ioan.5
me. Quomodo igitur agnoscẽt Dominũ, qui non ante de eo scripturas cõ-
suluerũt, & scrutati sunt? Nã quẽ Moses descripsit & Prophetæ, eum se in-
ueniisse discipuli affirmãt. Aut quorsum Saducæis lex, nõ recipiẽtibus pro-
phetas? quũ qui legẽ edidit Deus, idẽ sit qui in lege Prophetas sese excitatu
rũ promisit, adeo, ut idẽ Dominus sit legis & Prophetarũ, & qui alterũ ne-
get, neget omnino & alterũ. Aut quorsum Iudæis uetera, quũ nõ agnoscãt
eum, qui inde expectabatur, Dominũ? Si enim scriptis à Mose fidẽ habuis-
sent, fidẽ quoq; habuissent Domini uerbis, De me (inquit) ille scripsit. Aut
quid Samosatẽsi cũ Scripturis abnegãti Verbũ Dei, eáq; inficiãti, quæ pari
ter & ex Veteri & ex Nouo testamẽto significãtur, ac Dei aduentum in car
ne cõmonstrant? Quid item Arrianis cum scripturis? aut cur eas proferũt,

qui

qui creaturã asserunt esse Dei uerbum? & (ut Ethnici solent) cultum exhibent creaturæ, omisso creatore? Et quotquot sunt hæreses, nihil habent in suis figmentis constituendis, quod cõmune sit cum sacra scriptura: Neq; id eos latet, qui huiusmodi errores tuentur, quàm longe, imo quàm omnino illa hæresis dissentiat à Sacra Scriptura: sed tamẽ ad dolum simpliciorũ, de
Prou.14 quibus Prouerbia mentionem faciunt, Simplex credit omni sermoni, illi uerò ueluti diabolus ipsorum pater transformationẽ uultus ad speciem Angeli cõformant, eamq; uerborũ indolem præ se ferunt, ut rectum sensum habere uideantur, eumq; ubi persuaserint, eò miseros deducũt, ut diuersa alienaq; à Scripturis sentiãt. In singulis hæresibus ita trãsfiguratus diabolus, dictiones subijcit plenas dolo. De illis enim Dominus dixit, quòd Pseudochristiani & Pseudoprophetæ excitabũtur, ut multi aberrent. Quapropter
Ioan.8 Diabolus uenit dicens in unaquaque: Ego sum Christus, & apud me est ueritas: omnibusq; tum publice tum priuatim persuasit sycophanta ille, ut mẽdacijs niterẽtur. Illud quoq; prorsus admirabile, omnes, quotquot sunt hæreses in fingẽdo diuersa pugnãtiaq; inter se adferre, nec alibi nisi in falsitate sibi inuicẽ cõsentire & copulari. Neq; id mirũ, quũ unũ habeant authorẽ, qui ipsis ubilibet mendacia asseminat. Fidelis tamẽ Euãgelij discipulus, cui gratia data est, ut discernat spiritualia, & qui super petrã ædificauit Fidei suæ domicilijũ, citra uacillationẽ firmus cõsistit, & tutus permanet ab eorũ imposturis. Simplex uero (ut dixi) & non firmiter institutus, dũ solũmodo uerba cõsiderat, nec eorũ mentẽ obseruat, statim illorum astutijs seducitur. Ideo bonũ est, uel potius necessariũ, optare gratiã discernendorũ spirituũ, ut unusquisq; cognoscat secundũ Ioãnis præceptũ, quos abijcere, quos, ut amicos & qui eiusdẽ sunt naturę, recipere oporteat. Plurima sane hac in parte scribẽda, si quis ad plenũ de illis disceptare instituat, quũ tã multiplex & uaria sit hæreseon impietas & uesania, & tam inaudita mirabilisq; impostorũ uafricies. Cæterũ, quia diuina scriptura cæteris omnibus instructior est, ideo, si qui uelint plura cognoscere, ijs consilium dederim, ut sacra eloquia euoluãt. Ego aũt quod mihi urgẽtioris curæ uidebat, id primo loco indicatum uolui: siquidẽ ea causa me potissimũ impulit, ut hæc ista ad istũ modũ cõscriberẽ. Audiui enim, dum in istis regionibus cõmoror, idq; ex indicio uerorũ Fratrum & orthodoxæ Fidei, aliquot iam coijsse, qui Arriana sapiunt, eosq; scripsisse de Fide, quæ illis placuere, uel potiùs quæ illis inspirauit diabolus, uolẽtes ea mittere ad uos, ut subscriberetis, aut si qui contradicere ausint, exilium ferãt. Atq; hinc est quòd iam nunc episcopos istarũ regionũ uexare incipiant: unde satis abundeq; animos suos moresq; produt. Nã qui ista scribunt, ut finis scriptionis ad exilium, uel alias pœnas tendat, quales illos quæso, nisi & alienos à Christianismo, & diaboli eiusq; dæmonum amicos sentias: Siquidẽ illi præter mentẽ Cõstãtij Imperatoris humani & pij, pro libidine, quæ uolũt, promulgant, & faciunt ea quæ libet, & in faciendo utuntur magna uafricie, duabus potissimum de causis, ut mihi quidem uidetur, quarum una est, ut uobis subscribẽtibus, infamiam Arrianici nominis interquiescere faciãt, nec ipsi interim sentiantur Arrianice sapere: Altera uero causa est, ut ista scribendo obliterent Nicænum concilium, fidemq;

demq; inibi contra Arianos æditam. Sed hoc ipsum imprimis eorum malitiam, & dissidentes ab Ecclesia orthodoxa opiniones redarguit: Si enim recte crederent, contenti essent Fide Nicæna, ab uniuersi orbis concilio promulgata. Nam si arbitrantur se calumniam passos, & immerito Arianos appellatos, non debebant ipsi operam dare, ut scripta in Arium, mutarentur quasi aduersus ipsos decreta sint, quæ contra Arium decreta fuere. Verum illi nequaq; ita faciunt, sed ita hic pro se, quasi ipsi Arij essent, anxij & solicite sunt: iam mihi uide q; nulla illis ueritatis cura, & q; omnia ob Arianã hæresim & dicant & faciant: qui enim audent calumniari recte definita, moliuntur q; alia diuersa q; ab illis scribere, quid aliud faciũt, q; quod Patres accusant ac propugnatores se præstent eius hæreseos, cuius illi aduersarij fuere, & decreta ediderũt. Nam quæ nunc scribunt, non cura ueritatis scribũt, quemadmodũ iam dixi, sed ludi causa technarum q; gratia id faciunt, ad imposturam hominum, ut mittendis epistolis, animos populorũ circa ista occupatos teneant, feriasq; interim habeant & intermissionem non dicendæ causæ, latenteq; ipsorum impietate, tempus locum q; nanciscuntur prorogandæ suæ hæreseos canceris in modum omnia depascẽtis. Cuncta igitur mouent & turbant, neq; uel ita suis ipsi decretis acquiescunt. Quotannis enim in unum coeunt, ueluti qui tabulas pactaq; scribant, simulantq; se pro Fide scripta conficere, mire interim & fœdi & ridiculi, quum scripta eorum non modo ab alijs, sed etiam ab ipsismet explodantur. Nam si fidere ausi fuissent prioribus suis scriptis, non secundo scripsissent, neq; illis denuò repudiatis ad tertiam Scripturam prosilijssent, prorsus studio habẽtes, ut rursus ea mutent, si uel pusillum temporis interceserit, uel occasionem nacti fuerint pro ipsorum consuetudine insidiandi. Tunc enim cum insidijs studẽt, maximopere se simulant de Fide scribere, ut quemadmodũ Pilatus manus lauit: ita & ipsi pios religiososq; in Christum scribẽdo interficiant, ac dum de Fide definienda negocioso s se fingunt, ut iam sæpius dixi, crimen, infamiam q; diuersæ alienæq; à recta Fide opinionis elabantur. Cæterum, ne sic quidem latere, aut effugere poterũt. Quamdiu enim nõ aduersarijs, sed sibi ipsis causas reddunt, tamdiu sese sui accusatores præbent, idq; optimo iure. Siquidem illis, à quibus accusantur, non respondent sed sibijpsis quiduis, ut libitum fuerit, persuadent. Quando igitur reo partes iudicãdi sibi arrogante, criminis absolutio contigerit? Ergo dum perpetuo scribunt, suamet ipsi immutantes, incertam suam fidem, uel potius certam infidelitatem dementiam q; ostendunt. Idq; merito illis accidere uidetur: quum enim semel ueritatem ut transfugæ, deseruerint, Nicænam q; Fidem recte scriptam euertere studeant, satis illis est, iuxta id quod scriptũ est, uel pedes suos mouere. Quocirca & ipsi, ut olim Hierusalem, laborãt, & defatigãtur suis permutationibus, dum alia atq; alia scribunt, solum in id intenti, ut tempora lucrentur, Christiq; perduelliones remanentes, alios in errorem abducant. Quis igitur, cui maxime cura est ueritatis, istos ulterius ferat? Quis eos scribentes non iure auersetur? quis non damnauerit eorum audaciam? Pauci enim numero quum sint, uolunt tamen sua præ omnibus ualere, & quæ ab ipsis in angulis conflata sunt ac proinde suspecta, rata esse summam uim ad-

hibentes ut dissoluant & irritum faciant totius orbis sedulũ & syncerũ cõcilĩ. Qui ideo ab Eusebianis ad honores euecti sunt, quoniã hæresi in Christũ hostili, patronos sese & aduocatos præstitere, audẽtq; de Fide definire: & quũ ipsi sint rei ac iudicio obnoxij, ueluti Caiphas iudicãdi munus inuadũt. Et Thaliæ suæ, quã faciũt, fidẽ haberi uolunt, qui ne ipsi quidem sciunt quid credãt. Cui em̃ ignotũ, Secundũ Pentapoliten non semel exauctoratũ depositumq; gratia cõmendationeq; Arianæ hæreseos ab ipsis designatũ esse, Georgiũ itẽ qui nunc Laodicææ agit, & cum Georgio Leontiũ illum Spadonẽ electos esse, & ante illũ Stephanũ & Theodorũ, qui iã Heracleæ est: qui quũ antea ab ordine presbyterorũ reuulsi essent, postmodũ impietatis cõmendatione Episcopi appellati sunt. His accedit Vrsatius & Valẽs, à principio, ut nouitij, catechismo ab Ario instituti sunt. His cõnumerãtur Acacius quoq; & Patrophilus & Narcissus ad oẽm impietatẽ audacissimi: qui in magno cõcilio Sardinienſi ab Ecclesia reiecti fuere, unaq; cum ijs Eustatius qui nũc Augustæ est, & Eudoxius & Basilius patrocinio impietatis ad istas fortunas subuecti. Nã iam de Cecropio, Auxẽtio & Epicteto hypocrita superfluũ est dicere, quũ omnibus liqueat, quomodo, ob quas causas, & per quos inimicos Ecclesiæ, etiã isti promoti sint, nimirũ qui se calũniarũ in Episcopos orthodoxos, quibus insidiæ parabãtur, actores histrionesq; præbuerũt. Hi quũ essent nõ nisi in presbyterij ordine cõstituti, nec uulgo cogniti haberent̃, tñ per impietatẽ episcopatus titulũ sibi procurarũt. Eaq; de causa Georgiũ Cappadocẽ quendã redemerũt, eo animo, ut eum ad uos mitterẽt: sed nec ille aliquo in numero aut precio habẽdus est. Dico em̃ eũ istis in locis nõ ut Christianũ se, sed ut Idololatrã gessisse, eundẽq; moribus & instituto carnificẽ esse. Et quia istiusmodi ingenio erat, accitũ ab illis, aggregatumq; esse, utpote hominẽ iniurijs, rapinis, & cædib. faciũdis perquã idoneũ. Ea em̃ sæpius exercuit, neq; ulla ratione cognita habet, quę sunt peculiaria Christianæ Fidei. Illi quidẽ his machinis utunt̃ cõtra ueritatẽ, nõ tamẽ illorum animus latet, etiãsi millies ueluti anguillæ in sinus meandrosq; lubricẽt, & sese occultare studeãt, quasi nõ sint Christi perduelles. Igit̃ denũcio uobis, ut quisq; caueat, ne ab illis decipiat̃, aut furtum sui patiat̃, sed potius ac si Iudaica impietas Christianã Fidem inuaderet, zelum Domino zelate, & retẽta Patrũ Fide, quã Patres, qui Nicææ cõuenerãt, scripto professi sunt. Ne sustinueritis eos, qui cõtra eam nouis rebus studẽt, etiãsi dictiones ex sacris literis scribant, ne sustinueritis hoc genus Scriptorum, etiamsi uoces orthodoxæ Fidei loquantur, ne ita quidem loquentibus attẽdite. Non enim recto animo loquuntur, sed ueluti indumentum ouium hæc uerba præferunt, intus uero, quæ Arij sunt, sapiunt, quemadmodum hæreseon princeps diabolus. Nam & ille quoq; loquebatur è sacris literis, sed tamen æquè illi os obthuratum est à Saluatore. Si enim ea quæ dicebat, animo sensisset, nunquam excidisset è cœlo: nunc autem ueterator ille animo sensuq; deciduus, honesti speciem uerbis simulat. Subinde quoque, ethnica dicendi magnificentia ethnicisq; sophismatibus, malignus ille seducere annittitur. Si igitur scripta ista ab orthodoxis proficiscerentur, qualia sunt magni illius & confessoris Hosij, Maximini Galliæ, aut eius successoris, aut

Philo-

Philogonij,& Eusthatij Orientis Episcoporum,aut Iulij & Liberij Romanorum Pontificum,aut Cyriaci Mysiæ,aut Pisti & Aristei Græciæ Episcoporum, aut Sylvestri & Protogenis Daciæ,aut Leontij,& Eupsychij Cappadociæ Episcoporum,uel Ceciliani Aphricæ,uel Eustorgij Italiæ, aut Capitonis Siciliæ, aut Macarij Hierusalem, aut Alexandri Constantinopoleos,aut Pædarotæ Heracleæ,uel magni illius Meletij Basilij,& Longiani, cum cæteris Ponti Armeniæq; Pontificibus, uel Lupi & Appiani Ciliciæ, uel Iacobi & reliquorum Mesopotamiæ Præsulũ,aut nostri Beati Alexandri,cæterorumq; qui cum eo sunt eiusdem sententiæ,nihil esset quod in his scriptis suspicarere: syncera enim & simplicia Apostolicorum uirorum ingenia sunt.Nunc autem,quia ab illis scripta sunt, qui pro patrocinio hæreseos gratiam mercedis receperunt,secundum prouerbia,Sermones impiorum dolosi,& os impiorum mala respondet,& impij dolos gubernant, uigilandum est fratres & sobriè agendum,ut dixit Dominus, ne qua ex magnificentia uerborum & ueteratoria calliditate impostura fiat. Ne quis ueniat cum his uerbis,Ego quoq; Christũ annuncio, ac paulò pòst Antichristus esse deprehendatur. Antichristi autem isti sunt,qui propter Arij uesaniam,ad uos accedunt.Quid enim deest uobis,ut aliunde quis ad uos proficiscatur? aut cuius indigent per Ægyptum, Aphricam, & Alexandriam Ecclesiæ:ut qui permutatione lignorum fasciumq; cauponati sunt episcopatus,transeant ad Ecclesias, quæ ad eorũ ius curamq; nõ pertinent? Quis ignorat, quis non clare conspicatur eos ista agere pro statuenda stabiliendaq; hæresi? Quapropter etsi sublimes magnificosq; se faciunt, etsi maiores Pharisæis fimbrias sibi alligãt dilatantq; se uerborum sonitu,& uim uocis tenoremq; probe meditatum habent, nullam ob id fidem meruerint. Non enim dictio,sed mẽs quæ religiosè agit,fidelem aliquem reddit: Eaq; de causa Saducæi & Herodiani,quamuis legem in labris retinerent, pudefacti sunt à Saluatore,audientes,Erratis,nõ scientes scripturas & uires Dei. Et apud omnes innotuit,eos,qui uidebantur legem sonare, animo hæreticos & Dei perduelles esse. Alios illi quidem huiusmodi uerborum lenocinijs seduxerunt, Dominum autem iam hominem factum seducere nequaquam potuerunt: Verbum quippe caro factum est, quod cognoscit sapien Ioan.1
tum cogitationes,uanas esse.Ita quoq; clanculum obrepentes Iudæos refutauit dicens,Si Deus Pater uester esset,diligeretis me:ego enim è Patre pro Ioan.10
dij,& uenio ad uos:Eadem ratione nunc quoq; facere uidentur.Occultant siquidem animum, ac deinde in scribendo Scripturarum uerbis, pro esca utuntur, ut latenter in suam maliciam pertrahant ignaros. Dispicite,quæso, num ita est ut loquor. Si enim nulla suppetente causa de Fide scribunt, superuacuum est quod tentãt,fortasse etiam & noxium: eò quòd nulla quæstione exorta, ipsi causam uerbalis digladiationis suppeditant, subuertentes simpliciorum fratrum corda, asseminantes illa quæ alioqui nunquam in illorum mentem subijssent. Sin autem,ut ab Ariana hæresi sese excusent, scripto utuntur,par est,ut malarum plantarũ semina priùs extirpent, eosq; qui sementem hanc præbent, notis & infamia suggillent, atq; ita in locum illorum meliora scribendo substituant. Quod si id nolint, propalam pro-

fiteantur, uendicentq; ſibi Arianam ſectam nõ occultim, ut eos perduelles Chriſti eſſe innoteſcat, omnesq; ab ipſis, tanquam à conſpectu ſerpentis, fugiant. Nunc illa & in occultis habent, & alia præ ſe ferentes, ſcribunt, non aliter quàm ſi medicus ad ſauciũ ægrotumq; accerſitus, omiſſis quę rei præſentis ſunt, de membris ſanis diſputationẽ inſtituat, quẽ ea de cauſa merito ſtuporis & inſaniæ damnes quòd de ijs, quorũ gratia uenit, nihil dicat: de alijs cõtrà, quorum uſus ab eo nõ requiritur, uerba faciat: ita quoq; iſti quæ ſunt hæreſeos prorſus omittentes, alia ſcriptis perſequuntur. Atqui oportuit, ſi Fides illis curæ eſſet, Chriſtumq; diligerent, prius blaſphemas aduerſus Chriſtum ſententias exterminare, ac ita in locum eorum ſana ſalubriaq; & dicere & ſcribere. Sed neq; ipſi hoc præſtãt, neq; eos qui id præſtare uelint, permittunt, impediuntq; uel inſcitia uel dolo. Quòd ſi inſcitia id faciunt, crimini temeritatis obnoxij fuerint, quòd, quæ ignota habẽt, aſſeuerationibus proſequuntur: contrà, ſi ſcientiã ſibi in iſtis rebus arrogant, maior illis mulcta infligi debet, quoniam, ubi de ipſorum rebus agitur, nihil ociosum aut præter rem inculcant: contrà, ubi de noſtra Fide tractãdum fuerat, ſcriptionibus ludant, & quiduis potius, quàm uerum, tueantur, diſſimulatis illis & in occulto habitis, ob quæ ipſorum hæreſis male audit, cum interim uerba Sacrarũ ſcripturarum in ore habeant. Eſt id quidẽ euidens ſuppilatio ueritatis, eademq; diſtenta ac ſuffarcinata omni ſcelere. Nec dubito, quin ueſtra pietas facile uel iſtinc totum negociũ perſpexerit. Siquidem nullus, ubi de adulterio poſtulatus eſt, de furto ſe excuſat: neq; ſi quis cædẽ imputet, reum patitur reſpondere, ſe non ſolum peieraſſe, ſed etiam in depoſito fidelem extitiſſe: Id enim ludibriũ potius quàm purgatio criminis, aut certum rei documentum fuerit. Quid enim cædes ad depoſitum? aut quid adulterium ad furtum? Nam tametſi ſcelera à ſe inuicem dependeant, ex corde prodeuntia, attamen ad diluendum facinus, nullã inter ſe communionem habent. Achar igitur ut in Ieſu Naue ſcriptum eſt, furti accerſitus, non ſuam in bellis fortitudinẽ pro excuſatione obtendit, ſed conuictus de
3.Reg.12 crimine, ab omnibus lapidatus eſt. Sauli quoq; de negligentia mandatiq; præuaricatione increpato, nihil profuit q; alia cauſificaretur. Nõ enim alterius criminis purgatio, in alio ſcelere documentũ innocẽtiæ ſuppeditat: ſed contrà, ſi ex iure & legibus agetur, par eſt, ut de eo reatu quo quis impetit, reſpondeat, aut oſtendere ſe non feciſſe, aut confiteri delictum: ac polliceri, ſi cõuictus ſit, nihil tale amplius uel facturum uel moliturũ. Sin autẽ & fecit & molit⁹ eſt, nec tamẽ culpã agnoſcat, ſed alia pro alijs adferat, hic ſe ipſum manifeſtum facit, non q; recte fecerit, ſed q; ſceleris ſui cõſcientia prematur. Quid igitur opus eſt multis uerbis? quũ iſti ipſi præiudiciũ damnationẽq; inferre uideantur Arianorum hæreſi, quippe, qui eam ore profiteri nõ audeant: & quia abdunt & occultant blaſphemias illius ſectæ, ſatis ea re oſtendũt ſeſe agnoſcere, hæreſim iſtam peregrinã alienamq; eſſe à ueritate Fidei. Cæterũ, quoniã in abſtruſo habẽt, nec audẽt ſuorũ gregalium uerba proferre, neceſſarium eſt ut nos iſtis huius impietatis tectoria detrahamus, hæreſimq; ipſam, in publicum traducamus. Cõſcij enim ſumus, quid tum ab Arianis dictũ ſit, & quomodo ab Eccleſia & clericorũ ſorte reiecti ſint. Ve-

niam

niam igitur uerbis istis sordidis & lutulentis, quibus utendũ necessario est, præfari oportet. Vtemur autem ijs, non quòd ita sentiamus, sed quòd ea ad usum refellendi necessaria arbitremur. Beatissimus igitur Episcopus Alexander Arium hæc sentientem & pariter uerbis profitentem, ab Ecclesia reiecit, Non semper Deus erat Pater, non semper Filius. Nam quum omnia sint ex nihilo, etiam Dei Filius ex nihilo emersit: & cum omnia sint condita, ipse quoque conditum quiddam & opus haberi debet & quum omnia prius non essent, sed postea extiterint, fuit profecto cum Verbum nõ erat. Et quia non erat, antequam fieret, principium existendi habuit: tum enim extitit, cum Deus eum conditum uoluit. Nam inter omnia opera eius, ipse quoq; connumerandus est, qui & natura mutabilis fuit, sed libero arbitrio bonus remansit: & quia pro uoluntate sua uerti mutarique potuit ut reliqua omnia: ideo Deus, quum præcognosceret illum bonum fore, maturauit ut illi hanc gloriam daret, quam postea ex uirtute meriturus fuisset, ut qui de opere suo, quale futurum esset, præscientiam haberet. Id quoq; dicunt, Nõ Deum uerum Christum esse, sed participatu Deitatis Deum factum: eadẽ ratione qua cæteri quoq; numina appellantur. Etiam id quoque addunt, eum non natura in Patre existere, nec proprium esse eius substantiæ Verbum, nec propriam Sapientiã in qua mundum istum creauit: sed aliud esse in Patre proprium & peculiare Verbum, aliamq; item propriam Sapientiam, in qua sapientia istud Verbum fecit. Atq; adeo ipsum Dominũ Christum respectu rationalium quę uerbis utuntur, Verbum esse nuncupatum: & respectu comparationeq; sapientum, Sapientiam dictum. Quin imo ut omnia aliena diuersaq; sunt à Patris substantia, ita ipsum quoq; per omnia diuersum aliumq; esse à Patris substantia, sed ex genitis conditisq; ipsum proprium & unicum Patri Filium & Sapientiam esse: eumq; & creaturam esse, & opus Dei. Rursus idem ait, Deum, non nos propter illum, sed illum propter nos condidisse. Erat enim (inquit) solus Deus, nec erat Verbum cum eo, deinde quum uellet nos procreare, tunc quoque istum procreauit: quem postquam genitus est, appellauit & Verbum, & Filium & Sapientiam, ut nos per eum cõderet: Et ut omnia uoluntate Filij substiterunt, quũ antea non essent, ita quoq; ipse uoluntate Dei, quum antea non esset, extitit. Non eñ est Patris proprius & naturalis fœtus Verbũ, sed & ipsum gratia extitit. Addit insuper Deum qui erat, Filium qui non erat, uoluntate fecisse, condidisse ac creasse, & existere uoluisse. Quin & hoc quoq; iactant, non esse Christum naturalem & ueram potentiam Dei: sed sicuti erucæ & bruchi potentiæ omnipotentis Dei appellantur, ita ipsum quoq; appellari potentiam Patris. His adiecerunt, Filio Patrem ineffabilem arcanumq; esse, neq; conspicere neq; cognoscere integrè & exactè Patrem posse. Cum enim exordium essendi habeat, non potest eum, qui exordio essendi caret, cognoscere, sed quod cognoscit & uidet, id iuxta proportionem suæ mensuræ suæq; capacitatis cognoscit & uidet: quemadmodum nos, qui singuli pro uiribus nostris & cognoscimus & uidemus. Etiam illud inter cætera adiunxit, Filium non solum non exactè cognoscere Patrẽ: sed ne suam quidem ipsius substantiam plene cognitam habere. Hæc & huiusmodi quum

diceret Arius, hæreticus declaratus est. Ego certe uel solum inter scribendum, cum & eius impietatum recordarer, uerumq; de religione sensum retinerem, non potui hominem non execrari. Nam & in Nicæno conuentu omnes, quotquot ibi aderant Episcopi, aures suas ad ista uerba obthurauerunt, omnesq; communi suffragio istam hæresim damnauerunt, & anathemate detestati sunt, dicentes esse alienam diuersamq; ab Ecclesiastica Fide. Necq; necessitas ulla censores ad id coegit, sed omnes sponte ueritatē prosequuti sunt. Factumq; est illud ab ijs recte & bono quidem iure. Impietas enim istiusmodi opinionibus introducitur, uel potius præter scripturas, Iudaismus, trahens secum proxime inter cæteros comites gentilitatem, adeo, ut qui ita sentiat, Christianus non debeat appellari, cum omnia ista scripturis sint aduersa, quippe, cum Ioannes dicat, In principio erat Verbum: Isti contrà loquantur, priùs quàm crearetur, non erat. Idem quoq; denuo scripsit, Et sumus in uero eius Filio IESV Christo: hic est uerus Deus & uita æterna: Isti uicissim tãquam eius sententiæ perduelles dicũt, non esse Christum uerum Deum, sed participem ac partiarium ex aliqua portione Deitatis, quemadmodum reliqua alia quæ numina dicuntur. Et Apostolus quidem increpat Ethnicos, quòd res conditas uenerentur, & quòd præterito creatore Deo, creaturis inseruiant. Isti autem quum Christum esse creaturam pronuncient: illi tamen quanquam creaturæ, religionis cultu ceremonijsq; inseruiunt. Quid igitur, quæso, ab Ethnicis differunt? Qui fieri potest, si ita sentiũt, ut non uerba iam è Paulo recitata, eiusq; incusatio ad ipsos
Ioan.10 pertineat? Cum tamen Dominus de seipso loquatur, Ego & Pater unum
Ioan.14 sumus. Et qui uidet me, uidet & Patrem meum, Et Apostolus ab eo in hãc legationem Euangelicam missus ita deprædicet, eum esse iubar gloriæ eius & characterem substantiæ eius: Isti cõtrà, audent separare eum, & alienum à substantia Patris æternitateq; asseuerare, illumq; mutabilem fingere: non animaduertentes quum ista loquantur, quòd eum iam non unum cum Patre, sed unũ cum rebus creatis faciant. Quis enim non uidet, iubar siue proradiationem apud lucem esse, & proprium illius substantiæ, & coexistere,
Ioan.3 & non posterius superuenire? Cæterum, quum Pater dicat, Hic est Filius meus dilectus: scripturæq; asserant hunc esse Patris Verbum, & in eo cœlos firmatos esse, omniaq; per ipsum facta esse: isti tamen nouorum dogmatum figmentorumq; authores, aliud uerbum inducunt, & aliam Sapientiã Patris esse: hunc autem respectu comparationeq; rationalium, quæ uerbis utuntur, uerbum & Sapientiam dictum esse: nec uident quanta inde absurditas nascatur. Si enim propter nos, nobisq; comparatus, per excellentiam Verbum & Sapientia dicitur, quid nam ipse sit, nunquam explicauerint. Si enim Dominum, illa ipsa esse scripturæ pronũciant, illi contrà, Dominũ illa esse inficiantur, certum est illos, eum ne existere quidem uelle, & scripturis aduersos infestosq; sese gerere. Fideles autem, ex ipsa Paterna uoce, ex Angelis qui illum adorant, & ex Sanctis qui de eo scribunt, eius naturam cognoscere possunt. Isti contrà quibus mens impura est, quum nihil tale ex Diuinis Theologisq; uiris audire queant, relegandi mihi uidentur ad Cacodæmones, cum quibus similitudine congruunt, ut saltem ex eorum clamoribus

moribus audiant, non plures esse Filios Dei, sed hūc solum & unicum esse Filium Dei, Tu, inquiebant, es ille Sanctus Dei & Filius Dei. Quin & ille qui hæresim istis suggerit, tētator, inquam, ille in monte, non si & tu quoq; es Filius Dei, quasi plures essent, sed si tu es Filius Dei, loquitur, ut intelligas unum dūtaxat fuisse. Sed mirifici isti uiri, sicuti gentiles, qui ubi delapsi erant ab opinione unius Dei, ad pluralitatem deorum præcipitati sunt: ita & ipsi quoq; non credentes unum esse Patris Verbum, ad multos intelligendos in præceps feruntur: eumq;, qui uere est Deus & uerum Verbum, inficiantur: creaturam autem eum esse in animum inducunt, non animaduertentes quàm plena impietatis sit ista opinio. Nam si creatura est, quomodo ipse aut creaturarum conditor, aut Filius, & Sapientia, & Verbum fuerit? Verbum enim non creatur, sed gignitur: & creatura non filius, sed opus certum est. Quod si creaturæ per eum conditæ sunt, ipseq; creatura est, cuius quæso creatura habenda est? Necessum est enim opera per aliquem fieri, uti per Verbum facta sunt omnia, eo quòd Verbum opus non erat, sed Patris sui Ratio. Ac rursum, Si alia est in Patre sapientia, præter eam sapientiam quæ est ipse Dominus: & si Sapientia in sapientia facta est, & Sapientia est Dei Verbum, sequitur omnino Verbum in Verbo essendi naturam accipere. Iam si Verbum Dei est filius, colligeretur consequio ratiocinandi, Filium in Filio conditum esse. Qua igitur ratione locutus est Dominus: Ego in Patre & Pater in me, Si sit alius in Patre, in quo & ipse Dominus fa *Ioan.14*
ctus est, Aut quomodo Ioannes eo omisso, de isto refert? Omnia per ipsum *Ioan.1*
facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod si omnia quæ uoluntate creata sunt, per eum creata sunt, quomodo is unus creaturarum fuerit? aut quomodo Apostolo dicente, per quem omnia, & propter quem omnia, isti di- *Rom.11*
cere non uerentur, non nos propter illum, sed illum propter nos factum esse? Oportuit enim, si ita se res habebat, eum ad istum modum loqui propter quos factum est Verbum. Nunc aūt non ita, sed propter quem omnia, & per quem omnia, elocutus est: clare ostendens istos hæreticos & sycophantas esse. Alioqui, si audeant dicere, aliud esse in Deo Verbum, postquam claras demonstrationes scripturarum non habent, saltem uel unum illius opus demonstrent, aut quippiam quod Pater egerit seorsum ab hoc nostro Verbo, ut aliquē uideantur habere prætextum coloremq; sui commenti. Veri enim Verbi opera manifesta sunt omnibus, adeo ut proportionabiliter eius uirtutem ex operibus spectes. Vt enim ex contemplatione rerum conditarum, Deum conditorem intelligimus, ita uidentes nihil indispositum in rebus creatis, sed omnia ordine & prouidentia moueri & gubernari, & in suo modulo permanere, animo colligimus, Verbū siue Rationem Dei in omnibus insistere & gubernatorem esse. Iam sacræ scripturæ quoq; testantur, ipsum esse Dei Verbum, & per eum omnia facta esse, & sine ipso factū esse nihil. Illius autē uerbi de quo ipsi mentionem faciunt, neq; dictum neq; factum ullum ab ipsis ostenditur. Nam quum ipse Pater dicit, Hic est Filius meus dilectus, nullum alium sibi Filium esse significat: *Ioan.3*
Ergo secundum istam rationem etiam Manichæis aggregātur præclari isti uiri. Nam & illi quoq; nomine tenus bonum Deū induxerunt, cuius nullū

omnino opus, uel uisibile uel inuisibile ostendere queunt: uerũ interim re uera Deum creatorem cœli & terræ, omniumq; inuisibilium inficiantes, ad fabulas se cõferunt. Idẽ quoq; istis insani iudicij hominibus accidere uideꝝ, quippe, qui ueri Verbi, quod solum in Patre existit, opera uideant, & abne gent: aliudq; sibi uerbum confingant, quod neq; ex factis, neq; ex fama de monstrare possunt: Nisi scilicet compositum aliquem Deum, hominum more nunc uerba loquentem, nunc quæ locutus est, immutãtem, ac rursus ita sentientem cogitantemq; fabulosè intelligant: nihil interim uidentes, in quam stolidam sententiam præcipites eant. Si enim uerba accidentaria ha bet, omnibus modis eum hominem cõstituunt: sin autem uerba ab eo pro ferri, & mox perire existimant, grauiore adhuc impietate laborant, quum ea quæ prodeant ab existente, in non existens resoluãt. Quod si uero Deũ gignere opinantur, melius & magis pium est dicere Deum unius Verbi ge nitorem esse, qui sit plenitudo Diuinitatis eius, & in quo reconditi sint thesauri omnis cognitionis, eumque & esse, unaque cum Patre suo coexi stere, per quem omnia sunt facta, quàm si illum multorum uerborum, quæ nusquam apparent, genitorem esse confirment: aut eum esse compositum, hominumque more patibilem existere, ac de simplici illum multiplicem
1.Cor.1 faciant. Iam quum dicat Apostolus, Christus potentia & Sapientia Dei, isti multis alijs potentijs, eum, ut unum ex illis, adnumerant, & quod teter rimum, crucis alijsq; brutis ad cladem aliorum ab eo immissis, ipsum sce-
Luc.10 leratissimi comparant. Et quum Dominus loquatur, Nemo cognoscit Pa-
Ioan.1 trem nisi Filius: ac rursum, Non, quòd Patrem uiderit quisquam, nisi ille, qui ex Patre est: qui fieri possit, ut isti non ueri perduelliones numinis ha beantur, iactitantes, Patrem à Filio neq; uideri neq; cognosci ad plenum? Si enim Dominus dicit, Quemadmodũ cognoscit me Pater, & ego cogno sco Patrem, neq; ex parte cognoscit Pater Filium, qui igitur fieri potest, ut non insaniant isti nugatores, dum asserunt, ex parte & nõ solidè Filium co gnoscere suum parentem? Denique si principium habet filius existendi, & principium habẽt omnia quæ creata sunt, quid primum inter ista, & à quo initio defluxerunt cætera, mihi indicent: sed nequaquam id poterint dice re, neq; unquam tale principium Verbi ostenderint ueteratores isti: quip-
Ioan.1 pe qui Patris sit uera & genuina Soboles. In Principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Porrò, de eo quod garriunt, Filium non cognoscere suam substãtiam, ocioſum ac superfluum est uerba facere, nisi eatenus ut illorum uesaniam exagites. Nam si ipse sui ipsius cognitione destituitur, qui omnibus intellectum & de Patre & de seipso largitur, quid illos incusat, qui ipsum non cognoscunt? Atqui
Esa.45 scriptum est, inquit Dominus creauit me ab initio uiarum suarum, ad ope ra ipsius: insciti & mente attoniti. Quid? quòd etiam seruus in Scripturis nominatur, & ancillæ filius, & agnus & ouis, & fatigatus esse, & sitibundus fuisse, uapulasse, & passus esse. Sed habent ista occasionem causamque le gitimam. Siquidem continuo in sacris literis proditur, cur homo, & Filius hominis sub seruili schemate factus sit, quod quidem nihil aliud est, quàm humana caro: Verbum enim inquit caro factum est. Quòd si homo factus

est,

est,non par est,quenquam in istis uerbis scãdalizari:hominis proprium est creari,gigni,fingi,fatigari,pati,mori,ex mortuis excitari.Et sicuti,quatenus est Verbum, & Sapientia Patris, omnia habet quæ sunt Patris, æternitatẽ, immutabilitatem,& per omnia & in omnibus eandem similitudinẽ, ut nec prius nec posterius sit,sed cum Patre coexistat, & ipsissima sit forma Paternæ Deitatis,eademq; ratione conditor sit rerũ & non conditus.Cum enim secundum substantiam Patris,Patri sit similis, nullo pacto conditus esse potuerit,sed cõditor permanet,ut ipse quoq; prolocutus est, Pater meus etiã num operatur, & ego operor,ita quoq; homo factus & carnem gestãs, necessario creari fieriq; incepit, & omnia, quæ sunt carnis, subijt: quantumcunq; Iudaici isti caupones uinum aqua misceant, humiliantes Verbũ Verbiq; Deitatẽ,dum eam subijciunt ijs opinionibus,quę de rebus creatis concipiuntur.Istis de causis merito ac summo iure Patres indignati sunt,& anathemate notauerunt impientissimam hæresim:cui hæresi isti male metuentes, ut nimis facile refutabili & prorsus friuolæ, in tenebris eam habent & abstrudunt: Nos quidẽ paucula ista ad uituperationẽ illorum scripsimus. Quòd si quis latiore refutatione uti uelit,reperiet istam hęresim nõ lõgè ab Ethnicis disiunctã, reliquarũ tamen hæreseon postremã & fecẽ. Siquidem cæterę hæreses aut circa corpus Domini eiusq; humanitatẽ,hæ quidem ad istum modum,aliæ rursus ad illum modum mendaces,aberrant:aut eum in corpus descendisse Iudaica existimatione penitus pernegant. Hæc autẽ sola omnium,in ipsam Deitatem impingit, cum Verbum ne semel quidẽ esse permittant,aut Deum Patrem existere. Cæterum,recte cõtra eos hunc Psalmum scriptum esse dixeris, Dixit insipiens in corde suo,non est Deus: corrupti sunt,& abominabiles facti sunt in studijs suis. Verum,inquiunt,ualemus & possumus uafricie propugnare nostrã hæresim. Atqui rectius sese haberet eorũ apologia,si neq; technis, neq; sophismatis gentilibus, sed simplici Fide huic opinioni patrocinarentur.Quapropter si fidunt,beneq; sibi conscij sunt, hanc esse Ecclesiastici dogmatis sententiam, mentem suam liquidò prodant.Nemo enim incensam candelam sub modio,sed super candelabrum ponit ut luceat omnibus introeuntibus. Quòd si igitur eam sese autument posse defendere,scripto promulgent ea quæ uerbis asserunt,omnibusq; suam hæresim ueluti lucernam ostendant, aperteq; accusent Alexandrum beatissimæ memoriæ Episcopum, quasi qui Arium ista dicẽtem cum iniuria eiecerit: incusentq; Nicænum concilium, quòd, ista impietate reiecta,ueram Fidem scripto prodiderint.Sed id eos facturos nõ esse,compertum habeo: non enim usqueadeò rerum suarum figmentorumq; ac sementis malæ,quam aspergere conantur,ignari sunt: quippe,qui probe cognitum habeant,quod quamuis initio simpliciores recenti impostura seducere potuerint,postmodum tamen mentem suam ueluti impiam quandam lucem,eamq; mox extinguendã,seq; ubiq; infames futuros optime præsentiant,utpote ueritatis inimicos atq; aduersarios.Ideo quum omnia stulte faciant,stulteq; loquantur,in ea re tamen,ut filij istius seculi atq; mundi, prudenter faciunt quod occultãt sub modio suam lucernã, ne uideatur lucere, aut ne uisa lucere,condemnatione extinguatur.Siquidẽ & Arius hæreseos

Ioan.5

prin-

princeps,ab Eusebio gregaliũq; Eusebij euocatus ad felicis memoriæ Constantinum Imperatorem,ibiq; iussus ut scripto ederet suã fidem, callide per dolum suppresis suis impietatibus, prælatisq; uti diabolus solet sacrarum literarum simplicibus, uti scripta erant uerbis, formulam suæ fidei conscripsit,deinde ab Augusto interrogatus,nihil'ne aliud in animo haberet,et an uere sentiret quod profiteretur: Dominũ enim periurij uindicẽ futurũ:miser iureiurando respondit se nihil habere præter ea quæ scripto edidisset, neq; dixisse aliter neq; cogitasse, & egressus statim utpote pœnam daturus corruit, atq; ita superiùs medius discrepuit. Omnibus quidem hominibus communis uitæ exitus, mors est, neq; ulli defuncto, tametsi inimico insultandum,cum incertum sit, num ante uesperam ipse quoq; à morte sis apprehendendus. Sed tamen exitus Arij, quia non uulgaris est, operæpreciũ est ut narretur.Cum enim Eusebius cum suis iam minitaretur,se eum in Ecclesiam introducturum: & Alexander Episcopus Constantinopolitanus contra diceret,Ariusq; magnam spem in Eusebij uiolentia minisq; collocaret: quippe, cum iam Sabbatum esset, & postridie se speraret in cõmunionem recipiundum,ac magno certamine laboraretur, illis quidem interminantibus,Alexandro uerò precibus incumbente,Dominus se iudicem,præmiatoremq; contra impios præbuit: nondum enim sol exortus erat,quum necessitas Arium in eum locum detraxit, ubi collapsus est, utraq; re simul & cõmunione & uita spoliatus,ibi fœlicis memoriæ Cõstantinus re statim audita,admiratione cõmouetur, quum uidisset ita hominẽ in periurio & deprehensum & oppressum,Omnibusq; innotuit fractas esse Eusebij minas, Arijq; spem frustra fuisse:simulq; iterum ostensum est à Domino, Arianorum demẽtiam incõmunicabilẽ esse,tum hic,tum in Ecclesia cœlesti. Quis igitur admiratione non capiatur,quum uideat istos ita iniustè contendere pro ijs,quos Dominus reprobauit:ac eam hæresim defendere,quã Dominus Deus incõmunicabilem ostendit,non permittens principem huius factionis in Ecclesiam intrare.Illi tamen, nec quod scriptum est, exhorrescũt: & quod impossibile est,aggrediuntur:Quod enim à Deo constitutum est,
Rom.8 quis dissipabit? & quem Deus condemnauit,quis illum iustificarit? Illi igitur in suis phantasmatibus asserendis scribant, quod libet: uos autem contrà fratres, ut qui gestatis uasa Domini,& ut assertores dogmatũ ueritatis adhortor & cõmoneo, ut sitis exploratores æstimatoresq; istius negocij: Eosq; si alias iam diuersasq; ab Ario uoces usurpẽt, uel ob id potissimum, ut simulatores hypocritasq;,reijcite, quòd uenenum mentis in abdito tenent,uerborumq; lenocinijs ad serpentis similitudinẽ blandi sint. Nã in istis scribẽdis secũ habent eos,qui tum cum Ario reiecti fuere, nimirũ Secundũ Pentapolitem,clericosq; Alexãdriæ repudiatos.Istis Alexãdriæ scribũt,& quod admirere,operã dederũt,ut nos cęteriq;,qui nobiscũ sunt,persecutionibus diuexaremur: quãuis tũ religiosissimus Imperator Cõstantinus curã egerit,ut pacificè in patriã,& ad bonã Ecclesiã deduceremur,et in primis rationẽ cõcordiæ populorũ habuerit,illi tñ hoc effecerũt, ut istis Ecclesiæ traderẽtur,omnibusq; certũ documẽtũ edidere,insidias oẽs in horũ gratiã,& contra me,& contra cæteros institutas esse. Quomodo igitur, quũ talia faciant,

ciãt,in ſcriptis iſtis ſuis ullã fidẽ meruerint? Nam ſi ſynceriter ſcriberent, de leuiſſent utiq; Thaleiam quam Arius cõpoſuit,abieciſſentq; hæreſeos ſtolones & aſſeclas.Iſti enim ſunt diſcipuli & ſocij Arij,tum in impietate, tum in pœna:atq; ideo,quia eos nõ eijciũt,ſatis ſeſe omnibus prodũt,q; ſint prauí ſenſus,etiamſi ſexcenties ſcribãt.Atq; ea de cauſa aduigilandũ eſt,ne amictu literarũ,offuciæ,atq; impoſturæ fiãt,& auehãt nõnullos à pia Fide.Sin cõtrà audacia ex rebus proſperioribus ſumpta, ea quæ ſunt Arij nõ timeãt ſcribere,nihil ſupereſt,niſi ut memores Apoſtolicarũ denũciationũ,magna libertate ijs uerbis utamur, quę ob iſtas hęreſes iam antea Apoſtolus dixit: Scimus q; in ultimis tẽporibus deficiẽt nõnulli à ſana Fide, intẽti auſcultantesq; ſpiritibus erroris,& diſciplinis dæmoniorũ auerſantiũ ueritatẽ:et qui cũq; uolũt uiuere pie in Chriſto IESV,perſecutionẽ patientẽ:mali aũt homines & præſtigiatores in peius proficiẽt,ſeducti & ſeducẽtes.Sed nihil horũ nos perſuaſerit, neq; ſeparauerit à charitate Chriſti, etiamſi hæretici mortẽ interminentẽ:Chriſtiani eẽ ſumus,& non Ariani. Vtinã illi qui iſta ſcripſerũt, non ſaperẽt quæ ſunt Arij . Sed nũc opus eſt iſtiuſmodi uerborũ libertate:Nõ eẽ accepimus ſpiritũ ſeruitutis rurſus ad metũ,ſed ad libertatẽ uocauit nos Dominus.Eſtq; re uera ingens probrũ,ſi Fidẽ quam de Saluatore per Apoſtolos accepimus,eam ob Ariũ, aut eos qui cum Ario ſentiunt, eiusq; cauſam agũt,amittamus . Multi igitur iſtarũ regionum cognita ſcribentiũ uafricie , uſq; ad ſanguinẽ parati ſunt reſiſtere aduerſus illorũ uafricies,idq; præcipue quũ audiunt ueſtrã fortitudinẽ. Cæterum quia edita eſt noſtra contra hæreſim cõfutatio, hæreſisq; illa, ueluti ſerpens è cauernis in lucẽ protracta,& quia apud nos ſeruatur Puerulus ille,quẽ Herodes interficere ſatagebat, uiuitq; itẽ in uobis ipſis ueritas, Fidesq; apud uos ſana eſt ac minime ægrotat, ideo author adhortatorq; ſum, ut geſtãtes in manibus ueſtris Fidẽ Nicææ à patribus traditã, eiusq; cũ magna alacritate fiduciaq; in Dñm,uindices ſpecimẽ exẽplarq; uos omnibus,qui ubiq; ſunt,præbeatis,declaretisq; nũc pro Fide certamen eſſe propoſitũ aduerſus hæreſim, ac nõ unius generis eſſe inimici oppugnationes.Siquidẽ non ſolũ,in idolorũ aris nõ adolere thus,martyrẽ oſtẽdit,ſed & nõ abnegare Fidẽ,luculentũ cõ ſciẽtiæ martyriũ abſoluit:neq; ſolũ qui ſeſe idolis inclinauerũt, cõdẽnantur ut alieni,ſed etiã illi qui prodiderũt ueritatẽ:Iudas eẽ,nõ ob ſacrificiũ ſummotus eſt ab Apoſtolica dignitate,ſed ob proditionẽ:neq; itẽ Hymenæus, & Alexãder,quia auerterãt ſe ad idola,à Chriſto defecerũt,ſed quia circa Fidẽ naufragiũ fecere . Abrahã Patriarcha non morte ad coronã uenit, ſed fide in Deũ,alijq; itẽ Sancti,quorũ mentio eſt apud Paulũ.Gideon,Baruch, Samſon,Iephtha,Dauid,Samuel,ſocijq; illorũ,non effuſo ſanguine cõſummati ſunt, ſed per Fidẽ iuſtificati ſunt, atq; etiamnũ admirationi ſunt , eò q; etiam ad mortem ſuſtinendam pro religione in Dominum parati fuerant. Quod ſi res quoq; noſtri tẽporis cõtemplãdæ ſunt,noſtis, quomodo beatus Alexander , uſq; ad mortem contra hanc hæreſim depugnarit, & quot tribulationes quantosq; labores,quanquã iam ſenex,in decrepita ætate ſuſtinuerit,qui & ipſe ad patres ſuos appoſitus eſt.Quot item alij & quãtis fatigationibus ſe delaſſarunt, dum doctrinas edunt contra hanc impietatem,

Rom.8

&

& gloriam ſuæ in Chriſto confeſſionis tuentur. Igitur & nos, uti in certamẽ de ſumma rerum prouocati, ubi Fides uel abneganda uel retinẽda ſit, eo ſtudio propoſitoq; ſimus, ut & quæ accepimus, retinere uelimus, quum in manibus noſtris ſit monumentum Nicænæ Fidei, & iſtas nouationes repudiare, & docere populos, ne attendant ſpiritibus erroris, & ut penitus refugiãt ab impietate Areomanitarum, & ab ea, quam cum Meletianis inierũt, coniuratione. Qui, quum antea inter ſe contentioſi eſſent, nunc ut Herodes & Pontius in blaſphemias aduerſus Chriſtum conſentiunt. Quapropter merito quis eos exoſos habeat, quòd quum de priuatis rebus inter ſe ſimultates gerant, odio tamen inimicitiaq; cõmuni aduerſus ueritatem conſpirent, & in impietate aduerſus Dominum fœdera cõglutinent, ſeſeq; mutuo amplexentur, ſecuri quiduis & facere & pati, modo id, quod ſemel animo conceperint, tueantur. Melitiani quidem ambitione, ut rebus præſint, tum inſano auaritiæ ſtudio: Ariomanitæ uero ultro ſua ipſorum impietate incitantur, ut huiuſmodi conſpirationibus mutuo inuicem animi ſui prauitatẽ promoueant. Et iſti quidem horum impietatis perſonam induunt: hi uero illorum malitiæ accedunt, & adſtipulantur, ac in cõmune ſcelera ſua, ueluti Babylonis poculum cõmiſcentes, inſidias illis nectunt, qui recte pieq; de Domino noſtro ſentiunt. Erat iam pridem malitia & calumnia Meletianorum omnibus nota: nec impietas Arianorum, Deoq; infeſta hæreſis uſquã obſcura fuit: neq; enim parũ temporis interceſſit. Nam illi, abhinc ante quinquageſimũ quintum annũ ſchiſmatici facti ſunt: iſti uero ante trigeſimum ſextum hæretici declarati, & ab Eccleſia ſummoti, idq; iudicio ſynodi uniuerſalis. Cæterum, ex ijs quæ nunc fecerunt, clara iam in reliquum tempus documenta data ſunt, eos non alia de cauſa, tum contra nos, tũ contra reliquos Epiſcopos orthodoxos, iam ab initio inſidias tetendiſſe, niſi ut impietatis ſuæ hæreſim propagarent. Ecce enim quod olim ſtruebat Euſebius, nunc tandem cõmittitur: Dederunt enim operam, ut Eccleſiæ à nobis abriperentur: Et Epiſcopos unà cum presbyteris, cõmunionem cum ipſis non uſurpantes, prout collibitũ fuit, in exiliũ profligarunt, populosq; qui ipſos auerſabantur, ab Eccleſijs excluſerunt, easq; Arianis ante tot annos cõdem natis, regendas tradidere, ut cõſociata ſecum Meletianorum hypocriſi, tuto poſſint tetra ſuæ impietatis uerba euomere, atq; ita præinſtruant, & cõmuniant (ut arbitrantur) Antichriſto, qui ipſis aſſeminat hæreſim, perditionis uiam. Illi igitur, quaſi ſomnium, iſtiuſmodi fruſtra imaginentur. Nos enim ſcimus, humaniſſimum Imperatorem, ubi rem cognouerit, cohibiturũ eſſe eorum malitias, ipſosq; diuturnos in uita non fore, ſed, ſecundũ quod
Iob 11 ſcriptum eſt: Corda impiorum breui deficiẽt. Nos uero apoſtatis, ijsq; qui conantur furias in domo Domini defigere, amictumq; ſacrarum literarum præ ſe ferunt, reſiſtamus, mortem corporalem nõ expaueſcentes: & prauas iſtorum uias non æmulemur, ueritatisq; rationem in primis habeamus. Nã cum & à nobis, ut omnes nouiſtis, per Euſebium cum ſuis, poſtulatũ eſſet, uel ut ageremus ſuſtineremusq; eandem perſonam impietatis, uel expectaremus eorum inſidias, noluimus illis, ut ſuffragatores, aſſidere, ſed potius illorum inſectationem præoptauimus, q; Iudæ mores imitari. Ergo fecere,

quod

quod ipsis collibitum fuit:& quod minis denunciauerant,opere cõpleuerunt:Ac similes Iezabeli,dolosos sibi Meletianos conciliarunt. Memores igitur ipsi,quomodo sese primum aduersus Beatum martyrem Petrum, ac deinde contra magnum Achillam,postremo contra Beatum Alexandrum gesserint,ut ita aduersus nos quasi præmeditationibus & exercitijs instructi,isti quidem dexterius,quicquid ipsis suggestũ fuerit, quasi histriones agerent:illi uero persequendi mei occidendiq; occasiones solertius aucuparentur:id enim sitiunt,neq; hactenus conquiescere possunt,tanta est auiditas nostri sanguinis effundendi: uerũ eius rei mihi nulla cura. Scio eñ & certum habeo,& præmium ijs qui sustinent, retribuendum esse à Saluatore:Et q̃ uos, ubi sustinueritis, ut Patres uestri, forma iã populis effecti,& subuertentes peregrinã & alienã hanc impiorũ adinuentionem, habebitis quidem gloriã,qua uobis istud ipsum gloriari licebit:Fidem seruauimus:re Iacob. 1
cipietis autem coronam uitæ,quam repromisit Deus diligentibus se,atque utinam mihi contingat unà uobiscum has repromissiones possidere, quæ non solum Paulo sunt addictæ,sed omnibus seruantur qui diligunt aduentum Domini & Saluatoris, & Dei,& Imperatoris IESV Christi,per quem Patri gloria,& potẽtia in Spiritu sancto in omnia secula seculorum: Amẽ.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

contra Arianos, Oratio Secunda.

CAETERAS quidem hæreses transfugas ueritatis, & insana dogmata sibi cõminiscentes,facile agnouerint omnes,ut quarũ impietas iam pridem à nemine non comperta habeatur. Nõ enim in obscuro esse potest, istos istius hæreseos machinatores (ut Beatus Ioannes locutus est) à nobis recessisse, ut qui nec iam sint,nec olim unius nobiscũ aut animi aut sententiæ fuerint,ac proinde dictum esse à Saluatore,Qui nobiscum nõ colligunt,dissipant, ac unà cum diabolo dormientes obseruant,ut aspersо suæ pestilentiæ uenenо,habeant qui secum unà moriantur.Sed tamẽ ista omnium hæreseon ultima,& nũc recèns egressa,anteambulo,& præcursatrix Antichristi,cui nomen est ab Ario,dolosa & uafra,quum uideret sorores suas, cæteras(inq̃) hæreses ætate grandiores,publicè palamq; probrosas haberi, speciem suã dissimulat,& literarum sacrarum uocibus, quasi honesto cultu,induitur,ut pater eius diabolus: ac satagit denuo intrare in paradisum Ecclesiæ, quo sub specie Christianismi nõnullos seducat,ut credibilitate falsarum rationũ persuasi,contra Christum sentiant. Veris enim rationibus nihil est apud illos firmum & stabilitum: Imò quod peius est,iam nõnullos insipientes circumuenerunt,tantoq; errore cõpleuere,ut non solum auribus delirent: sed ad Euæ imitationem oblata degustẽt,& à degustatione cæci, captiq; sensi-

bus,amara,dulcia esse arbitrentur,& abominabilem hæresim,pulchram existiment.Ideo necessarium duxi,maxime,quum eò me uestra adhortatio impelleret,& huius sinuosum pectus hæreseos explicare, & eius uesaniæ graueolentiam ostẽdere,ut,qui procul adhuc agunt,eam defugiant: & qui per eam decepti sunt,resipiscant,ac adapertis cordiũ oculis dignoscãt:ut nec tenebræ,lumen:nec mendacium,ueritas est:ita quoq; Arianam hęresim bonã non esse:& qui Arianos Christianorum titulo insigniunt, plus nimio errare,ut qui declarent se neq; Scripturas legisse,neq; cognitũ ullo modo habere,quid sit Christianismus,aut quæ eius fides.Quid enim in ista hæresi uiderunt,quod simile sit cum pia & religiosa Fide,ut audeant blaterare,quasi nihil ab illis mali dicatur?Eadẽ enim ratione consentaneũ,ut Caipham nominent Christianum:& proditorem Iudam adhuc cõnumerent cum Apostolis:& eos,qui Barrabam pro Saluatore postularũt,dicant nihil mali commisisse:& Alexandrum,& Hymenæum commendent,ut recte sentiẽtes: & Apostolum de ijs mendaciũ dixisse affirment. Cæterũ, quis Christianus talia audire sustinuerit?aut talia dicentem,sanũ esse animo existimarit? Pro Christo enim apud illos,Arius est,ut apud Manichæos,Manichæus:pro Mose item & alijs Sanctis,nescio quis Sotades reperitur,homo etiam apud Ethnicos ridiculus, & filia Herodiadis: huius enim fractos & effœminatos mores,Arius in scribendo repræsentat,& ipse eius liber,Thaleia,hoc est,conuualium nomine inscriptus,istius puellæ saltationem æmulatur, choreas ductitans,& blasphemijs in Christum lusitãs,adeo,ut qui incidant in hęresim, mentis uertigine laborent,sapiantq; ea,quæ non oportet sapere,immutẽtq; nomen Domini glorię,in similitudinem imaginis hominis corruptibilis:& pro Christianis,deinceps Ariani nuncupẽtur,eamq; notam characteremq; referant suæ impietatis: Ne ergo causificationes quærant, neque probroso nomine pulsati,dissimulent sese eos esse, qui sunt: doceantq; Christianos à uocabulis magistrorum suorum nomina sortitos esse,quò seipsos quoque declarent eadem ratione, quum Christiani sint,nomen tamen ab Ario obtinuisse. Cuius si pudore non tenentur,ne quærant eludere: sin pudori est, aut præ confusione abdant sese,aut resiliant à suis impietatibus. Nunquam enim populus ab Episcopis suis,sed à Domino,in quem creditum fuit, nomen accepit. Certe à beatis Apostolis præceptoribus nostris, ministrisq; Euangelij Saluatoris nostri,appellationes adepti non sumus,sed à Christo, Christiani & sumus & nuncupamur:Illi uero,qui aliunde originem suę fidei deducunt, merito authorum suorum cognomenta, ut ad quos pertineant, præ se ferunt. Quapropter, quum omnes à Christo, Christiani & essemus & diceremur, explosus est Marcion inuentor hæreseos: reliqui autem qui cum explosore Marcionis remansere,Christiani titulum retinuerũt: qui uero sequuti sunt Marcionem,non iam inde Christiani, sed Marcionistæ appellati sunt.Ita quoque Valentinus, Basilides, Manichæus, & Simon Magus sectatoribus sua uocabula impertierũt, indeq; factũ ut alij Valentiniani,alij Basilidiani, alij Manichæi, alij Simoniani,alij Cataphryges à Phrygia,alij à Nouato Nouatiani uocitati sunt. Ita Melitius eiectus à Petro & Episcopo,& martyre,suos,qui ipsum sequebantur, nõ Christianos postea,

sed

1.

sed Melitianos denominauit. Eadē iterū ratione beato Alexandro Ariū e-
ijciente,ij qui Alexandro adhæserunt,remanserunt Christiani:illi uero, qui
una cum Ario recesserūt,nomen Saluatoris nostri, Alexandro cum suis re-
linquentes,Ariani deinceps appellati sunt. Quinimo, ecce etiam nunc post
mortē Alexandri,qui eiusdē communionis sunt cum Athanasio Alexandri
successore,& quibus ipse Athanasius cōmunione cōiunctus est, omnes eun
dem pariter characterē habēt,neq; ille suis nomē indit,aut à suis recipit, sed
omnes,ut antea,consueto more Christiani nominant. Nā quamuis magistri
inuicē sibi succedant,nosq; illorum discipuli, ab illis acceperimus quæ sunt
Christianæ fidei,nihil tamē inde obstaculi nascitur,quo minus ob id & titu
lo,& re,Christiani appellemur.Contrà,qui hæreticos sequūtur, tametsi mil
lies mille successores habeāt,omnes tamen nomē eius, qui primus hæresim
adinuenit,referūt. Certe è uita exempto Ario, quū multi ex grege illo, eius
uices successionemq; susciperēt,tamē omnes qui eiusdē cum eo sentētiæ fue
rūt,ex Ario notas suas insigniaq; habentes,Ariani nūcupantur,quod re ue
ra eximiū & admirabile argumentū est. Nam qui etiā nūc ex gentilibus,o-
missa idolorū superstitione,ad Ecclesiā ueniūt,nō catechizantiū, Fideiq; ru
dimēta tradentiū nomina,sed Saluatoris in se transferūt, & pro gentilibus
Christiani incipiūt appellari. Qui uero ex eodē genere ad istos abeunt, aut
ab Ecclesia ad hæresim transitū faciūt,nomē Christi derelinquūt,& Ariano-
rū uocabulo induūtur,quasi qui nō amplius,Fidē Christi retineant, sed A-
rianæ insaniæ gregales habentur. Quomodo igitur Christiani fuerint, qui
non Christiani,sed Ariomanitæ appellant: aut quomodo de numero Eccle
siæ catholicæ habeantur,qui Apostolicā Fidē excusserunt,& nouarum pe-
stiū inuētores se præbent? qui relictis Christi eloquijs, θαλείας Arij, hoc est,
crapulas titulo nouæ sapiētiæ cohonestāt, ac bono iure eum titulū usurpāt:
nouā enim hæresim annunciāt. Quapropter nō sine admiratione est, nusq;
in multis multorū operibus & sermonib.tum in Vetus,tum in Nouū testa-
mētū cōscriptis,inter titulos librorū θαλείας, hoc est crapularū nomē repe-
riri:imo ne apud Ethnicos quidē frugi & temperantes, sed apud istos dun-
taxat,qui istiusmodi res inter pocula ad risum captandum per plausum, io-
cum,lasciuiamq; decantant. At eximius ille Arius quū nihil aut sanctū, aut
graue imitandum desumeret,securus negligensq; istiusmodi probitatis,de-
peculatis aliorū hæresib.æmulum se in ridiculis uni Sotadæ præbuit. Quid
enim aliud congruū illi,qui Christo Saluatori choreis suis insultare uoluit,
q; ut miseras dictiunculas impietatis suæ metris dissolutiorib.& elumbati-
orib.insonaret,ut,quemadmodū Sapiētia loquitur, Ex eloquio uerborum Sap.6
cognoscitur uir, ita quoq; ex illis Sotadicis numeris, animi eius effœmina-
tio & mentis putrilago deprehenditur.Nam tametsi subinde,serpentis mo
re,sursum deorsumq; sese uoluat,nō tamē effugere potuit,ut non caderet in
errorē pharisæorū. Quemadmodū em illi quū legem præuaricare uellent,
legis tamē uerba prætendebāt:& quū eius animi essent,ut expectatū hacte-
nus,& iam præsentē Dominū abnegarent,Deū quidem in ore habebant,i-
psum tamē blasphemare deprehenderētur,quū his uocibus utebantur,Cur Ioan.10
tu,homo quū sis,Deū te facis? & dicis,Ego & Pater unū sumus:Ita quoque

fucatus & Sotadicus Arius ſimulat ſe quidē de Deo loqui, quū interponat uerba Sacrarū literarū, deprehenditur tamen undecunq; atheos, dum Filiū negat, & illū rebus conditis adnumerat. Tale igitur exordiū crapularū Arij & uaniloquentiæ, moribus numerisq; effœminatū inuenias. Ex ſecundum fidem electis Dei, peritis Dei, pueris Sanctis, rectigradis, qui Sanctum Dei Spiritum acceperunt, iſta didici ego, ex ſapientiæ cōſortibus, ab hominib. Dei diſcipulis, per omnia ſapiētibus, horū per ueſtigia cum eadem dogmatum opinione inceſsi, ego ille perinclytus multa paſſus propter meā de deo exiſtimationem: à Deo aūt ſapientiam condidici & cognitionem cognoui. Scommata uero Arij fugienda & plena impietate, quæ in eo libro continentur, ſunt iſta: Non ſemper Deus erat Pater, ſed fuit, quando Deus ſolū erat, & Pater nondum erat. Poſterius aūt factus eſt Pater: non ſemper fuit Filius: ipſumq; Dei Verbū ex nihilo factū eſt. Quū enim omnia ex nō entibus extiterint, & in uniuerſum nihil ſint, niſi creaturæ & opera, reſtat igitur ipſum quoq; Dei Verbū ex non entibus factū eſſe: & fuit, quando non erat: neque erat anteq; fieret, ſed exordium, ut crearetur, etiam ipſum habuit. Erat enim (inquit) ſolum Deus, nec dum erat Verbum & Sapientia: deinde cum uellet Deus nos condere, tūc unū aliquē fecit, quem Verbum, Sapientiā, & Filium nominauit, ut per eius operā nos architectaretur. Minimū certe duas ſapientias ſtatuit, unam quidem propriā & coexiſtentem, cum Deo, & Filiū uerum ex iſta ſapientia ortum traxiſſe, ac tum demū, cum eius ſapientiæ particeps factus eſſet, nomine tenus appellari ſapientiā, & uerbum. Sapientia enim illa huic ſapientiæ initiū præbuit Dei uoluntate, & ita alterum uerbum eſſe dicit in Deo præter Filiū, & hunc illius participem factū, appellari deinde per gratiā Verbū & Filium. Hæc aūt peculiaris iſtius hæreſeos ſententia, quæ etiā alibi in eius ſcriptis deprehenditur, multas eſſe potentias, unamq; eſſe Dei propriā naturā, eamq; æternā. Chriſtū contrà, non ueram potentiam Dei, ſed unam ex uulgo earū quæ potentiæ appellantur, quales ſunt locuſta & eruca, eumq; non ſimpliciter potentiā, ſed potentiam magnam appellari: alias uero multas eſſe, & ſimiles Filio, & Dauidem de ijs mentionē facere, dum inquit: Dominus potētiarū, & ut omnes ex natura ſua, ita quoq; ipſum Verbū mutabilitati obnoxiū eſſe, ac in libero eius arbitrio fuiſſe, quā diu uelit bonum permanere, eiusq; uoluntatē noſtro more mutari potuiſſe, quū fuerit mutabilis natura, eaq; de cauſa, quū Deus præcognoſceret eum bonū futurū, anticipando, illi hanc gloriā dediſſe, quā homo poſtmodū ex uirtute mereretur, & quaſi iam tum opera eius extarēt, quæ prouidebantur à Deo, talē eum iam ſtatim in præſentia uoluit fieri. Idem rurſus auſus eſt dicere, Verbū, Deum uerū non eſſe: Nam quāuis Deus nominetur, nō tamen uerū Deū exiſtere, ſed participatu gratiæ talē fieri, ut reliquos omnes, ſic & ipſum titulotenus deū uocari. Et ut oīa quæ longe diuerſa ſunt, ac nequaq; Deo ſimilia, quantū ad naturā attinet, ita quoq; & Verbū aliud diuerſumq; eſſe ac diſsimile per omnia ſubſtātiæ Patris, eiusq; æternitati: Sed tamen inter creata eorumq; cōparatione propriū id Verbū & unicū exiſtere. Præter iſta autem ueluti ſucceſſor temeritatis diaboli, poſuit in ſuis Bacchanalibus Patrē Filio abditū eſſe, neq; eum ab eo aut uideri aut cognoſci poſſe ad ple-

num

num & exactè,ſed quod cognoſcit & uidet,id intelligit pro menſura ratione & ſuarũ uiriũ,ut nos quoq; intelligimus pro modulo noſtrarũ facultatũ. Nam & Filius(inquit)nõ ſolũ Patrẽ nõ exactè cognoſcit, utpote impotens ad cõprehendendũ,ſed ne ipſe quidẽ Filius ſuã ipſius ſubſtantiã cognitã habet.Rurſum diuiſas & abunitas,diſiunctas & eſſe,alienas itẽ & uiciſsim incõmunicabiles ſubſtãtias Patris & Filij et Spiritus Sãcti,& prorſus(ut ipſe ait) omnibus modis inter ſe diſsimiles ratione ſubſtantiæ & gloriæ uſq; ad infinitũ.Certe,Verbũ dicit,quantum attinet ad ſimilitudinẽ gloriæ & ſubſtantię,aliud diuerſum & eſſe omnino ab utroq; & Patre & Sancto Spiritu.Has uoces impius ille emittit,Filium & ex ſua natura diuiſum eſſe,& minime participẽ Patris aſſeuerat.Hæc ſunt capita fabellarũ,quæ in ridiculo opere Arij inuenias.Quis igitur talibus cantiũculis Thaleiæ,ac iſtiuſmodi rebus auditis,nõ ſummo iure oderit Ariũ,quaſi in ſcena ad iſtum modum de tantis rebus ludentem? Aut quis non deprehendet eũ,dum uidetur Deum nominare,ac de Deo uerba facere,quaſi ſerpentẽ mulieri conſilia dare? Aut quis ſequẽtia perlegẽs,nõ animaduertet illius impietatẽ à tergo ſubſequẽtẽ ipſum, ueluti ſerpentis dolũ,quo muliercula ſeducta fuit? Quis igitur ad iſtas blaſphemias præ ſtupore non ſenſibus alienetur? Cœlũ, ut Propheta loquitur, obſtupuit,terra aũt inhorruit ſuper præuaricatione legis:ſol aũt magis indignabũdus,& nõ ferẽs illas contra cõmunem omniũ Dñm corporales iniurias,quas ſponte pro nobis patiebatur,auerſus eſt,& radios ſuos contraxit, diem & illũ illucem exhibuit.At ſuper Arij blaſphemijs, qui fieri poteſt, ut nõ omne hominũ genus lingua præ ſtupore hæreat? aut non aures obſtruat? & oculos claudat,ne talia loquẽtes audire,aut ſcribẽtes intueri cogatur? ac cur nõ potius Dominus ipſe,ſumo iure contra homines impios, uel qđ uerius eſt, ingratos uociferetur ea,quæ per Prophetã Oſæã prælocutus eſt: Væ illis,quia reſilierunt à me:miſeri ſunt, quia impiè aduerſus me egerunt: oſe.7
Ego aũt redemi eos,ipſi uero contra me oblocuti ſunt mendacia. Ac paulo poſt:Et cõſultarunt mala,& in me mala cogitauerũt, auerſi ſunt ad id quod oſe.7
nihil eſt,auertẽtes ſe à præſenti Dei Verbo:fingẽtes ſibi eũ,qui nõ eſt,ad id quod nihil eſt,reciderũt.Ideo quoq; uniuerſale totius orbis conciliũ, Ariũ iſta loquentẽ eiecit ab Eccleſia,& anathemate execratũ eſt,nõ ferẽs blaſphemias,ex quo in reliquũ tempus Arij error pro hæreſi exiſtimatus,quæ plus mali in ſe haberet,q̃ cæteræ hæreſes,eò q; & perduellis Chriſti, & præambulatrix Antichriſti cognominata ſit:Iam,tametſi imprimis(ut modo dixi) tanta cõtra impiã hęreſim cenſura ſuffecerit ad omnib.perſuadendũ ut eius cõtactũ refugiãt,attamẽ,quia nõnulli,qui Chriſtiani dicunt,per ignorantiã aut per diſsimulationẽ(ut ſuperius dixi)hæreſim iſtã,quantũ ad ueritatẽ attinet,indifferentẽ arbitrant:eos q;,qui eius ſenſum retinẽt, Chriſtianos uocãt:Agite,ſciſcitemur ab illis,ad retegẽdã ſectæ uafriciẽ:nã ita fortaſſe repreſſi & in ſilentiũ ſe dederint, & fugerint ab hæreſi iſta tanq; à facie ſerpentis: Si igit ea de cauſa,q; uoculas aliquot ſacrę ſcripturę in Thaleia ab illis ſcriptas uideãt,arbitrentur blaſphemias benedictiones eſſe, prſus futurũ eſt,ut quũ ludęos noſtri tẽporis uideãt legẽ & Prophetas euoluere,unà cũ ludęis Chriſtũ abnegẽt:forſitan quoq; audiẽtes Manichęos loqui particulas ali-

quot Euangeliorũ inficiabuntur cum illis & legem & Prophetas: Sin autẽ ex ignorantia ita æstuant & garriũt, discant è scripturis excogitatorẽ inuentoremq; hæreseon diabolũ, metu suæ graueolentiæ, scripturarũ uoces usurpare, ut illis obtectus, aspersο ueneno suo simplices decipiat: ita enim Euam decepit, ita etiã alias hæreses confinxit, ita nũc quoq; Ario persuasit, ut quasi sub specie aduersarij contra hæreses loqueretur, quò melius falleret, suam ipsius hæresim subijciens. Verum ne sic quidem ueterator ille latuit: statim enim ex quo se impium erga Dei Verbũ gessit, omnibus excidit, notumq; omnibus factũ est, eum quoq; in cæteris labi, neq; quicq; sanæ mentis præse ferre. Nam quánam ratione uera de Patre diceret, qui Filium negat Patrẽ reuelare? aut quomodo de Spiritu Sancto recte opinaret, qui blasphemus est in Verbum, quod Spiritum suppeditat? aut quis porro crederet de resurrectione illi, qui Dominum negat propter nos primogenitum ex mortuis factum esse? Iam qui fieri potest, ut is qui ignoret genuinam Filij ex Patre & ueram natiuitatem, non plane aberret circa præsentiam eius in carne? ita em̃ & eius temporis Iudæi, Verbum Dei inficiantes, his uerbis, Non habemus regem nisi Cæsarem, omnibus bonis simul spoliati sunt, ac inopes facti sunt lucis, lucernæ, odoris, unguenti, prophetiæ, cognitionis, ipsiusq; adeo ueritatis, imo etiam nunc quoq; nihil intelligentes, quasi in tenebris oberrant. Quis igitur unq; talia audiuit? aut unde, aut à quónã isti adulatores, redemptitijq; ac nummarij hæreseos fautores, quicq; huiusmodi didicerũt, ut eius nomine, tanquam ab eo acceptum sit, sese uenditare possint? Quis author fuit, ut iã dudũ obliterato creaturarum cultu rursus operibus & creaturis inseruiretis? Quod si fateantur nunc se primũ audiuisse, ne inficias eant, alienã & non ex Patribus oriundam esse hanc hæresim. Quod aũt non à Patribus profectum est, sed nuper inuentum, quid de eo aliud existimari debeat, q̃ ilIo. 1. Tim. 4 lud ipsum cuius Paulus mentionẽ fecit: In nouissimis temporibus deficient quidã à recta Fide, adhærẽtes spiritib. erroris, & doctrinis dęmoniorum per hypocrisim falsa loquentiũ, eorumq; quibus conscientia cauteriata est, & auersantur ueritatẽ. Ecce iam nos ex Sacris scripturis fidenter loquimur de religiosa & pia Fide, & quasi candelam super candelabrum collocantes, hæc uerba pronunciamus: Filiũ istũ uerum natura & genuinũ Patris sui propriũ substãtiæ eius fœtũ, sapientiã item, & unigenitũ Verbũ uerũ ac unicũ Dei, non creaturã, non facturã, sed Sobolem propriã substantiæ Patris esse, ac proinde uerũ Deum Patriq; suo uero cõsubstantialem: sed alios, quibus dí-
Psal. 113 ctũ est, Ego dixi dij estis, solũmodo participatu Verbi per Spiritũ sanctum hanc gratiã à Patre obtinuisse. Ipsum aũt characterẽ naturæ Patris, lucem ex luce, Potentiã & Imaginẽ uerã substantię Patris esse. Quod & Dominus his
Ioan. 14 uerbis expresit, Qui me uidit, uidit & Patrem. Semper igitur erat, & nunquã nõ erat, quum enim sit æterni Patris filius, sequitur, ut ipse quoq; æternus fuerit, eiusq; & Verbũ & Sapientia. Quid igit nobis ex ista undecunq; inclyta Thaleia adferũt? Primũ (quæso) recitent illã imitantis scriptoris istius mores, quò saltẽ ab alijs irrisi, discant, quanto lapsu ceciderint, ac iam in posterum definiant, quid sibi illis uerbis Thaleiæ uelint, quũ aiunt, Nõ semper Deũ patrem fuisse, sed postea factũ esse: neq; semper Filiũ fuisse, nõ em̃

erat

erat priusq; fieret, eumq; non ex Patre, sed ex non entibus emersisse: nõ esse propriũ substãtiæ Patris, creaturã em̃ esse, et facturã: illumq; non esse uerum Deũ, sed participatu & ipsum quoq; Deificatũ esse, nõ nouisse exactè Filiũ Patrẽ, neq; Verbũ Patrẽ perfecte cõtemplari, neq; intelligere, neq; cognoscere perfecte Patrẽ suum, nõ esse eum uerũ & unicũ ex Patre Verbum, sed duntaxat titulotenus uerbũ & sapientiã appellari: ex gratia esse quod nominetur Filius & Potentia: nõ esse incõuertibilem ut Pater, sed uertibilẽ creaturarum modo, ac deficere in cõprehendendo ad plenũ, & exacte cognoscendo Patre. Præclara nimirũ hæresis, quæ ne credibilibus quidem rationibus suffulcitur, & imaginatur eũ nõ esse, qui est, & pro bonis plausibilibusq; uocibus, blasphemias in toto cõtextu præ se fert. Si quis igitur utriusq; rebus excussis, quærat, utrius potiùs Fidẽ eligendã putet, aut utrius uerba cõueniẽtiora esse Deo existimet, Quin ipsi loquant̃ impietatis parasiti, an nõ in Deum probe cõpetat, si ad quæstionẽ de Verbo respondeatur, Deus erat Verbũ? inde em̃, si utrunq; proponat̃, intelligi poterit, quid congruum sit dictu, utrũ ne hæc sentẽtia? Semper erat: an illa, Non fuit, anteq; fieret: illum æternũ, an hunc ex aliquo tempore inceptũ, uerũ Deũ esse, an ex participatu & adoptione, & præstãtia præ cæteris creatis: solũmodo esse Verbũ, an ideo quia Patri par sit & coaptandus: dissimilẽ illũ esse quantũ ad substantiam Patris, an similẽ, propriumq; Patris existere: creaturã esse, an creatorem: omnia per eum naturã obtinuisse: ipsumq; esse Patris Verbũ, an aliud ab eo, & istã ab illo alio procreatũ esse, & per aliã sapientiam istum nomine tenus sapientiam, & uerbum, nuncupationẽ suam mutuari, & succedaneũ, & illius primę sapientiæ participatu tinctum esse. Quę nam uerba melius ad rationẽ diuinitatis sonent, & Deum ac Filium Patris Dominũ IESVM Christũ ostendere putentur? eane quæ uos euomuistis? an ea quæ nos ex Sacris literis deprompsimus & allegamus? Nam si Saluator noster uobis neq; Deus, neq; Verbum, neq; Filius est, esto sit uobis liberũ dicere, sicuti & ethnicis, & nostri seculi Iudæis, quicquid libuerit: sin autem Verbum Patris, & Filius uerus existit, & Deus ex Deo, & præ omnibus benedictus in secula, qui (quæso) non æquum sit exterminare & obliterare tum alia uerba, tum Arianorũ Thaleiã, ut exemplar & imaginẽ malorum, & omnigena impietate scatentem, in quam qui inciderit, ignorat gigantes apud eam perire, & in laqueos orci impingere? Et hoc ipsum illos nequaq; latitat, ac proinde uafriter occultant, & suppressis istiusmodi sententijs alia ac diuersissima uocibus sonant. Nam si mentẽ eam uerbis proderent, damnarẽtur: si eam sententiã fouerent, suspicione laborarent, lapidandi ab hominib⁹ sacrarũ literarũ argumentis. Ideoq;, ut filij seculi huius, callide suam (ut sic dicam) lucernã accendẽtes ex oleastro, ueritiq; ne celeriter extinguatur (lux enim impiorũ, ut inquit scriptura, extinguitur), absconsam tenent sub modio hypocrisis, longe alia sonantes, præsidia amicorũ, & terrorem Constantij deprędicant, adeo, ut qui ad eos ingrediunt̃, prę simulatione & iactantia illa prędiorum, nõ uideant Arij sordulẽtiam. Qui igitur ista hæresis non digna fuerit odio? quum illa ꝑ diffidẽtiam, id, ꝙd suũ est, occultim habeat, & clanculũ foueat. Vnde em̃ illis hæ uoces cõportatę sunt? aut à quónã eas acceptas habent, qui nõ uerentur

talia loqui? Nunq̃ certe eas dixerint ab homine ꝓfectas, ad se uenisse. Quis enim est aut grẽcorum aut barbarorũ, qui Deũ quem cõfitetur, unum ex rebus creatis audeat dicere? nec fuisse, anteq̃ conficeretur? Aut quis est, qui quũ Deo suo fidem habeat, loquẽti ad istũ modũ non credat? Hic est Filius meus dilectus, dicatq̃ eum nõ esse Filiũ, sed opus duntaxat. Magnopere enim indignarẽtur omnes aduersus eos, qui ad istũ modũ insanirẽt, Imo nec è scripturis has uoces deprompsere: Id enim ostensum est sæpius ac iã in prẽsentia ostendetur, istiusmodi uoces alienas abhorrentesq̃ esse à Sacris eloquijs. Ergo quum desit, ut in hos authores referant: supereſt, ut eas à Diabolo acceperint, eiusq̃ furijs afflati sint: Solus enim ille taliũ uerborũ seminator. Agite ergo illi resistamus, quoniã nobis cũ illo, idq̃ per istos, est colluctatio, ut auxiliante Domino eo solito suo more cadẽte diabolo, argumentis cõuicti erubescãt, dũ uident, hærere istius zizaniæ asseminatorem, qui in ipsis hanc hæresim superseminauit, ut saltẽ uel sero addiscant, eo quòd Ariani sint, ipsos Christianos nõ esse. Dicitis enim, ac pro dictis uestris sentitis, eo suggerente, Erat, quãdo nõ erat Filius. Ergo primũ, isto amictu cõmenti uestri spoliandi estis. Quid igitur? erat aliquando, quando Filius non erat? ea'ne sunt uestra uerba ô maledici & male pij? Nam si de Patre hoc dicitis, adhuc improbior est uestra maledicẽtia: non enim fas est dicere, eũ aliquando fuisse, aut hoc uerbũ aliquando in eum cõpetere, quũ ille & semper sit, et nunq̃ nõ fuerit, filijq̃, cuius natura essentia est, pater habeatur & existat, ipse interim quoq̃ illa ipsa essentia. Sin aũt dicitis, erat quando non erat Filius, fatua & stulta est huiusmodi responsio: Quomodo eñ ipse erat, & ipse nõ erat? Quocirca hæsitantibus illis, destitutisq̃ omni ratione respondendi, necessum, ut nos pro ijs id ipsum eloquamur. Erat aliquando tẽpus, quã do Verbũ non erat: id enim phrasis loquẽdi præ se fert: & illud ipsum, aduerbiũ aliquando, nobis significat: & quod scriptis protulistis, Non erat Filius, anteq̃ fieret, plane idem est, cum hoc dicto uestro: fuit, quando nõ erat Filius: nam & id quoq̃ tempus fuisse ante Filium significat. Vnde igitur uobis ista cõparastis? cur & uos, ueluti gentes, infremuistis, & meditati estis inania uerbula contra Dominũ & cõtra Christum eius? Nusq̃ enim Sacra scriptura tale quid de Domino locuta est, sed potius sempiterne eum, æternaliterq̃
Ioan.1 cum Patre coexistere pronunciat, dum dicit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et in Apocalypsi hæc di-
Apocal.11 cit: Qui est, & qui erat, & qui uenturus est: huic autem sententiæ, Qui est, & qui erat, quis nam adimeret æternitatem? Istiusmodi quoq̃ uerbis & Pau-
Rom.9 lus ad Romanos scribens, Iudæos redarguit: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus Deus in secula. Ethnicos uero pudefaciens dixit: Inuisibilia eius per creationem mundi operibus intellecta perspiciuntur, simulq̃ cum ijs ꝑterna eius potentia ac Diuinitas in cognitionem uenit. Eum autem esse Dei potentiam, Paulus ostendit, cum dicit: Christus Dei potentia, & Dei Sapiẽtia. Nõ enim fieri potest, ut Patrẽ his uerbis uideat innuere, ut aliqñ inter uos cõsusurratũ audio, Patrem scilicet esse sui ipsius ꝑternã potentiã, uerũ id ita nõ est: Nõ enim dictũ est ab Apostolo, Ipse Deus est illa potentia, sed eius est potẽtia. Clarũ est omnib. id qd'

alicuius

alicuius est,nõ esse hoc ipsum qđ is est,cuius est: sed tamẽ ab eo nequaquã externũ,sed potius propriũ eius & suum:Perlegite ipsam consequentiã uerborũ,& uidebitis ad Filiũ pertinere,q̃d ibi innuitur. De creatione eñ mentionẽ faciẽs,cõsequenter scribit de creatoris in creãdo potẽtia,quæ est Verbũ Dei,per q̃d omnia facta sunt.Si igitur natura rerũ sufficit ex se sola citra Filiũ,Deũ notũ reddere:uidete ne ruatis,dum arbitramini etiã citra Filiũ rerum naturã conditã esse.Sin uero per Filiũ omnia sunt facta, & in eo omnia cõsistũt,necessario fit,ut qui rerũ naturã recte speculẽtur, speculẽtur quoq; Rationẽ siue Verbũ Dei,authorẽ conditoremq; naturæ,atq; iam inde incipiũt Patrẽ cognoscere.Sin uero secundũ Saluatorẽ nostrum, nullus cognoscit Patrẽ,nisi Filius,& cui Filius reuelauerit,Philippoq; dicẽti, Ostende nobis Patrẽ,responsum sit,nõ intueamini rerũ naturã,sed qui me uidit,uidit & Patrẽ meũ.Iure igitur Paulus incusat Græcos,q; congruentiã inter se partium ordinemq; rerũ naturæ cõtemplantes, nihil cogitauerint de naturæ Ratione siue Verbo.Res eñ conditæ,conditorẽ ostendunt,ut per eum uerum Deũ intelligant,& cultũ omittãt,admirationẽq; creaturarũ: additumq; est ab eodem Paulo,Æterna quoq; eius potẽtia & Diuinitas,ut Filiũ significaret.Cæterũ,quũ ita loquũtur Sancti, ille qui est ante secula, & per quẽ fecit secula,nihilominus sempiternitatẽ Filij,eiusq; æternitatẽ deprædicant, quibus uerbis etiã ipsum esse Deũ ostendunt. Esaias certe dicit, Deus æternus qui cõstruxit extrema terrarum.Susanna q̃q; locuta, Deus æterne. Baruch itẽ:Iam iam clamabo ad æternũ Deum,in diebus meis:ac paulò pòst subdit, Ego spẽ habui in æterno Saluatore nostro, & uenit mihi gaudiũ à Sancto. Apostolus itidẽ ad Hebræos:Qui est splẽdor gloriæ, & character substantiæ eius.Et Dauid in Psalmo 89.Et sit splendor Dñi Dei nostri super nos,et in lumine tuo uidebimus lumẽ,Quis ita est stolidus,ut in ambiguo illi sit,Filium æternaliter esse:ubi quis lucẽ sine radijs splẽdoris uidit?ut tum quoq; de Filio dicat:Fuit aliquãdo,quando nõ erat: uel anteq; fieret,non erat. Iam illud quod dicitur 140.Psalmo,Regnum tuũ,regnum omniũ seculorum,nõ permittit ullã uel qualemcũq; intercapedinẽ tẽporis intelligi, in qua re non extiterit Verbũ.Si eñ omne spaciũ mensura seculorũ colligitur, omniũ autẽ seculorũ rex est & conditor Verbũ,necessum est,nullũ fuisse quantulumcunq; ante eum spacium,ut furiosum sit dictu:Erat aliquãdo,quãdo nõ erat æternus ille:aut ex nõ entibus esse Filiũ, quũ ipse Dominus loquatur, Ego sum ueritas,& nõ dicat,ego factus sum ueritas:sed ego sum , nõ factus sum, ut etiam alibi:Ego sum pastor,ego sum lumen:ac rursum, Vos dicitis Domine & præceptor,& recte dicitis,sum etenim.Quis(quæso)tale dictũ à Deo audiens,& Sapientiam Verbumq; Patris hæc de se ipso loqui auscultans, ulterius dubitarit de ueritate?ac non statim crediderit in hoc uerbo,sum, æternitatem filij,eiusq; ante omnes ætates naturam,nullo principio inchoatam significari.Quòd igitur æternitatẽ,existentiãq; ante secula,nullo principio initiatã Sacræ scripturæ de Filio edoceãt,ex superioribus dictis manifestò colligitur:q; aũt ea quæ Ariani sonãt,dum aiunt,Nõ erat,anteq; erat, & aliquãdo erat,Scripturas illa ipsa de creaturis loquí:hæc quæ mox subijciã, satis superq; indicabunt.Moses in Genesi ait,Et omnem uirorẽ agri, anteq; nascere-

Ioan.14

Bar.4

Bar.4

Heb.1

Ioan.14

Ioan.10

Ioan.17.

naſceretur in terra,& omne fœnũ agri priuſq; oriretur:nõ enim pluerat Deus ſuper terrã.Et in Deuteronomio, quum diuideret Altiſsimus nationes,
Ioan.14 Dominus aũt per ſe ipſum loquitur:Si diligeretis me,gauderetis utiq;,quia uado ad Patrẽ,quoniã Pater maior me eſt, & nũc dixi uobis priuſq; fiat, ut quũ factũ fuerit,credatis.De rebus itẽ creatis per Solomonẽ mentionem facit,anteq; terrã faceret, & anteq; abyſſos conderet, anteq; fontes aquarum prodirent,priuſq; montes collocarentur,anteq; ulli colles fierent, & anteq;
Hierem.1 Abraham fieret,ego ſum.De Hieremia quoq; ad iſtũ modũ loquitur: An-
Pſal.89 teq; formarẽ te in utero,noui te.Dauid itidẽ:Domine refugiũ factus es nobis in generationẽ,& generationẽ,anteq; montes fierent,& formaretur tellus,& orbis habitabilis,& à ſeculo in ſeculũ tu es.Et in Daniele Suſanna ma
Dan.13 gna uoce exclamauit,dicens: Deus æterne arcanorum cognitor, qui noſti omnia,anteq; fiant.Igitur illud,nõ erat:& illud, priuſq; fieret:& illud, quando,& quotquot iſtiuſmodi dictiũculæ de rebus creatis & conditis, quæ ex nihilo prouenerãt,congruè uſurpantur,alienè cõtrà incõgrueq; de Verbo prædicantur.Quòd ſi iſta de rebus creatis,illa aũt ſemper ſcripturæ de Verbo perſonant,non igitur(ô perduelles Dei)ex non entibus factus eſt Filius, aut ulla ratione unus ex rebus creatis,ſed Patris Imago eſt,& æternum Verbum non aliquando non exiſtens,ſed ſemper exiſtens,ut æternæ lucis æterna proradiatio ſiue ſplendor.Cur igitur tẽpora ante Filiũ imaginamini? aut cur poſt tẽpora Verbũ blaſphematis incepiſſe, per quẽ ipſa ſecula ortũ ſuũ accepere:aut quonam modo tempus & ſeculũ extitere,nondũ prodito, exortoq; ſecundũ ueſtram ſententiã uerbo,per quem omnia facta ſunt,& ſine quo factũ eſt nihil? aut cur,ſi tẽpora innuitis, nõ aperte dicitis, erat tempus, quando non erat Verbũ,ſed uocabulũ quidẽ temporis ſupprimitis, ad deceptionẽ ſimpliciorũ:ſenſum uero & mentẽ ueſtrã non occultatis,nec occultãdo latere poteſtis:interualla etenim tẽporis innuitis his uerbis: Fuit,quando nõ erat:& nõ erat,anteq; fieret.Hac ratiocinatione collecta,ad maiorem impudentiã pergunt:Si inquiũt,nõ fuit,quando nõ erat,ſed ab æterno fuit, unaq; cum Patre exiſtebat,non eum iã Filiũ Patris ſui,ſed fratrẽ debere dici. O ſtolidos & contentioſos,ſiquidem illum duntaxat coexiſtere ęternaliter diceremus,nec additum eſſet eum & Filium eſſe,credibilis uideretur eorum ſimulatitia obſeruatio.Quod ſi eum æternum profitemur,& Filium ex Patre,quomodo is qui genitus eſt,genitoris frater eſſe poterit? & ſi in Patrem & Filium noſtra Fides eſt,quæ iſtic fraternitas exiſtit? aut quomodo Ratio ſiue Verbum,eius frater haberi poterit,cuius eſt Verbum? Nõ hanc cõtradictionem per inſcitiam faciunt. Vident enim & ipſi ueritatem, ſed Iudaica eorum hominum calumnia,qui uolunt(ut inquit Solomon)à ueritate deficere,uti ſtatuerunt.Non enim ex aliquo principio præexiſtente Pater & Filius procreati ſunt,ut fratres exiſtimari queant,ſed Pater principium Filij & genitor eſt:& Pater, Pater eſt,neque ullius Filius fuit:& Filius, Filius eſt, & non frater.Quòd ſi id quod genitum eſt ex Patre,æternum dicitis, recte dicitis:non enim Patris ſubſtantia unquàm imperfecta fuit, ita ut eius æternitas ipſi ſuperueniat,neque ut homo ex homine genitus eſt Filius, ut Patri ratione exiſtendi ſit poſterior, ſed Dei proles eſt, & ut Dei ſemper exiſtentis

proprius

proprius Filius, idemq; sempiternus. Hominibus enim proprium est in tempore gignere, ob imperfectitudinem ipsorum naturæ, Dei contrà Soboles æterna est ob æternitatem naturæ. Si igitur Filius non est, sed opus aliquod quod prodijt ex rebus non existentibus, id ante omnia ab illis ostẽdi oportet: ac tum demum ubi ostenderint, quantum libeat, pro suo ipsorum phantasmate garriant. Fuit, quando non erat. Nam quæ facta sunt, quum non essent, fieri inceperunt. Quòd si autem Filius est: id enim Pater dicit, & Scripturæ clamant, etsi Filius nihil aliud est, nisi hoc ipsum, quod è Patre genitum est: & quod genitum est ex Deo, Verbum eius, & Sapientia, & iubar est, quid opus est uerbis, aut cur dicitis Fuit, quando nõ erat Filius, quasi plagiarij, Deum Verbo suo spoliatis, & manifesto aduersus eũ loquimini, quasi fuerit aliquando Deus, sine sua Ratione, sine sua Sapientia: & lucem splendore caruisse, & fontem ueluti sterilem exaruisse. Nam tametsi nomen temporis metu opprobrij uideantur subterfugere, eumq; dicant ante tempora fuisse, tamen quia spacia aliqua dant, in quibus eum non fuisse commiscuntur, nihilo tamen minus tempora innuunt, & ita de Deo absurda statuentes, mirum in modum sese impios præbent. Nunc autem quãquam nomen Filij agnoscunt, ne palam ab omnibus uituperentur, tamen Sobolem substantiæ Patris negant, quasi id fieri nequeat nisi intelligantur partes & diuisiones intercedere, cum tamen denuo aiunt, non esse uerum Filium, nec nisi nomine tenus eũ filium esse posse. Quomodo uero fieri potest, ut ij non mirifice labantur, qui de incorporeo, corporea cogitant: & ob imbecillitatem suæ naturæ, adimunt Filio proprietatem Paternæ substantiæ. Superest igitur quum non intelligãt, qua ratione sit Deus, aut qualis sit Pater, ipsum etiam Patrem inficientur, quandoquidem generationem Patris stulti ex se metiuntur. Cæterum, istos ad istum modum affectos, persuasosq; non posse esse Filium Dei, æquum est quidem, ut misericordia prosequamur, consentaneum tamen, ut scisciteмur, & rationibus conuincamus, forsitan uel eo modo ad sensum aliquem perduci poterint: Si pro uestra sententia ex non entibus factus est Filius, neq; erat antequàm fieret, omnino sequitur, ut ex participatu essentiæ, nomen Filij, Dei, & Sapientiæ assecutus sit: ita enim in reliquis fit, quæ sanctificata glorificantur: cuius ergo rei particeps sit, à uobis explicandum est. Reliqua enim alia Spiritus communionem recipiunt: Filius autem pro uestra opinione, cuius, quæso, rei participatum sentit? Spiritus ne? sed Spiritus à Filio potiùs accipit, ut ipse de se testatur: & absurdum est dictu, istum ab illo sanctificari. Patris igitur participatu id fit, id enim reliquum est, & necessarium est dictu. Sed quid nam illud est, aut unde proficiscitur? si enim extraneum quiddam, & seorsum à Patre intelligitis, participationem Patris habere non poterit, sed rei extraneę, atq; ita ne secũdus quidem à Patre erit, quum ante Patrem illud extraneum ordine præcedat, neq; iam inde fuerit eius Filius, sed extranei illius, cuius participatu Filius est dictus. Quòd si hoc absurdum & impium est, præsertim quum Pater dicat: Hic est Filius meus dilectus: Filius quoque itidem loquatur, Patrem suum omnipotentem Deum esse: liquidum & manifestum est, non ex rebus extraneis, sed ex substãtia Patris esse, quod in participatum ueniat. Id si rursum

Ioan. 3

rursum aliud fuerit præter substantiam Filij, eandem absurditatem pariet, quum medium aliquod inueniatur inter essentiã Patris & Filij, qualecunq; illud sit. Istiusmodi igitur absurdis præter ueritatem emergentibus, necessum est, ut id quod integre & solide ex substantia Patris editum est, id eius esse proprium Filium. Nam integrè & solidè impertiri Patrem, id idem est ac si dicas, ex Patre gigni: Iam genitum esse, quid aliud significat, q̃ Filij naturam? Filij autem participatum sentiũt omnia, ex eius per Spiritum gratia. Atq; inde clarum ac euidens fuerit, Filium nullius rei extraneæ, diuersæq; à Patre participatu imbui ac tingi, sed id ipsum, quod ex Patris participatu existit, Filium esse, ac proinde ij, qui Filij participes fiunt, etiam Dei partici-
2.Pet.1 pes fieri dicuntur, & hoc est quod Petrus dixit: ut Diuinæ naturæ efficiami
2.Cor.3 ni communicatores: ita quoq; à Paulo dictum est, Non scitis, q̃ Dei templũ estis: &, Nos enim templum sumus Dei uiuentis, & ipsum Filium intuẽtes, intuemur & Patrem. Nam intellectus de Filio & comprehensio, cognitio est Patris, eò q̃ ille proprium sit eius substantiæ germen, Sicuti nemo uestrum dixerit, participationem esse passionem aut diuisionem substantiæ Deitatis, quum demonstratum sit & pro confesso habeatur, Deum suæ deitatis participem reddere, & gignere idem esse: ita quoq; id quod genitum est, non est accidens aut quiddam diuisum ex Diuina substantia. Quapropter non incredibile est, Deum habere Filium suæ naturæ, non ergo ullum accidens aut diuisionem substantiæ Diuinæ indicamus, cum dicimus eum Filium & germen, sed potius genuinum & uerum unigenitum Dei intelligimus, & credimus: Re igitur ad istam rationem demonstrata, genimen Patris Filium esse, nihil amplius dubij relinquitur, sed omnia sunt clara, eundẽ esse Sapientiam & Verbum Patris, in quo, & per quem condit & facit omnia: & hoc ipsum esse eius splendorem siue iubar, in quo omnia illuminat, & reuelatur quibus uult: eundem rursus esse characterem eius, & imaginem in quo spectatur & cognoscitur. Quapropter & ipse & Pater unum sunt. Nam
Ioan.14 qui hunc uidet, uidet & Patrem: is ipse est Christus, in quo omnia in libertatem asserta sunt, & qui nouam creaturam operatus est. Iam quum Filius istiusmodi sit, non congruum est, imò ualde periculosum dictu, eum ex nonentibus opus quoddam esse: aut eum non fuisse priusquàm fieret. Qui enim de proprietate substantiæ Patris ita loquitur, iam in ipsum Patrem sua blasphemia euehitur, quum talia de eo sentiat, qualia de eius Prole, concepta inani phantasmate, ementitur. Est igitur uel hoc unum sufficiens, ad subuertendã Arianam hæresim, ueruntamen etiam uel hinc deprehenderis istius hæreseos absurditatem. Si Deus factor & conditor rerum est, Per Filium autem opera sua condit, nec posses uidere ea aliter fieri, quàm per Verbum, siue Rationem, qui (quæso) non blasphemum, Deum creatorem agnoscere, & eius Rationem opificem rerum, eiusq; Sapientiã aliquando non fuisse asserere? quod tantundem est, ac si dixeris, Deum non esse conditorem, quum non habeat ex se opifex Verbum siue architectatricem Rationem, sed aliunde eam mutuo sumat, eamq; proinde externam, & dissimilem suæ substantiæ, in qua omnia creauerit & architectatus sit. Quin iam dicant nobis, uel potius ipsi ex istis rebus animaduertant impietatem suam dum aiunt: fuit,

quando

quando non erat & non erat antequam fieret. Si enim Patri non æterna est sua Sapientia siue Verbum, sequitur ut Trinitas æterna nõ fuerit. Sed principio non nisi unitas fuit, secũdum eos, postea uero ex additamento superuentuq; nouarum personarum, Trinitas effecta est, ac temporis circa illas progressu increuit & coaluit Diuinæ Rationis cognitio. Rursum, si non est Filius proprium substantiæ Patris germen, sed ex non entibus emersit, ex non entibus quoque conflata est Trinitas, ipsaq; aliquando non integra, aliquando autem plena fuit: non integra quidem, quum nondum esset Filius: plena autem, quum Filius esse incepisset, quo concesso, sequitur ut fas uideatur esse, id quod creatum est, cum creatore connumerari: & quod aliquando non erat, cum eo qui semper fuit, in Diuinitatis rationem admitti & conglorificari. Et quod grauius est, inæqualis sibi ipsi Trinitas inuenietur, quippe, quæ externis & alienis naturis coalita sit. Id non aliud dictu est, quàm creatã esse Trinitatis constitutionem. Quale igitur illud numen est, quod simile sibi non est, sed temporum additamentis ad integritatem peruenit, & aliquando non ita est, aliquando hoc genere existẽdi incipit esse? Verisimile est enim, illud iterum atque iterum recepturum esse in sese additamentum, idq; in infinitum, utpote, quod semel circa initium ex additamentis sui constitutionem acceperit. Neq; id quoq; in dubio relinqui potest, quin possibile sit illud quoq; aliquando diminui posse: quæ enim additamentis crescunt, ea quoq; detrectationibus diminui posse, certum est. Cæterum, id nequaquam ita se habet, absit, non enim creatitia res est Trinitas, sed æterna, atq; una Deitas in Trinitate, unaq; Maiestas sanctæ Trinitatis, tametsi eam in diuersas alienasque naturas rescindere audetis, quippe, qui, quum Pater æternus sit, de eius tamen Verbo ipsi coassidente, pronunciatis fuisse quando non erat, quumq; Filius consors sit eiusdem soliꝰ cum Patre, illum tamen summo studio quàm longissime à Patre segregatis. Et cum Trinitas conditrix sit & rerum opifex, eam tamen non timetis è sublimi detrahere ad ea, quæ ex nihilo emerserunt: neq; pudori uobis est, mancipia exæquare nobilitati Trinitatis, & regem Dominum Sabaoth, cum subiectis in ordinem redigere. Desinite permiscere impermixtibilia, uel potius ea quæ non sunt, cum eo qui est: fieri enim nequit, ut qui ista loquãtur, gloriam ferant & honorem Domino, sed ignominiam & contumeliam: quum is qui ignominiosè tractet Filium, ignominiosè tractet & Patrem. Si enim nunc in Trinitate numen perfectum est, idemq; & solum & uerum numen, idq; rectum à Fide subnixum est, oportuit eam ita semper fuisse: aut si id perpetuo non fuit, ne nũc quidem ita esse, sed eo modo sese habere, quo ab initio à uobis fingitur sese habuisse, ut ne nunc quidem Trinitas sit. Sed nemo Christianorum istiusmodi hæreticos unquam sustinuerit. Ea enim peculiaria sunt ethnicorum, ut creatam introducant Trinitatem, eamq; rebus creatis adæquent: rerum enim creatarum est, defectus & augmenta accipere, Christianorum contrà Fides, immutabilem, perfectam, & semper unius conditionis, beatam illam Trinitatem agnoscit, neq; unquam plus Trinitati apponit, neq; illam ulla ex parte diminutã fuisse arbitratur: utrumq; horum impium censendum est. Ideoq; eam rebus creatis misceri non posse,

certum habetur, eiusq; Diuinitatis unitatē integram sine diuisione adorat, fugitq; Arianorū blasphemias, confitetur aūt & certo illi persuasum est, Filiū semper extitisse. Est enim æternus, ut & ipse Pater, cuius etiam Verbum æternū est. Nam & id quoq; rursum uideamus, an Deus fons sapientiæ & uitæ appelletur, quemadmodū per Hieremiā loquitur, Me dereliquerunt, fontem aquæ uiuæ. Atq; iterum: Thronus gloriæ excelsus, sanctificatio nostra, expectatio Israelis Domine, omnes derelinquētes te cōfundentur: & qui defecerint, in terra scribantur, eò quòd dereliquerint Dominū fontem uitæ. In Baruch item: Relinquebatis fontem uitæ Dominū, & relinquebatis fontem sapientiæ. Consentaneū igitur fuerit, uitam & sapientiam non habere alienam à fonte suo conditionem, sed eas æternas esse, neq; unquā inexistentes fuisse, sed à sempiterno subsistere. Quæ quidē res est ipse Filius, qui dicit, Ego sum uita, & ego Sapientia, habitans in consilio. Qui igitur non nefaria loquatur, quum ait, fuit, quando nō erat filius? Siquidem hoc idem est dictu, fuit, quando ipse fons aridus erat, sine sapientia ac uita: quod autē tale est, fons esse non poterit. Quod etenim ex se scatebras non gignit, fons appellari minime debet. Proh, quanta absurditas in isto sermone, quando-quidem quum Deus ipse promittat, eos qui ipsius uoluntatē faciunt, quasi fontes futuros esse, cui nunquā aqua defecerit, dum dicit per Esaiam: Et adimpleberis quēadmodū desiderat anima tua, & ossa tua impinguabūtur, futuraq; sunt ueluti hortus ebrius, & sicut fons, qui nō destituit aqua: Isti contrà, Deū sapientiæ fontē & re & nomine, sterilē aut destitutū fuisse aliquando sua sapiētia, calumnijs non uerentur diffamare, sed uanum hoc falsumq; quod dicūt, quū ipsa ueritas attestetur, Deū æternum perennemq; fontem esse suæ sapientiæ. Æternus autē quum fons sit, necessum est, & Sapiētiam æternam esse: in ea enim omnia sunt facta, ut à Dauide cantatū est: Omnia in Sapientia fecisti: nec aliter Solomon, Deus sapientia fundauit terrā, expediuit cœlos in prudētia. Sapientia ista Verbū est, & per illud (ut Ioannes inquit) facta sunt omnia, & sine eo factum est nihil, & idem Verbū illud est ipse Christus. Vnus enim Deus pater, ex quo omnia, & nos in eo, & unus Dñs IESVS Christus, per quē omnia, & nos per eū. Si ergo omnia per eū, ipse in grege ordineq; aliorū cōnumerari nō debet. Qui em̄ non audet dicere eū, per quem omnia, unū omniū Deum esse, consequitur etiam, ut unigenā filiū propriū existētē patris substātiæ, aliū esse ab omnibus dicat. Iā si ille unus nō est è reliquorū cœtu, nefarie de eo dicit, fuit qñ nō erat: & non erat, antequā fieret. Siquidē istiusmodi uoces in rebus conditis cōgruentiā suam habent, quū contrà Filius talis sit, qualis est Pater, cuius substantiæ est propriū germen, nimirū Verbum & Sapientia: id enim propriū Filio erga Patrē, & hoc ipsum ostendit Patrē propriū esse Patrē Filij, adeo, ut non liceat Patrem unquam fuisse sine Ratione siue Verbo, neq; Verbum unquā sine ea substantia, qua existit: alioqui, cur Filius, nisi ex Patre sit, aut cur Verbum & Sapientia, nisi semper sit, ac proprium quiddam ipsius. Quando igitur Deus sine eo quod illi proprium est, fuit? aut qua ratione quispiam de proprio, quasi de externo & alieno mentionē faciet? Reliqua enim omnia, ut quæ facta sint, nihil simile habent ratione substantiæ cum suo creatore,

Hier.2
Hier.2
Baruch 3
Esa.26
Psal.103
Sap.8
Ioan.1

sed

sed extra eum sunt, gratia & uoluntate per Verbum eius condita, adeo, ut rursus possint desinere, ubi ille qui fecit, uoluerit. Huiusmodi enim naturæ sunt ea quæ condita sunt: è diuerso, quod proprium est substantiæ Patris, id iam in confesso est, esse ipsum Filium. Qui igitur (quæso) non audax & impium dictum, eum emersisse ex non entibus, ac non extitisse, priusquam fieret, sed postea in rerum naturã superuenisse, rursumq; non existere posse? Quod si quis secum cogitet, & rationes quærat quomodo fieri possit, ut perfectitudo & plenitudo substãtiæ Patris diminutionem capiat, statim sentiet absurditatem hæreseos, & potissimum, si ei in mentem ueniat, Filiũ esse Imaginem, & Splẽdorem, & Formam, & Veritatem Patris sui. Nam si eo ipso, quo lux est, fieri non potest, quin statim sit splendor, qui eius imago est: & eo ipso quo hypostasis est, fieri nõ potest, quin sit eius integra forma, & eo ipso quo Pater est, fieri non potest, quin ibi quoq; una sit & eius ueritas: Videant isti qui imaginem & speciem Deitatis tempore metiũtur, in quantum impietatis barathrum prolabuntur. Si enim nõ fuit Filius priusquam fieret, non fuit semper in Deo ueritas, sed id nefas est dictu: siquidẽ patre existente existebat semper in eo ueritas, quæ Filius est, qui dicit: Ego sum ueritas: & substantia Patris existẽte, omnino statim oportuit & characterem & imaginẽ sui ipsius existere: Non enim extrinsecus depicta est imago Dei, sed Deus ipse eius imaginis genitor est, in qua seipsum contuendo exhilaratur: ut ipse Filius dicit, Ego eram in quo gaudebat. Quando igitur seipsum non contuetur Pater in sua ipsius imagine? aut quando inde non exhilaratur, ut quis audeat asserere, ex nihilo eius imaginem ortum traxisse, & non exhilaratum fuisse Patrem, antequam imago eius fieret? Quomodo uero factor & conditor seipsum uidere potuit in facta & cõdita substantia? Oportet enim talem esse imaginem, qualis est Pater, imaginis author. Age igitur, uideamus ea quæ sunt Patris, ut & imaginem dijudicemus, an uere sit Patris. Æternus est Pater, immortalis, potens, lux, rex, Imperator, Deus, Dominus, conditor, & factor: Ea omnia inesse oportet in ipsius Imagine, ut re uera qui Filium uidet, Patrem uideat. Quòd si non ita est, sed, ut Ariani sentiunt, factitius est & non æternus Filius, fieri non potest, ut sit uera imago Patris, nisi iam quod reliquum est, absterso uerecundia arguentur, nihil ijs uerbis, quibus imago Patris nominatur, indicari, quo intelligas eum consimilis substantiæ cum patre esse, sed nomen tantummodo obtinere. Sed heus Christi oppugnatores, hoc nunquam fuerit imago aut character & expressio Patris. Quæ enim congruentia eorum, quæ ex nõ entibus creata sunt, cum illo qui creauit non entia, ut entia essent? aut quomodo ei, qui est, id quod non est, & deficit, ut aliquando non sit, & quod inter res creatas suum cẽsum & ordinem habet, simile esse poterit? Vnum ex horum numero quum Filium cupiant esse Ariani, istiusmodi cauillationes instituerunt. Si enim (inquiunt) genitum quiddam ex Patre est Filius, & imago eius, similisq; ei per omnia, debet omnino quemadmodum ipse est genitus, ita quoq; de se gignere, ipsumq; fieri alicuius Filij Patrẽ, uicissimq;, qui ex eo genitus est, etiam ipsum quoque liberos procreare, idq; per ordinem in infinitum usq;. Ea enim res genitum similem ostẽdit genitori. O in-

uentores blaſphemiæ,ac uerè Chriſti perduelles, qui,ne Filium imaginem patris eſſe confiteantur, corporalia ac terreſtria de ipſo Patrẽ ſentiunt, deſe cationes, effluxus itẽ & influxus aduerſus Deũ cauſificanť. Siquidẽ igitur Filius homo eſt,fiat etiã genitor ut homo,fiat quoq; Filius alterius filꝝ pa- ter, atq; ita uiciſſim ex ſe mutuo procreentur, ut in multitudinem deorum ea inuicem prolis ſucceſsio, ſecundum eorum opinionem, ſeſe propaget. Quod ſi Deus talis non eſt,qualis homo, ut certe nõ eſt,non debẽt ea quæ hominum ſunt,illi imputari.Nam cætera animalia,unaq; cum ijs homo, ex opifice principio per ſucceſsionem mutuo à ſe inuicem progignuntur, & genitus,ex patre olim genito naturam accipiens,merito & ipſe quoq; alte- rius pater efficitur,poſſidẽs ex Patre in ſe,ex quo & ipſe eſt genitus, ideoq; in iſtis nihil eſt proprie aut pater aut filius , neq; in illis ſtabilem locum ha- bent perſona Patris & filꝝ. Nam qui filius eſt, pater efficitur, filius quidem eius qui ipſum genuit,pater uero illius qui ex ipſo genitus eſt. Verum id in Diuinitate ſe ita non habet: non enim Deus ut homo , neq; Pater ex Patre originem traxit , unde fit ut gignat non progeniturum, atq; ita Filius neq; eſt ex effluxu parentis, neq; ex patre genito genitus eſt, ideoq; nõ genitus eſt ad gignẽdũ. Quapropter in ſola Deitate Pater propriè Pater eſt, & filꝰ propriè filius eſt, & in illis ſolis conſiſtit: ut Pater ſemper ſit Pater,& Filius ſemper ſit Filius. Quocirca, qui percunctatur, cur non prolificus ſit filꝝ fi- lius,hoc ipſum percunctatur,cur non Pater patrem habuerit.Cæterum,am bo illa ſunt abſurda, & plena omni impietate : ut enim Pater ſemper eſt Pa- ter,neq; unquam fuerit filius:ita quoq; Filius ſemper Filius, neq; unquam fuerit Pater. In eo enim ſigillum & imago Patris euidentiſſime oſtenditur, quia id manet quod eſt,& non immutatur, retinetq; ex Patre identitatem. Si igitur pater mutatur,mutetur & imago:pro ratione enim genitoris, ima go & ſplendor genitoris ſe habet.Quod ſi inuariabilis eſt Pater, & hoc ip- ſum quod eſt,permanet,neceſſario & imago, id ipſum quod eſt,permanet, & non uariabitur. Eſt autem Filius ex Patre: non igitur aliud fiet , quàm id quod eſt proprium ſubſtantiæ Patris.Fruſtra igitur & ea dementes excogi tarunt, quibus imaginẽ Patris eraderent, ut Filium rebus creatis adæqua- rent.In horum enim numero Ariani Filium ex doctrina Euſebꝝ ſtatuentes, talemq; eum eſſe arbitrati,quales ſunt res ab ipſo creatæ, à recto & ueritate reſilierunt,atq; ubi ſibi accumularant ſententiolas uerſipelles,principio cir cũcirca obambulabant,quũ iſtam hæreſim cõminiſcerenť, atq; etiam nunc in occurſum pupis & puellis ſeſe per forum ingerũt, ſciſcitantes ab ijs, non ex ſacris literis, ſed ex redundantijs animi ſui, quas ex corde eructãt,ad iſtũ modum: An is qui eſt, non exiſtentem ex non ente fecit? an cum iam eſſet, fecit? certum enim aut exiſtentem condidiſſe aut non exiſtentẽ. Ac rurſum, increatum unúmne,an duo : & liberí ne arbitrꝝ eſt, ut tamen ſua uoluntate non mutetur, quum ſit alioqui mutabilis naturæ? non enim lapis eſt,& ſua inertia immobilis. Deinde quoq; & ad mulierculas ſeſe inſinuantes iſtiuſ- modi uerba effœminata ſonant: Quid,an habebas filium, antequam pá- res? ſed ſicuti tum temporis non habebas, itidem quoq; & Dei Filius non erat,antequam gigneretur. Hoc genere uerborum famoſi nebulones pro-

pemo-

pemodum tripudiandi lasciuiunt, Deum hominibus adæquantes, ac interim sese iactitantes semper Christianos fuisse, qui gloriam Dei in similitudinem imaginis hominis corruptibilis immutant. Oportuit quidem ad ista tam stulta & phanatica nihil responderi, ne quid firmi eorum hæresis habere uideretur: sed tamen absurdum non est, eos obiter in istis nugis refutari, præcipue ob mulierculas, quæ facilè ab ijs in fraudē abducunt. Cæterū, nō inscitum fuerit istiusmodi uerbis architectum percunctari: Dic obsecro, an possis sine materia ædificare? certum est te non posse, sed ut non potes, ita nec Deus potuit sine materia hanc uniuersitatem rerum exædificare. Imò à singulis hac quæstione pulsandi essent: Potes'ne tu alicubi sine loco subsistere? sed quemadmodum tu non potes, ita quoq; Deus in loco est, ut ita saltem pudore ab auditoribus in ruborem adigantur. Cur enim, dum audiūt Deum habere Filium, in sese respicientes id negādum putant: quum autem audiunt eum condere & creare, & non itidem opponūt ea quæ sunt humanæ facultatis: atqui par erat, eos etiam tale quid in condendo cogitare, ac Deo materiam suppeditare, ut existentiæ rerumq; conditorem eum negēt, quo in simili luto cum Manichæis uolutentur. Sin autem ea consideratio altior est quàm oportet, agite ergo uel solo auditu, dum nomē Patris aut filij dicitur, ad fidem inducamur, ut credamus eum nō talem esse, quales nos sumus, quippe qui sit qualis Deus est: neq; eum creare, ut creant homines, siquidē creat ut Deus: neq; gignere, ut homines gignunt, siquidē gignit ut Deus. Nec enim humana imitatur Deus, cùm homines contrà ad diuina per imitationē sese effingāt, & à similitudine unici Patris, ac uere Patris relatu liberorū suorum, & ipsi quoq; parentes appellētur. Siquidē ex eo omnis paternitas in cœlo & in terra, nomen suum accipit. Sed tamen, si ista, quæ isti loquuntur, indiscussa manerent, laudem quasi scitum aliquid & prudēs in medium proposuissent, referre uiderentur, quorum si dicta probe examines, mire eos, & ridiculos, & ludibriosos deprehendas. Prima siquidem illorum scisscitatio fatua simul, & perquàm obscura est, Non enim planum faciunt, quæ'nam intelligant in scisscitando, ut habeat interrogatus quod respondeat, sed simpliciter sine expressione personæ dicunt, qui est, eum qui non erat. Quis igitur ille est, ô Ariani, qui est? & rursus, quæ sunt illa, quæ non sunt? quis est, qui est? & quis est, qui non est? & quæ non entia appellatis? Possibile enim est, eum qui est, facere tam non entia, & quæ sunt, quàm iam pridem entia: faber enim lignarius, figulus item & fundendi auri peritus, materiam quæ iam est & ante ipsos fuit, pro suo artificio exercet, ac uása quæ illi collibitum est, efficit. Ipse contrà rerum omnium Deus, tam quod est, quàm quod nondū est, sed proditurū aliquando est, operibus suis occupat, quippe qui è terra argillā sumens, hominē finxerit: terramq;, quę prius non erat, fecerit per Verbū suū, ut esset. Si igitur ad istum modū percūctantur, ut ex aliquo aliquid fiat, certum est, rerum naturam non fuisse priusquā conderetur, nec tamen minus certum homines in condita materia operam suam explicare. Instabilis igitur eorum ratio apparet, quum quædam sint, quædā fiant, quemadmodum diximus. Sin autē ista de Deo & Verbo intelligunt, addant reliqua suæ quæstioni, atq; ita cōcludāt, Ille qui est Deus,

fuit aliquãdo irrationalis,hoc eſt ſine Ratione ſiue Verbo:et quũ lux eſſet, ſplendore caruit:Id ſi uerẽtur dicere,fateantur ergo Deũ Verbi Patrẽ ſemper fuiſſe:uel ſi libet,rurſus ad iſtũ modũ:Ille qui eſt Pater, Verbũ quod nõ erat,fecit. Quod ſi reformidant & hãc uocẽ, dicant in contrariã partẽ, Deũ Verbũ quod eſt propriũ ſuæ ſubſtãtię germẽ,in æternũ ſecũ habere, ut ſentiant plane de Deo & eo qui ex ſubſtantia Dei exiſtit,curioſè cauillationes affectare,neq; pudeſcere ſophiſticãdo. Quis enim eos ſuſtinuerit dicentes, irrationalẽ aliquãdo Deũ fuiſſe? Eodẽ enim hæc dicta,quo prius tendebãt, reuoluũtur: quantumcũq; illud ſubterfugere & diſſimulare ſuis cauillationibus ſtudeant,ſed fruſtra laborãt.Nemo enim eos diſceptantes audire uelit,Deũ nõ ſemper Patrẽ fuiſſe, ſed poſtea factum eſſe:ut emẽtiantur aliquo tẽpore eius Verbũ nõ extitiſſe.Cæterũ,multæ quũ ſint ex ſuperioribus dictis refutationes,tum ex uerbis Ioãnis,qui dicit, Erat Verbum:tum ex Pau
Rom.1 li ſcriptis,cui⁹ hęc ſentẽtia eſt: Qui eſt ſplẽdor,& qui eſt ſuper omnes Deus benedictus in ſecula:melius quidẽ eſſet, ſi ſeſe ocio & quieti traderẽt: cæterũ quãdo ociũ nolũt, ſupereſt ut cõtra impudentẽ eorũ ſciſcitationẽ, uiciſſim alias ſciſcitationes pari audacia opponamus. Forſitan ex ſimilibus abſurditatib⁹ ſe cõcluſos irretitoſq; animaduertẽtes,recelluerint à ſtudio oppugnãdę ueritatis.Multis igit̃ precibus numine inuocato, ita quiſpiã ĩjs occurrerit:Is qui eſt Deus,quũ non eſſet,extitit,aut anteq; fieret,extitit:igitur uel ſeipſum fecit,uel ex nihilo extitit,& quũ nullus antea eſſet,derepẽte apparuit. Abſurda eſt illiuſmodi interrogatio, abſurda haud dubie & referta blaſphemĩjs, ſed tamen ſimilis iſtorũ percũctatiunculis:utrũcunq; eã dixerint,ſemper id æquè omni impietate redũdarit.Quòd ſi talia de Deo ſciſcitari blaſphemum eſt,& plenum impietate,blaſphemũ quoq; fuerit,talia de Verbo ſciſcitari, neceſſariũ tamẽ eſt reſponderi ad ſtultã eorũ interrogationẽ opprimendã,uerum ad iſtum modũ:Qui æternaliter eſt,Deus eſt,æternaliter igitur exiſtẽte Patre,æternaliter quoq; exiſtit eius ſplẽdor,quod ipſum eſt Verbũ eius.Ac rurſum, Deus exiſtens,ex ſe exiſtens Verbũ habet, neq; Verbũ ſuperuenit quũ prius nõ eſſet,neq; Pater unquam irrationalis, hoc eſt, ſine Ratione & Verbo fuit:nã iniuria in Filiũ, in Patris blaſphemiã contumeliaḿq; redũdat: ſiquidẽ ille foris ac aliunde ſibi accerſiuit Sapientiã ſiue Verbũ,ſiue Filiũ:quicquid enim horũ dixeris, nihil eo ipſo deſignaris q̃ germen Patris,ut ſuperius dictũ eſt:quapropter iſtiuſmodi interrogatio conſtare non poteſt,id́q; merito.Qui enim inficiãtur Verbum, hoc eſt, Rationẽ, eo ipſo irrationalẽ faciunt interrogationẽ. Nam quemadmodum ſi quis ſole uiſo,de ſplẽdore eius dubitet,& dicat,qui eſt, eum qui non erat, fecit,aut cũ erat,fecit,is non animo ſapere dicat, ſed attonitus eſſe dĩjudicabit̃, eo q̃ id quod omnino ex luce eſt, id aliũde ſuperuenire imaginetur, ac de eo inquirit,quãdo & ubi,& ex quo tempore, an ſit factus. Ita quoq; qui talia de Patre & Filio cogitat,atq; ita percunctatur,multo maiore inſania laborauerit,quum Verbum ex Patre oriundum aliunde illi ſuperinducat, & de naturali eius germine, ut de opere facto, umbratili ſermone fabuletur, non erat(inquiens)priuſquam fieret. Audiant tamen quod ad ipſorum interrogationem pertinet. Pater qui eſt,Filium qui erat,fecit. Verbum enim

caro

caro factū est, eumq; iam existentē Filium Dei, in cōsummatione seculorū, filium hominis fecit, Nisi secundum Samosatensem, illū non antè fuisse dicant, cū cum homo esset factus. Et ad primā eorum interrogationē ista sufficerint. Vos autē Ariani uestrorū uerborū memores, dicite mihi (quæso) Is qui erat, eone qui nō erat, indigebat ad rerū naturā condendā? an eo, qui erat? dictū enim à uobis, Patrem Filiū sibi in instrumentū fecisse, ut per eum omnia cōderet. Quid igitur melius est, id quod altero indiget, an quod alterius indigentiam adimplet? an ambo, quod deest, mutua opera sibi inuicē suppeditant? Ad istum enim modū sermocinantes, maiorem imbecillitatē in eo ostenditis, qui instrumentū fecit: Si non solus sufficiebat ad omnia creanda, sed instrumentū sibi aliunde cōparare uoluit, perinde ut faber, aut naui ædificator, quibus nulla facultas absq; serra & bipenni. Quid igit istis magis impiū, aut quid opus est ijs immorari tanquā quæ alicuius ponderis aut momēti sint? quū superius dicta sufficere queant ad edocendū, nihil in istorum uerbis nisi mera phantasmata & deliria contineri. Ad alterā porro quæstionē simplicē admodū & fatuā, qua ad mulierculas utūtur, ne ad illā quidē par erat quicq; responderi, nisi id solū, quod & superius dictū est, nō esse generationem ex Deo dimetiendam pro hominū natura, sed tamē quò uel hinc sibi ipsis displicere incipiant, rectū est, ut ijsdē rebus illis denuo occurramus. Si omnino ex parentibus quæratur, unde ipsis sit proles, respondere possit, & si nō habebat filiū parēs, anteq; genuisset, tñ habuit eum, nō extrinsecus neq; alienū, sed suū, & ex sua substantia, habuitq; eum minime dissimilē sui imaginē: adeo, ut istū ex illius, illū ex istius specie contempleris. Si igitur ex rebus humanis exemplisq;, tempora gignentium mutuantur, cur igitur non indidem quoque conuenientiam naturæ & proprietatem substantiæ patrum in filijs, & cogitant & ratiocinantur: sed serpentum more, solummodo id quod ad ueneficium est utile, è terris deligunt. Oportuit autem eos, dum ex parentibus sciscitantur, & aiunt, nō habebas filium priusquam gigneres, & id quoq; adiūgere, cæterum, ubi iam habes filium, eum extrinsecus ne & aliunde ueluti ædificium aut alterius generis possessionē nundinatus es? an nō? ut tibi respondeant, nō extrinsecus, sed ex me meus est. Quæ em̄ sunt externa, possessiones sunt, & ab uno ad alterū transeunt: filius autem ex me est, meæq; substantiæ proprius ac similis, neque alterius opera ad me peruenit, sed ex me prosatus est, ac propterea totus in eo sum, Et minuens hoc ipsum quod sum. Ita enim res habet, tametsi is parēs ratione temporis à Deo diuersum quiddam habeat: neque id mirum, quum & ipse in tempore sit editus homo. Haberetq; etiam homo coexistentem sibi perpetuo filium, nisi natura eius uires impediret. Nam & Leui etiā tum in lūbis proaui erat, quū nondum ipse genitus esset, aut auus prolē edidisset. Quū igitur ad eam ætatē peruenerit homo, in qua istius rei facultatē natura suppeditat, statim per naturā liber, & nequaquā impeditus, sui ex se filij pater efficitur. Quocirca si parētes de liberis interrogati fuerint, agnoscūt sibi suos liberos naturales, nō aliunde, sed ex ipsis existere: agnoscant igitur & isti, Dei Verbum totum ex Patre existere: ac dum de tempore percunctantur, respondeant uobis, quid nam illud esse possit, quod Deum impe-

diat. Par em̃ est, unde ipsi calũniosas interrogationes desumũt, inde quoq; eos in ea impietate refutari. Dicant igitur, quid illud est, quod Deũ remoratur, quo minus perpetuo sit sui Filij Pater. Nam genitũ ex genitore esse in cõfesso est. Verũ, ut plane illi, qui istiusmodi de Deo ratiocinantur, seipsos condemnent, petendũ ab illis, quemadmodũ interrogauerunt mulieres de ratione tẽporis, ita solẽ quoq; interrogẽt de ipsius iubare, et fontẽ de ipsius aqua, ut addiscant, q; tametsi ista genita proles q; sint, unà tamen cum illis coexistere, unde originem naturam q; traxere. Si igitur ex natura & semper istiusmodi genitores ita se habent erga genita sua, cur igitur Deum minorẽ creaturis suspicantes, non apertius suam impietatẽ efferunt? Quòd si illud nõ audent ex professo dicere, & extra cõtrouersiam est, Filiũ non aliunde, sed ex Patre esse naturale genimẽ, neq; quicquã est quod impediat Deum: Non enim Deus ut homo est, sed maior sole est, Imo potius Deus solis, nimirũ ex eo & semper cum eo coexistit Verbũ, per quod Pater omnia quũ non essent, ut essent, fecit: Quòd igitur filius nõ ex entibus, sed æternus sit, & ex Patre, & ipsa res ostẽdit, & hæreticorũ interrogatio coarguit, qua ad parẽtes malitiosẽ utuntur. Norunt enim, quid naturæ consentaneum sit, ac deinde fit, ut super ratione temporis pudefiant. Cæterum, Dei generationẽ cõparandã non esse cum hominum natura, aut Filium non deberi partẽ aliquam sui Patris existimari, aut in procreando ullam passionẽ significari, & antea à nobis dictum est, & nunc denuo hoc ipsum dicimus: Non est, ut homo, Deus: homines enim patiendo gignunt, utpote fluxili natura prædi ti, tẽporis q; maturitatẽ ratione suæ imbecillitatis expectare cogũtur. Verum id de Deo sentiendum non est, quippe qui nullis partibus cõstet, sed impatibilis ac simplex, impatibiliter simpliciter q; Filij sui Pater existat. Eius q; rei denuo magnum argumentum, documentum q; ex sacris literis, eo ipso quo Verbum Patris sui est Filius, & Filius Verbum est Patris, eius q; Sapientia. Sapientia porro & Ratio, siue quod idem est Verbum, nec pars eius fuerit, cuius est Sapientia & Verbum: neq; secundum passionẽ germen. Vtrunq; scriptura in unum coaptans, Filium quidem eum ea de causa appellauit, ut naturalem & uerum Patris substantiæ fœtum declararet, sed tamen ne quis humanitus aliquid editum genitum q; intelligeret, denuo etiam substantiã definiens, Verbum illud & Sapientiam, & Splendorẽ nominauit. Ex illis enim uocabulis, impatibilitatẽ in gignendo, æternitatem item, & decorum illud quod in Deum conueniat, cogitatione apprehẽdimus. Qualis igitur passio? aut quæ pars parentis Verbum aut Sapientia, aut Splendor fuerit? Et sane id à uecordibus istis intelligi potest. Vt enim ex fœminis percũctati sunt de partu ipsarum, ita quoq; uiros percunctentur super ratione uerbo q; mentis eorum, ut cognoscant neq; passionẽ neq; partem aliquã mentis esse id uerbum quod enũciant. Quod si in hominibus quanquã & patibilibus & diuisioni idoneis, tale ipsorum uerbum existit: cur in Deo minime corporali, impartibili q; passiones & partitiones imaginantur? ut sub specie istius obseruationis & cautionis, inficiẽtur ueram & naturalem Filij procreationem. Iam, quòd gignere Deum, non sit cum passione coniunctum, satis per superiora declaratum est: monstratum quoq; est, nascentiam

Verbi

Verbi ex Deò, liberam esse ab omni passione. Audiant autē eadem quoq; de Sapientia. Nō est Deus ut homo, ne humanitus hac in parte de eo imaginentur. Homines sapientiæ capaces sunt. Deus contrà, qui nihil aliunde in se recipit, suæ Sapientiæ Parens existit, cuius Sapientiæ participatu, cæteri sapientes nuncupantur. Estq; illa ipsa Sapientia non passio, non portio, sed propriū sui Patris germen. Ideoq; ille semper est Pater: neq; res superuētitia est in Deo Paternitatis ratio, ne simul quoq; mutabilis intelligatur. Nam si bonum est eum Patrem esse, nec semper tamen Pater fuit, sequitur ergo bonum non semper illi adfuisse. Sed ecce (inquiunt) eadē ratione semper est conditor, neq; illi postea accessit cōdendi facultas, quapropter quū creator sit, æternæ quoq; creaturæ existent. Neq; fas est uel hic dicere, non erat, priusquā fieret. Vecordes Ariani, quid simile inter Filium, & rem conditam, ut quæ sunt in Patre, ea ad res conditas trāsferatis? aut qui fit, quum tantum sit discriminis pro superiori nostra demonstratione inter fœtum & opus, ut in uestra insciti a pertinaciter hæreatis? rursum igitur eadem dicenda sunt, ut opus extrarium quiddam est ab opifice, quemadmodū dictum est, ita contrà Filius paternæ substantiæ partus est. Quocirca nō est necessarium opus eius perpetuo consistere: quū enim uult opifex, operatur: fœtus aūt non est res obnoxia uoluntati, sed est quiddā propriū ac suum paternæ substantiæ. Opifex quidem & dici & esse poterit, etiamsi nondū opera existant: pater uero nec esse nec dici poterit, si non sit ei Filius. Quod si aūt curiosè inquirant, cur Deus, in cuius potestate est operari, non semper operatus sit? furiosorū est ista audacia. Quis enim cognouit mentē Domini, aut quis consiliarius eius fuit? aut quomodo dixerit figmentum ad suum figulum, cur me ita feciſti? Sed tamen ne uel tenui ratione suppetente consilescamus, audiant obsecro, quòd tametsi Deo possibile fuerit, ab æterno opera facere, non tamen poterint, ea, quæ facta sunt, ab æterno fuisse: Siquidē ex non entibus emerserunt, nec erant priusquā fierent. Quæ aūt non erant, antequā fierent, quomodo illa coexistere poterant cum Deo semper existente? Quapropter ad eorū emolumenta commodaq; respiciens Deus, quum intelligeret creaturas subsistere posse, tunc omnes creaturas produxit. Ac sicuti, quum posset ab initio sub Adamo aut Noe, aut Mose Verbū suum emittere, non tamen emisit nisi in cōsummatione seculorū: tum enim id utile esse nouerat uniuersæ creaturæ: ita quoq; creata, cum uoluit & ipsis utile fuit, procreauit. Cæterum, Filius, quum non sit opus, aut factitiū quiddam, sed quiddam æternum substantiæ Patris, æternaliter existit: Semper enim subsistente Patre, semper quoq; subsistere oportet eum, qui est proprium quiddam illius substantiæ, quod est ipsius Ratio siue Verbū, & Sapientia. Porro res conditæ, si nondum sint in rerum natura, non diminuūt conditorem. Habet em̄ facultatē condendi, quando uolet: Proles aūt, si non æternaliter coexistat cū Patre, detrimentū adfert perfectitudini illius substantiæ. Quapropter opera, qñ uoluit, operatus est per Verbum suū, Filius contrà æternus factus est substātiæ Patris. Hæc fideles lætificāt, hęreticis aūt molestiæ sunt, quū uideant suas hæreses ita subuerti. Quin ista quoq; illorū percunctatio, dum aiunt, unúmne ingenitum an duo? non rectā neq; simplicē

Rom. 11

eorum

eorum mentem, sed plenam esse fraudis & suspicionis coarguit: Non enim ad honorē Patris, sed ad calumniā Verbi, tales interrogationes proponūt. Quod si quis insciꝰ, eorum uafriciei responderit, unum esse ingenitum, statim suum uenenū euomitant, dicentes: Igitur Filius unus est ex rebus creatis, & recte à nobis dictum est, non erat, priusquā fieret. Omnia enim miscēt turbantq́, uel ob id solum, ut Filium à Patre disiungant, & conditorē omnium, rebus conditis adnumerent. Digni igitur sunt qui condemnētur, primum, quia incusantes Episcopos, qui ad Nicænum concilium coierunt, de uocibus in scriptura non usurpatis, quanquam neutiquam blasphemis, sed ad tollendam hæresim institutis, ipsi ad eandem culpam ultro confugerūt, uocibus scripturæ incognitis sermonem contexentes, & cōmentantes contuicia contra ipsum Dominū, neq́ quę loquantur, neq́ de quibus affirmēt, satis intelligentes. Quærant igitur ex Ethnicis unde ista hauserunt: non enim Scripturæ sunt, sed eorum inuenta, ut audientes, quot significata hæc uox ἀγέννητον possideat, intelligere queant, ne hoc ipsum quidē sese recte intelligere, quod interrogant. Ego enim ab Ethnicis didici τὸ ἀγέννητον id dici, quod nondū factum est, fieri tamen potest, ut lignum quod nondum abiit in formam scaphæ, sed tamē ut scapha aliquando fieri possit. Rursum id esse ἀγέννητον quod nō factum est, neq́ ulla ratione fieri potest, quale est triāgulū & numerus par, quū triangulū nunquā quadrāgulū, aut sit, aut fuerit: neq́ numerus par, impar unquā uel extitit, uel extiterit. Rursus, ingenitū appellari, quod quidē iam est, sed natū ab aliquo nō est, neq́ ulla ratione suæ originis patrē habet. Addidit callidus sophista Asterius, & hæreseos patrocinator in suo libro, Ingenitū esse quod factū non sit, sed quod æternū sit, In quē igitur sensum intelligāt hoc uocabulū ingenitū, oportebat ab illis interrogādo explicari, ut is qui interrogatus fuerit, recte responderet. Si aūt recte se credūt interrogare dum dicūt, unum ne ingenitū an duo? audiant primū quidē ut homines inscīti, plurima esse ingenita, & ingenitū esse nullū: plurima quidem quæ fieri poterint, & nullū quod tale est, ut non poterit, ut dictū est prius: Sin autē ut Asterio placuit, ea ratione interrogent: quo ingenitū id habeatur, quod factū nō est, & semper est, audiāt nō semel, sed sæpius etiā Filium pro ista acceptione ingenitū dici: nō enim ex genere factitiorū est, neq́ opus aliquod, sed æternaliter cū Patre coexistit, ut iam demonstratum fuit, etiā si subinde sese immutēt, ut solū habeant, quod cōtra Dominū loquātur, eum nimirū ex non entibus esse incepisse, nec fuisse priusquā fieret. Ex omnibus igit̄ & excusi & deturbati, si de integro interrogationes faciant, ut unigenitū id dicāt, quod iam est, sed tamē, ut genitū aliunde non sit, neq́ sui patrē habeat, audiēt à nobis eum qui tali significato innuitur, unum & solū Patrē esse, qui ea ratione ingenitus dicatur. Neq́ ex eo responso quicquam commodi ad res suas comparauerint. Non enim, si eo modo Deus ingenitus appelletur, hoc est increatus, sequitur necessario, Filiū esse genitum, hoc est, creatum, quum ex superioribus argumentis notū sit, tale esse Verbū, qualis est ille, qui illud genuit. Quapropter si ingenitus Deus, non propterea genita, hoc est facta est eius imago, sed proles est ac fœtus, qui ipse est Verbū siue Ratio ac Sapiētia eius. Quid enim simile est creato

ad

ad increatum? Nam eadem repetere, grauari non debemus contra eos, qui creatum increato simile esse uolunt, ut qui istud uideat, illud quoq; obtuea tur. Non longe absunt ab istis uerbis, ut dicant id quod increatum est, rerũ conditarum esse imaginem, ac iam inde omnia illis sunt promiscua & con- fusa, creatæ res adæquatæ increatis, increatumq; ipsum extinctum, quũ il- lud metiantur ex operibus, idq; solum ea de causa, ut Filium ad conditionẽ rerum factarum detrahant. Sed ne ipsos quidem arbitror ea deinceps uelle loqui, si Asterio sophistæ obtemperent. Ille enim, quamuis aduocationem præstet Arianæ sectæ, dicatq; unum esse ingenitum, tamen istis contraria al legat, Sapientiamq; Dei increatam, nulloq; principio inchoatam esse dicit. Suntq; ista, quæ iam dico, pars nonnulla eorũ quæ scripsit. Non ait Beatus Paulus, Christum se prædicare illam Dei potentiam, aut illam Dei Sapien- tiam, sed sine additamento articuli Potentiam Dei & Sapientiam, aliã qui- dem esse propriam Dei potentiã insitam, & unà cum eo existentẽ, citra crea tionem prædicans: Et paulo post iterum, Atqui æterna eius potentia & sa- 1.Cor.1 pienta, quam nullo principio inchoatam increatamq; rationes ueritatis o- stendũt, una haud dubie, eademq; fuerit. Hic, tametsi praue intelligens A- postoli uerba, duas arbitratus sit esse sapientias, attamen sapientiã inexper- tem principij, unaq; existentem esse dixit. Ideoq; nõ iam unum ingenitum siue increatũ, sed & alterum adhuc ei accumulauit, quod unà cum eo existe- ret. Quod enim coexistit, nõ secum coexistit, sed cum altero. Aut igitur A- sterio obsecundantes, non amplius interrogent, sit ne unum ingenitum, an duo, ne ueluti diffidẽtes cum eo pugnent: aut si aduersantur illi, ne eius opu sculis innitantur, ut se inuicem remordentes, à se inuicem conficiantur. Cæ- terùm, ista aduersus eorũ inscitiam breuiter sint dicta: porrò aduersus uafri ciẽ instituti illorũ, quis unquã satis dixerit? Quis eos ita insanientes nõ me- ritò odio prosequatur? Postquã emm non amplius illis fiducia supereſt, ut di cant, ex nõ entibus cum extitisse, necq; prius extitisse q̃ fieret, uocabulũ in- geniti sibi confinxerunt, ut Filiũ genitum, hoc est, creatum apud simplicio- res dictitantes, eadem illa uerba, ex nõ entibus: & non erat priusquã fieret, denuo subindicent: in istis enim creata & cõdita intelligi uolunt. Atqui par erat, si causæ suæ confiderent, in illis ipsis uerbis insistere, ac nõ se in loquen do uersipelles facere: uerũ hoc detrectant, arbitrantes se facile omnibus im- posituros, si nomine ingeniti in prætextũ dato, hæresim suam dissimulent, quũ tamen uox illa suo significatu non ad Filiũ (ut ipsi murmurant), sed ad genita, hoc est creata propẽdeat. Simile quiddã uideris in his uerbis: Om- nipotẽs & Dominus uirtutũ: si enim Pater omnia per Verbũ in sua potesta te tenet, ac dominat & regnat, & in regno Patris regnat Filius, & in omnia imperiũ habet, ut Verbũ, ut Imago Patris: euidens est, ne eo quidẽ modo cæteris rebus Filiũ adnumerari debere, necq; Filij respectu Patrẽ: sed eorum relatione, quæ per Filium creata sunt, quibus imperat, & dominat per Ver bũ, omnipotentẽ & Dominũ uirtutũ appellari: & ingenitũ nõ ad discrimẽ Filij, sed ad eorũ quæ per IESVM Christum condita sunt, suam uim & signi ficationẽ habere, idq; recte. Non enim Deus talis est, ut ea quæ sunt gentia, hoc est creata, sed ut eorum conditor, & architectus per Filiũ. Quemadmo

dum

dum autẽ ingenitus ad relationẽ genitorũ, hoc eſt factorum ſignificationẽ habet: ita Pater ad Filium refertur. Et qui Deum authorem & opificem, & ingenitum nominat, ad condita creataq; reſpicit, eaq; intellectu cõprehendit, at qui Deum Patrem uocat, ſtatim quoq; Filium intelligit, & ad eum oculos intẽtos habet. Quocirca admirationi habeas eorum in impietate defendenda peruicaciam, quòd, quum nomen ingenitum, probam, ut à me dictum eſt, ſignificationẽ præ ſe ferat, ſenſumq; ſuum cum pietate tueri poſſet, ipſi pro ſua hæreſi ad ignominiam Filij illud ipſum uſurpent, non inſcij interim, eum qui honorat Filium, honorare & Patrẽ: & qui dehoneſtat Filium, dehoneſtare & Patrem. Si enim ullam benedicendi, aut reuerẽtiæ Patris curam haberent, oportuit eos (quum multo potius ſit & maius) Deum Patrem eſſe, Paternitatẽ in eo agnoſcere & prædicare, quàm ad iſtum modum de eo loqui. Quum enim eum appellant Deum increatum, ex operibus creatis, quemadmodum dictum eſt, conditorẽ eum duntaxat & opificem deſignant, arbitrantes ſeſe eo modo pro ſua libidine, Verbum quoq; eſſe opus, oſtendere poſſe, quum è diuerſo, qui Deum Patrem appellat, ex Filio ipſum qualis ſit declaret: nõ ignari interim, quòd Filio ſubſiſtẽte, neceſſarium ſit omnia quæ creata ſunt, per Filium creata eſſe. Qui autẽ Deum increatum ſcribunt, ſolummodo ex operibus illum deſignãtes, ne ipſi quidẽ Filium, ut nec Ethnici, cognitum habent. Contrà, qui Deum Patrẽ nuncupant, eum ex Verbo ſuo, qualis ſit, declarant: porrò qui Verbum ſiue Rationẽ cognitam habet, cognitum quoq; habet eam opificem rerum eſſe: & animo comprehendit, omnia per illam condita eſſe. Quocirca religioſius & uerius eſſet, Deum potius Filio denotare, eumq; Patrẽ dicere, quàm ex ſolis operibus eum innuere, ac eum ingenitum, hoc eſt increatum dicere: Id eñ uel ſingula duntaxat, uel publice omnia quæ ex uoluntate Dei per Verbum ſunt condita, ſignificatione oſtendit. Cæterum, Pater in ſolo Filio intelligitur & conſiſtit. Quantum porro Verbum Dei à creatis differt, tãtum quoq; differentiæ eſt in hac appellatione, ſi eum Patrem nomines, ab illa, ſi eum ingenitum uoces. Præterea uox illa in ſcripturis uſurpata non eſt, ac proinde ſuſpecta, utpote, quæ in ſe multiplicem contineat ſignificationem: adeò, ut qui ad eius uocabuli interrogationẽ reſpõdere uelit, in multa animum cogitationẽq; circũferat. Patris contrà nomẽ, ſimplex eſt, & familiare ſcripturis ſanctis & uerius, Filiũq; ſignificat. Ingeniti uox ab Ethnicis, qui Filiũ ignorãt, inſtituta eſt. Patris uocabulum à Domino agnitũ eſt, & uſurpatum. Ille enim quum ſciret, cuius Filius eſſet, hæc uerba proloquutus eſt,

Ioan. 14 Ego in Patre, & Pater in me eſt: &, Qui uidit me, uidit & Patrem meum: &,

Ioan. 14 Ego & Pater unum ſumus, * Necq; uſpiam cõſtat eum Patrẽ ſuum ingeni-

Ioan. 10 tum appellaſſe, * quin quũ nos orare & precari doceret: Non (inquit) quũ precibus utendũ, uos dicere uelim, deus ingenite, qui es in cœlis, ſed Pater noſter cœleſtis, eoq; ſummam Fidei noſtræ tendere uoluit, quum iuberet nos baptizari, non in nomine geniti & ingeniti, neq; in nomine conditi & increati, ſed in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Itaque quoq; nos, quanquã ex creatitia natura oriũdi, ad perfectitudinẽ progredientes ad ius filiorũ, adoptionemq; proficimus, & Patris nomẽ dictitantes, eo ipſo Verbum

* *Hæc uerba in Græco textu non habentur.*

bum quod est in Patre, cognoscimus. Vana igitur institutio istius dictionis ingeniti ostenditur, quum nihil aliud in se contineat, nisi meram præstigiationem. Iam, ꝙ dicunt mutabile esse Verbum Dei, superuacuum est de ea re quæstionem instituere: satis est enim ad impiam ipsorum audaciam ostendendam, si quæ ab illis iactantur, scripto indicauero. Sunt autem ista, quæ illi per speciem interrogationis deblaterant: Sui ne arbitrij est, an non? si est, igitur iudicio delectuꝙ arbitrij bonus est, & potest, si uelit, mutari, quū sit mutabilis naturæ: an, ut *lapis & lignū, non habet uoluntatem liberam sui mouendi, & utrolibet uergendi? Cæterum, huiusmodi eos uel dicere uel sentire non est alienum ab ipsorum hæresi. Quum enim semel ex non entibus Deum, & conditum Filium sibi commenti essent, consequenter ueluti apta rei conditæ, istiusmodi sibi uerba corraserunt. Cæterum, ubi iam didicere ex concertatione cum Ecclesiasticis uiris de uero & unico Verbo Patris, nec tamen ob id timidius de eo talia loquantur, quid hoc dogmate magis impium unquam uideris? Ecquis eos uel audiendo solum, etiamsi contradicere nequeat, nō exhorrescat, aures obthuret perculsus attonitusq; eorū sermonibus, quum audiat ex ipsis inania uerba, & ipso prolatu blasphema? Si enim mutabile & alterabile est Verbum, ubi quæso consistet? aut quis erit finis illius incrementi? aut qua ratione similis esse poterit, mutabilis immutabili? quomodo porrò, qui mutabilem uiderit, uidisse immutabilem arbitrabitur? in quo quæso statu futurum est, ut quis in eo Patrem conspiciat? Certum enim est, non semper in eo uideri Patrem, eo ꝙ Filius semper mutetur, & alterabilis sit naturæ. Pater enim immutabilis & inalterabilis, semper eodem tenore modoq; se habet, idemq; existit: Filius contrà pro illorum sententia, mutabilis est, & non semper idem, sed perpetuo alterabilis naturæ: quomodo ille Patris Imago esse poterit, quum non habeat similem immutabilitatē? quomodo omnino in Patre est, is, qui ambigui est delectus? Forsitan autem quum mutabilis sit, ac nostro more profectus capiat, ne nūc quidem adhuc perfectus est. Sed ualeat istiusmodi Arianorum insania, è diuersoq; ueritas eluceat, eorumq; deliria patefaciat. Qui enim ille non perfectus, qui æqualis est Deo? aut quomodo immutabilis non fuerit, qui unus est cū Deo, & substantiæ Patris proprius Filius? Iam quum substantia Patris & immutabilis sit, immutabilis quoq; fuerit ipsius Partus: Sin uero, quum se res ad istum modum habeat, Verbo tamen mutabilitatem admentiantur, discant (quæso) quid istiusmodi sermo præ se ferat. Ex fructu enim cognoscit arbor, ac proinde, qui uidit Filium, uidit & Patrem, Filijq; cognitio, Patris cognitio est. Nō igitur alterabilis fuerit Imago inalterabilis Dei: IESVS em̄ Christus heri & hodie idem est in secula. Dauid certe de eo dicit: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribūt, tu autem permanebis, & omnes sicuti uestimentum ueterascent, & sicutamictus plicabis eos, & mutabuntur, tu aūt idem es, & anni tui non deficient. Et per alium Prophetam rursum ait: Ecce me, ecce me, quoniam ego sum, & immutatus non sum. Quòd si quis obijciat, ea uerba ad Patrem referri, non tamen incongruum est idem quoque & de Filio prædicari, maximè ob id, quòd homo iam factus, exhibeat illis suam identitatem & immutabilita-

* *Græcus Textus habet ἄνλος, i. flos.*

Heb. 13

Psal. 101

tem,qui propter carnem illum existimabant immutatū, & aliud quippiam factum esse. Nimio plus autem credendum est Sanctis,& potissimum Domino,cp istorum impiorum mentis prauitati: quippe,quū scriptura secundū Psalmodicos hymnos,omnium rerum genitarum,& totius creaturæ indolem conditionemcp sub uocabulo cœli & terræ uariabilē mutabilemcp declarans,super omnia ista Filium efferat,eocp ipso minime illum genitū, hoc est creatum ostendat,filiumcp ex eo numero excipiēs,palam faciat eum omnino creatum non esse,sed potius alia immutare,ipsumcp non mutari,quatenus dicit: Tu uero idem es,& anni tui non deficient,idcp nō immerito. Creata enim,quum ex non entibus sint,necp prorsus entia erant,priuscp fierent, eò cp non entia in essendi naturam prodierint,alterabilem habent conditionem. Filius contrà,quum è Patre sit,ac eius substantiæ proprius, inalterabilis est ac immutabilis,quemadmodū ipsius Pater. Quoniam nefarium dictu est,ex substantia immutabili mutabile Verbum progigni, aut Sapientiam alterabilitatis capacem. Qui enim Verbum fuerit,si est cōuertibile? aut quo modo Sapientia id dici poterit,quod incōstantia naturæ suæ uarietates capit? nisi scilicet,ut in substantia,accidens superuentitiū quiddam est: ita uolunt quasi in suo subiecto,gratiam certā affectionemcp uirtutis insedisse, eamcp appellari Verbū,& Sapientiā,& Filium ea ratione, ut & adimi queat, adijcicp ei,cui inhæret. Hæc quia sentiūt,crebro ea loquūtur: Atqui nequaquā talis est Christianorū Fides,Necp istius dicti sentētia, uerè id in quo tale quid est,aut Verbū,aut Filiū,aut Sapientiā ostenderet. Quod enim mutatur alteraturcp, necp in uno eodemcp habitu consistit, quomodo id uerum
Ioan.14 solidumcp extiterit? Dominus aūt dicit: Ego sum ueritas. Si igit Dominus de seipso hoc dicit,sui immutabilitatem ostendit,Sanctícp uiri immutabilitatis eius conscij,rem ita esse testimonio cōfirmant,& cogitatio de Deo piū hoc esse ultro sentit,unde quæso impij isti ista cōminisci potuerūt? certe ex corde suo ueluti ex tabe purulentia cp ista euomuerūt. Cæterum, quia ex sacris eloquijs cauillationes suas conficiunt,& sacra eloquia ui ad suam sentētiam falsis interpretationibus detorquent,necessarium est eatenus ijs respōdere,quatenus ea sacræ scripturæ uindicemus,eacp ostendamus rectum quidem habere intellectum,sed ab istis malitioſē usurpari. Dicūt igitur scriptū
Philip.2 esse apud Apostolum, ideo & Deus eum superexaltauit, & donauit illi nomen,quod est super omne nomen,ut in nomine IESV omne genu flectatur,
Philip.2 cœlestiū,terrestriū & inferorū: ac per Dauidem quocp idē adferri: Propter hoc unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis, ac deinde inferunt,quasi scitū aliquid dicerent,si ideo exaltatus est, ergo & gratiam accepit: & si ideo inunctus est, mercedem nimirū suæ uoluntatis,suicp instituti adeptus est. Quòd si uero uoluntate fecit,quod fecit,uticp cōuertibilis est naturæ. Talia nec dicere,nec scriptis ꝓdere puduit Eusebium & Arium: eorumcp assecłæ,nihil ueriti sunt ea loqui,uel in medio foro, securi negligentescp interim tantæ suæ in suismet dictionibus insaniæ. Si enim mercedem uoluntatis recta deligentis ea accepit,quæ accepit, non accepturus alioqui, nisi operę precium dignumcp aliquid eo munere designasset, nimirum ob uirtutem melioratione mcp sui,eadem illa consecutus est,meritocp illi dictū

fuit

fuit,propterea filius & deus factus es,neque uerè Deus fuerit. Quod enim ſecundum naturam ex aliquo gignitur,id uera eius progenies cenſendū eſt, qualis fuit Iſaacus Abrahamo:& Ioſeph Iacobo,& ſplēdor ſoli.Contrà, qui ex uirtute & gratia nomen ſolummodo filiorum obtinent,& nō natura,ſed gratia ad ius liberorum nituntur,diuerſi ſunt ab eo quod ipſis datū eſt, qua les ſunt homines quibus Spiritus Sanctus cōmunicatus eſt, de quibus ſcri= ptum eſt:Filios genui & exaltaui eos, ipſi autem ſpreuerunt me,ac propter= ea, quia non ex natura filij erant,& ad peiora ſe contuliſſent,ablato ſpiritu reiecti abdicatiq; fuerunt:quos tamen ubi pœnitentiam egerint,recepturus eſt, datoq; lumine,filios nominaturus eſt Deus,qui ab initio eis hanc grati= am dederat. Si igitur iſtiuſmodi Seruatorem eſſe uolunt, clare apparebit, eum neque uerum Deum,neque Filium,neqüe ſimilem Patri extitiſſe,neq; ulla ratione ſuæ eſſentiæ Deum Patrem habuiſſe, ſed tantummodo ex gra= tia quæ illi data fuit,Filium appellari, Deumq; illius ſubſtantiæ non Patrē, ſed cōditorem eſſe, iuxta communem omnium rationē.Iam ſi talis ſit, qua= lem eum eſſe uolunt,euidenter conſtabit,eum neq; ab initio nomen Filij ob tinuiſſe.Si enim illud illi pro præmio conceſſum eſt, & pro remuneratione profectus,non alio tempore profecit,q; quū homo factus erat, & ſerui ſpe= ciem acceperat. Tunc enim id contigit,quum obediens factus uſq; ad mor= tem,exaltatus fuiſſe,& in munus illud nomen accepiſſe dicitur, ut in nomi= ne IESV flectatur omne genu. Qualis igitur antea fuit,ſi nūc demum exalta= tur,& nunc primum incipit adorari,& nunc tandem Filius nominatur,quū homo factus eſt? uidetur enim non carnem meliorem reddidiſſe, ſed ipſum per carnem meliorem eſſe redditum: ſiquidem pro illorum uecordia, tunc primum exaltatus,& Filius dictus eſt, quum homo iam erat. Quid igitur ante iſta tēpora fuit? neceſſum eſt enim ut eos denuo interrogem, quo ſum= ma finisq; eorum impietatis in conſpicuo ſit. Nam ſi Dominus nunc eſt & Deus & Filius & Verbum:nihil autem horum erat,antequam homo fieret, aliud erat præter illa,& poſtea merito uirtutis iſtorum particeps factus eſt, quemadmodum diximus.Si aliud(quod in capita illorū reſiliat),neceſſum eſt eos dicere,eum antea non extitiſſe,ac in ſumma,hominem eum ex natu= ra fuiſſe,ac præterea nihil.Atqui,iſtiuſmodi ſentire, nō eſt Eccleſiæ,ſed Sa= moſatenſis & Iudæorum.Cur igitur,ſi eadem quæ illi ſentiunt,non etiam ut Iudęi, circunciduntur,ſed Chriſtianiſmum ſimulant,& contra Chriſtum in pugnam deſcendūt? Si enim non erat,aut ſi erat quidem, ſed melioratus eſt poſtea,quomodo per eum facta ſunt omnia? aut quomodo, ſi perfectus non erat Pater, in eo ſibi gratulabatur? aut ſi nunc tandem melioratus eſt, quomodo antea potuit oblectari coram Patre? aut quomodo, ſi poſt mor= tem adeptus eſt ut adoretur, uiſus eſt Abrahamus eum in tabernaculo, & Moſes in rubo adorare? aut quomodo uidit Daniel decies mille myria= des, & mille chiliades ei inſeruiſſe? Aut quomodo,ſi nunc pro eorum opi nione melioratione m ſui adeptus eſt,antemundanæ & ſupramundanę glo riæ ſuæ mentionem faciens,locutus eſt ad iſtum modum ipſe Filius: Glorifi Ioan.17 ca me Pater gloria illa quam habui apud te,antequam mūdus fieret. Quod ſi uero ſecundum eos nunc demum exaltatus eſt,quomodo fieri potuit, ut

iam antè cœlum inclinarit, & descenderit: Ac rursum, Dedit Altissimus uocem suam? Quapropter, si antequam mundus fieret, gloriam habuit Filius, & Dominus gloriæ erat, Altissimusq; iam tum fuit, & è cœlo descendit, ac semper adorandus fuit, fieri ergo non potest, ut ubi descenderat, melioratus sit: sed ipse potius ea quæ melioratione indigebant, meliora reddidit: sin autem ut meliora faceret, cœlitus descendit, nequaquàm illi pro mercede datum est, ut Filius & Deus nuncuparetur, quum ipse potius nos & filios Patri reddiderit, & homo factus Deificauerit. Non igitur, quum homo esset, postea Deus factus, sed quum Deus esset, postea homo factus est, ut nos potius Deificaret: Nam si, quum homo factus esset, tum demum filius & Deus appellatus est, & antequam homo fieret, ueterem illum populum Deus filios suos nominauit, Mosenq; constituit Deum Pharaonis. Id ipsum quoq; plurimis in locis Scriptura ostendit, quum inquit: Stetit Deus in concilio deorum. Certum igitur est, hunc post illos Filium & Deum appellatum esse. Qui igitur potest, ut omnia per illum, & ille ante omnia sit? aut quomodo primogenitus omnis creaturæ, quum eum tempore antecedant, qui Filij & dei appellati sunt? aut quomodo, qui in participando sunt primi, non participant ex Verbo? Non est uera istiusmodi opinio, sed commentum eorum qui nunc iudaizant. Qui enim fieri potuit, ut Deum Patrem esse cognouerint? Nam si id admittas, ipsa adoptio qua filij
Luc.10 efficimur, sine uero Filio efficeretur: Dicente eo, Nemo cognoscit Patrem nisi Filius aut cui Filius reuelauerit. Quomodo autem adoptio fieri potest sine Verbo & sine Patre eius? cum ipse ad fratres istos Iudæorum dicat: Si illos Deos appellauit ad quos Verbum Dei factum est, &c. Porrò si omnes quotquot & filij & dij nuncupati sunt, siue in terris, siue in cœlis, per Verbũ Dei, Filij Dei sunt redditi & Deificati, ipsumq; Verbum Filius est, manifesta res est, omnes per eum, ipsumq; ante omnes, uel potius illum solum uerum Filium, & solum ex uero Deo uerum Deum subsistere, neq; hæc tanq; uirtutis mercedem obtinuisse, neq; alium præter ista esse, sed ex natura secũdum substantiam illa ipsa esse, quũ sit Paternæ substãtiæ Progenies. Quamobrem minime ambiguum, quin ad similitudinem immutabilis Patris, & ipse quoq; sit immutabilis. Hactenus igitur his rationibus in Filio asserendo utentes, ut Dominus dedit, hæreticorum brutis figmentis occurrimus. Iam deinceps non improbum fuerit sacra quoq; eloquia adiungere, ut tanto magis & Filij immutabilitas, eiusq; inalterabilis ex Patre natura, illorũq; deliria euidentia & conspicua reddantur. Apostolus igitur ad Philippenses
Philip.2 scribens ita loquitur: Ea modestia animi sit in uobis, quæ in Christo IESV, qui quum in forma Dei existeret, non rapiendum arbitratus est, ut esset æqualis Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiẽs, in similitudinem hominis factus, specieq; inuentus ut homo, humiliauit seipsum obediens factus usque ad mortem, & quod magis est, ad mortem crucis: ideo quoque Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est supra omne nomen:
Philip.2 ut in nomine IESV omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & subterrestrium, & omnis lingua confiteatur, Dominũ IESVM esse in gloria Patris. Quid hoc clarius aut probatius esse poterit? non enim ex deteriore me

lior

lior factus est,sed potius quum Deus esset,serui speciem assumpsit:neque in assumendo melioratus est,sed humiliauit seipsum:ubi ergo in istis rebus uir tutis præmium? aut quis profectus? aut melioratio in humiliatione? Si enim ideo,quia ex Deo homo efficitur,& ex alto descendit, exaltari dicitur, quò exaltari potuit,qui Deus erat? quum in cõspicuo sit, ex eo quòd Deus altissimus est,necessario colligi, eius quoq; Verbum altissimum esse. Quò igitur magis exaltari potuit,qui in Patre erat, ac per omnia similis Patri, ac proinde nullius additamenti indigus? Neq; est ut suspicantur Ariani. Si enim exaltaretur,demisit se Verbum, atq; id ita scriptum est, quæ nam ulla deniq; necessitas fuit,sui ipsius humiliandi,ut quæreret nanciscí quod haberet? aut quam gratiam accepit, qui gratiarum donator est? aut quomodo accepit nomen ut adoraretur, qui semper in suo nomine adorabatur? Certe priusquam fieret homo, clamabant Sancti, Deus in nomine tuo saluum me fac: &, Isti in curribus, & illi in equis, nos autem in nomine Dei nostri magnificabimur: à Patriarchis igitur adorabatur: de Angelis autem ita scriptum est: Et adorent eum omnes Angeli Dei.Si igitur Dauid in septuagesimo primo Psalmo ita canit: Ante solem permanet nomen tuum, & ante lunam in secula seculorum: quomodo illud accepit,quod semper habuit,antequam acciperet? aut quomodo exaltabatur,qui priusquam exaltaretur,altissimus erat? aut quomodo accepit, ut adoraretur, qui antequã hoc acciperet, semper adorabatur? Non est ænigma, sed mysterium diuinum. In principio erat Verbum,& Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Postmodum autem in gratiam nostri Deus caro factus est, & illud quod nunc dicimus: Exaltauit eum, non substantiam Verbi exaltatam significat,fuit enim & semper est æqualis Deo, sed ad humanitatem eius spectat.Neq; ista prius dicta fuere,quàm tum,quũ iam Verbum caro esset factum,ut palàm fieret,illud humiliauit,& illud exaltauit, de homine dictum esse:cuius enim est humilem esse, eius quoq; fuerit exaltari, & si ob assumptionem carnis,hoc uerbum(humiliauit)est scriptum, clarum manifestúmque est,propter eandem carnem illud(exaltauit) usurpatum esse. Eius enim exaltationis indigus erat homo ob humilitatẽ carnis suæ, & mortis. Quoniam autem Verbum,quod erat imago Patris & immortale, serui formam accepit,& propter nos,ut homo,sua carne mortem sustinuit, ut ita seipsum pro nobis per mortem Patri offerret:ideo,ut homo propter nos, & pro nobis dicitur superexaltari: ut quemadmodum morte eius nos mortui sumus in Christo,ita in eodem Christo uicissim exaltaremur,& ex mortuis resurgentes,& in cœlum ascendẽtes:in quod præcursor pro nobis IESVS,intrauit,non in exemplaria aut simulachra uerorum cœlorum, sed in ipsum cœlum,ut se præsentẽ exhiberet pro nobis conspectui Dei. Quòd si nunc pro nobis cœlum ingressus est Christus, quum & antea erat Dominus & opifex cœlorum,nihil dubium,quin nostra causa illud ipsum(exaltauit) in scripturis cõstitutum sit,eadem ratione qua omnes sanctificans,ipse Patri suo se pro nobis sanctificare ait, non quo Verbum Sanctum efficiatur, sed quo ipse in se ipso omnes nos sanctificet, ita quoq; illud (superexaltauit eum) non ideo est,ut ipse exaltaretur,quum sit altissimus, sed ut ipse quidem pro

Psal.53

Heb.1

Psal.71

nobis iustitia fiat, nos uero in eo exaltemur, portasq; cœlorũ ingrediamur, quas ipse pro nobis iterũ adaperuit, quo tempore ita dictũ est ab anteambu
Psal.23 lonibus: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ ęternales, & introibit Rex gloriæ. Illi enim portæ clausæ non erant, utpote Domino & conditori omnium, sed propter nos hoc ipsum scriptum est, quibus porta paradisi occlusa fuit, ideoq; humano quidem more, ob carnem quam gestabat, dictũ est de eo: Attollite & introibit, ueluti homine introeunte: Diuino autem more, eundem, quia Verbum Deus est, dictum est ipsum esse & Dominũ & regem gloriæ. Decq; nostri istiusmodi exaltatione Dauid quoque uaticinium psalmo 23. edidit: In iustitia tua exaltabuntur, quoniam gloriatio uirium ipsorum tu es. Porro, si Filius iustitia est: nõ utiq; Verbũ, quasi iustitia indigeat, exaltatur: sed nos sumus, qui in iustitia, quæ ille ipse est, exaltamur. Iam quoq; & illud (donauit illi) non propter ipsum Verbum scriptum est: erat enim etiam anteqũ homo fieret (ut diximus) adorandum & ab Angelis, & ab uniuersa creatura, secundum suam è paterna substantia proprietatem: sed propter nos, & pro nobis, id de eo scriptum est. Sicuti enim homo mortuus est, & superexaltatus: ita quoque id, ut homo, accipere dicitur, quod ut Deus semper habuit, quo gratia ista semel accepta ad nos perueniret: Non enim diminutum est Verbum carnem assumendo, ut gratiam quoque desideret accipere, sed potius Deificauit q̃d induerat, & idipsum humano generi superaddidit: ut quemadmodum semper adorabatur quatenus Verbum erat, & in forma Dei existebat: ita quoque ille idem iam homo factus & IESVS appellatus, nihilominus haberet omnẽ creaturam pedibus suis subiectã, sibiq; in suo nomine genua flectentem, pariterq; confitentem Verbũ carnem factũ, mortemq; in carne sustinuisse, non ad ignominiam Deitatis, sed ad gloriam Dei Patris. Gloria autem Patris est, hominem iam conditum & amissum recuperari, emortuumq; uiuificari, templumq; Dei effici. Gloria enim nostra est, nostraq; sublimatio, q̃ quum Potestates, Angeli, Archangeli, eum semper adorauerint, nunc adorent sub nomine IESV Christi, eò q̃ Filius Dei homo sit factus. Neq; percellũtur stupore, dum uident nos Christi concorporeos in ipsorum sedes patriasq; induci. Quod nulla unq; ratione contigisset, nisi ille, qui in forma Dei est, formam serui accepisset, ac sese humiliasset, sinens corpus suum usq; ad mortẽ deuenire. Ecce, quod stultum erat Dei apud homines propter crucem, id omniũ longe honestissimũ est factũ, eò q̃ resurrectio nostra in cruce sit sita: nec iam duntaxat Israelitæ, sed & omnes gentes (ut uaticinatus est Propheta) idola sua relinquant, & Deum uerum Christi Patrem agnoscant, dæmonumq; iam præstigia abolita sint: unus autem uerus Deus in nomine Christi adoretur. Quòd autem Dominus in corpore natus est, inditoq; nomine IESV adoratur, habeturq; Filius Dei, ac per eum agnoscitur Pater: id euidenti ratione cõmonstrat, nõ Verbum quatenus Verbum est, eiusmodi gratiam, sed nos illam ipsam accepisse, eò q̃ per corporis illius cognationem, & templũ Dei, & filij Dei simus effecti: adeo, ut & in nobis iam Dominus adoretur: renuncientq; illi qui hoc uiderint, ut Apostolus dixit, Re uera Deus in illis est, Si
1.Ioan.1 cuti quoque & ab Ioanne in Euangelio scriptum est: Quotquot eum acce-

perunt

perunt,dedit eis potestatem ut filij Dei fierent. Ac rursus in epistola eiusdē: Inde cognoscimus cp in nobis manet, eò quòd de Spiritu suo nobis dede- Ioan.10
rit. Indicium id quocp eius erga nos bonitatis, in eo apparet, quòd nos ob Altissimum in nobis habitantem exaltamur,& gratia nostri conceditur, eo quòd dominus suppeditator istius gratię,homo sit factus ad similitudinem nostri. Ipse autem Saluator humiliauit seipsum, quoniam humile nostrum corpus assumpsit,seruicp speciem induit,amictus carne peccatis mancipata. Et ut ipse nihil ad sui meliorationem à nobis adeptus est: Verbum enim ut- pote perfectum & absolutum, nullius rei indigum est: ita nos contrà,ab eo meliores sumus redditi. Ipse enim est lux, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Frustra igitur innituntur Ariani coniunctio- ni isti,Ideo,dum à Paulo dicitur:Ideo & Deus exaltauit illum. Non em̄ præ Philip.2
mium uirtutis,necp præstantiam eius in proficiendo ijs uerbis significauit, sed causam sublimationis in nos redundantis. Nam quid hic aliud in istis uerbis significatur, quàm generosi Patris Filium,qui in forma Dei erat, se- ipsum humiliasse? & seruum pro nobis, & nostri gratia factum esse? Si e- nim Dominus homo factus non fuisset, nunquam nos à peccatis uindicati ex mortuis resurrexissemus,sed sub terris mortui relinqueremur: neque ad cœlos subuecti essemus,sed adhuc in orco remaneremus. Propter nos igi- tur & de nobis dictum est(exaltauit & donauit). Hāc ego arbitror istius di cti sententiam,eamcp in primis Ecclesiasticam. Quin hoc dictum ita rursus tractari liceat,ut alijs,sed paribus uerbis,idem exponas,nō eo conceptu ub- cū indicari, Verbū ipsum quatenus Verbum est,exaltari. Est enim (ut dictū est)altissimū,similecp suo Patri:sed resurrectionē ex mortuis in corpore eius significari. Quapropter quum dixisset,humiliauit seipsum uscp ad mortem, statim subintulit,ideocp (superexaltauit)cupiens ostendere,cp & si sicut ho mo mortuus fuerit,attamen,ut uita,exaltatus sit resurrectione. Is enim qui descendit,idem ille est qui adscendit. Descendit quidē corporaliter,resurre- xit autem ut Deus in corpore. Atcp illud ipsum est,cuius gratia subintulit in hac sententia coniunctionem (ideo) non mercedem uirtutis aut profectus, sed causam significantem,ob quam resurrectio facta esset:Et cur alij quidem homines ab Adamo uscp in præsens tempus morerentur, & mortui perma nerēt:Iste uero solus integer ex mortuis resurrexerit, causa ea est quam ipse priori loco statuit,quòd quum Deus esset,homo factus sit. Cęteros quidem homines ex solo Adamo oriundos, uitam cum morte commutasse, mor- tiscp tyrannidem in se passos esse: Secundum autem Adamum è cœlo esse, quippe,qui caro factus sit:Atcp iste homo è cœlo & cœlestis appellatur, eò quòd Verbum è cœlo descenderit,ideocp sub imperio mortis detineri non potuit:Nam etsi humiliauit seipsum,sinens suum corpus usque ad mortem procedere, quoniam moriendi capax esset, nihilo minus tamē illud è terris exaltauit,propterea cp in eo erat Filius Dei. Par igitur est quod hic dicitur, Ideo & Deus exaltauit illum,cum eo quod in Actis à Petro dicitur, Quem Actor.2
Deus exaltauit solutis doloribus inferni,quatenus impossibile erat eū sub eius imperio detineri. Vt enim apud ipsum Paulū scriptū est: Quoniā quū in Heb.2
forma Dei esset,homo est factus,& humiliauit seipsum uscp ad mortē, ideo

etiam Deus exaltauit illũ: ita quoq; à Petro dictũ est: Ideo quũ Deus esset, homo factus est. Signa aũt & prodigia, Petro alijsq; qui ea uiderant, ipsum esse Deũ ostenderũt, ideoq; fieri non poterat, ut sub morte detineretur: homini contrà impossibile erat, sese itidẽ instaurare: propriũ enim quiddã est homini sua mors, atq; ea de causa quũ Verbum esset Deus, caro factũ est, ut corpore mortificatus, uiuificaret omnes sua præsentia. Cæterum, quia dum mentio fieret de eius exaltatione, Deumq; illi donasse, creditũ est ab Arianis, in eo detrimentũ aut passionẽ substantiæ Verbi sitã esse, necessarium dictu est, quo sensu ista & mente referantur. Exaltari eñ dicitur ab inferioribꝰ locis terræ, quia mors quoq; ipsius exaltatio appellatur, & utrunq; de eo dicitur, quoniã eius erat, ac nõ alterius corpus, quod exaltatũ fuit ex mortuis, & in cœlos subuectũ. Iam uero quũ eius sit corpus, neq; Verbũ sit extra suũ corpus, merito exaltato corpore, ipse, ut homo, ratione corporis exaltatus esse memoratur. Si eñ homo factus nõ est, ne dicãtur ista de eo: sin autẽ Verbũ caro factũ est, necessum est de eo, ut de homine, pariter referri & resurrectionẽ & exaltationẽ, ut mors, quæ illius dicitur, redemptio sit peccati hominũ, & abolitio mortis: & ut resurrectio & exaltatio, per illũ in nobis firmitudinẽ & stabilitatẽ habeat. De utroq; aũt simul mẽtio habita est, & Deũ illũ exaltasse, & Deũ illi hoc donasse, ut denuo palã faceret, neutiq; eũ Patrẽ esse qui homo factus erat, sed Verbũ Patris, quod pro humanitatis ratione à Patre accipit, & ab eo exaltatur, ut dictũ est. Cæterũ, manifesta res est, nec est q̃ dubites, ea quæ à Patre dañ, per Filiũ dari. Estq; admirabile, & quod hominẽ plane attonitũ reddat, q̃ gratiã quã Filius à Patre largitur, eandẽ ipse in se recipere dicaṫ: & exaltationẽ quã Filius à Patre facit, ea ipsa est, qua filius exaltaṫ. Idem enim ipse est & Dei filius, & Filius hominis: Nam, ut Verbũ, quæ sunt patris, donat: omnia eñ quæ donat & facit Pater, per Filiũ donat & facit: ita è diuerso, ipse quũ sit Filius hominis, humanitus dicitur à se ipso accipere, quia aliunde nõ accipit, eò q̃ corpus illa recipiat, q̃d accipiẽdę gratiæ naturã idoneã capacemq; sortitũ est, ut dictũ est: Accepit enim, quatenus homo exaltabatur: illiusq; exaltatio erat, eum hominem Deificari: sed tamẽ Verbũ hoc ipsum semper possidebat secundũ suã ex Patre Deitatem & perfectitudinẽ. Certe, q̃d ab Apostolo dictũ est, talẽ habet interpretationẽ, impiosq; redarguit. Etiã illud Psalmographi eundẽ intellectum prodit, eumq; rectum, quẽ prauè isti interpretantur, Psalmus tamẽ illũ piũ esse demonstrat, quũ inquit: Thronus tuus Deus in secula seculorũ, uirga rectitudi
Psal. 44 nis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiã & odisti iniquitatẽ, propterea unxit te
Psal. 44 Deus, Deus tuus oleo exultationis prę participatoribꝰ tui. Videte Ariani, et saltẽ uel hinc cognoscite, participatores Domini cæteros omnes Psalmistã appellasse. Hic, si unus ex nõ entibus & creatis esset, fuisset & ipse unus ex istis participatoribus. Atqui, quũ eum, ut Deũ ęternũ, suo hymno celebrarit, dum inquit, Thronus tuus Deus in secula seculorũ, & reliqua omnia ex eo partem capere declararit, quid aliud intelligendum, q̃ alium illum esse à rebus creatis? Patrisq; solum ac uerum Verbum, Splẽdorem & Sapientiam? ex qua omnia creata participant, & sanctificantur ab eo per Spiritum, & hic quidem ungitur, non ut Deus fiat, nam antea id erat: neq; ut rex efficiatur,

quum

quum iam ab æterno regnaret, quippe, qui erat Imago Patris, quemadmodū ex hoc elogio ostēditur, sed pro nobis quoq; hoc inter cætera scriptum est. Nam reges Israelitæ inungendo reges fiebant, quū antea priuati homines essent, ut Dauid, & Ezecias, ut Iosias, cæteriq; alij. Saluator autē q̄uis Deus esset, & in regno patris perpetuo regnaret, ipseq; munerator Sancti Spiritus esset, tamen nunc in præsentia inungi dicit̄, ut iterū, cum sicuti homo Spiritu inungit̄, nobis hominibus, quemadmodū in exaltādo & resuscitādo fecit, ita quoq; isthic Spiritus incolatū cōtuberniumq; conciliet. Atq; id indicans suis uerbis Dominus in Euangelio dixit: Ego emisi eos in mundū, & pro illis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Hæc uerba usurpans satis indicauit, se non esse eum qui sanctificatur, sed qui sanctificat. Non enim ab alio sanctificatur, sed ipse seipsum sanctificat, ut nos in ueritate sanctificemur. Qui aūt seipsum sanctificat, Dominus est sanctificationis. Qua ratiōe igitur id fit, aut quo pacto id dicit, nisi ad istū modū? Ego qui Verbū Patris sum, mihi iam homini tribuo Spiritum, ac me iam hominem factum sanctifico, ut deinceps in me, qui Veritas sum: sermo enim tuus (ut ille ait) ueritas est, ut inquam in me omnes sanctificentur. Si autem in nostram uicem seipsum sanctificat, atq; id agit quum homo factus erat, satis cōstat & euidens est, descensionē Spiritus in eum in Iordane ad nos pertinere, eò q; ipse ferebat nostrum corpus: neq; id ad meliorationem Verbi, sed ad nostri sanctificationem factum esse, ut ipsius unctionis participes essemus, ac de nobis diceretur, An ignotum est uobis, q; templum Dei sitis, & Spiritus Dei habitet in uobis? Cum enim Dominus ut homo in Iordane lauaretur, nos illi ipsi eramus, q̄ in Domino & à Domino lauabamur. Et quū ille reciperet Spiritum, nos eramus illi ipsi, qui per Dominum ipsius spiritus capaces reddebamur. Quapropter, non quemadmodū Aaron aut Dauid, aut reliqui omnes, ita quoq; & ipse oleo inunctus est, sed aliter supra omnes cōsortes sui oleo lætitiæ. Quod oleum, Spiritum sanctum esse per Prophetam exposuit: Spiritus Domini super me, eò q; unxerit me: quemadmodum & ab Apostolo dictum est, q; Deus illum unxerit Spiritu Sancto. Quādo igitur ista de eo pronunciata sunt, nisi tum cum in carne constitutus baptizabatur in Iordane, ac Spiritus in eum descēdebat? Quin & ipse Dominus loquitur discipulis, Spiritus de meo capiet: &, Ego illum mitto: &, Accipite Spiritum Sanctum. Attamen is qui alijs donat, utpote Verbum & Splendor Patris, nunc dicitur sanctificari, postquam homo factus est: & ipsius est corpus, quod sanctificatur. Ex illo igitur & nos incepimus unctionem & signaculū adipisci, dicente quidem Ioanne, Nos unctionem habemus à Sancto: Apostolo uerò, uos signati estis Spiritu illo sanctę repromissionis. Igitur p̄pter nos, et de nobis est, quod isthic narratū est. Quis nam igitur ex istis rebus meliorationis profectus? aut quod nam uirtutis aut facti alicuius præmium ostenditur? Si enim, quū nō esset Deus, Deus factus esset: aut quū rex non esset, ad regnum euectus esset, haberet uester sermo aliquam umbram ueri similitudinis. Contrà, si & Deus est, & thronus regni eius æternus est, quid habet Deus in quo proficiat, suiq; melioraſcēdi progressiones faciat? aut quid defuit illi in solio Patris sedenti? Iam, si (ut ipse quoque Dominus

Ioan. 16

Esa. 61

Ioan. 15

Ioan. 20

locutus

locutus est)suus est Spiritus,Spiritusq; de eo capit,& ab ipso èmittitur, nõ utique Verbum, quatenus Verbum & Sapientia est, à Spiritu inungitur, quum is ab eo donetur: sed caro assumpta ab ipso,illa est, quæ in eo, & ab eo inungitur,ut sanctificatio quæ in Dominum, ut in hominem, infertur, in homines deinde ab eo dimanaret.Non enim à se(ut ille ait) Spiritus loquitur,sed Verbum est,à quo Spiritus in dignos confertur.Simile est & id
Philip.2 quoque superiori dicto. Vt enim Apostolus dicit:Qui quum in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est,esse se æqualem Deo, sed seipsum exinaniuit,formam serui accipiens,ita quoq; & Dauid,æternum eum Deum & Regem missum ad nos,& assumpto nostro corpore,quod mortale est, morta-
Psal.44 lem appellauit:id em̃ ab eo istis uerbis indicatur: Myrrha & stacte & casia à uestimentis tuis:simulq; hoc ipsum à Nicodemo, & ijs quæ comitabantur Mariam,ostenditur,quo tempore ille ueniebat deferens miscellam myrrhæ & aloes quasi libras centum: Istæ autem apportabant aromata,quæ adorna uerant ad sepulturam corporis Domini. Quid igitur in hoc aut commodi aut profectus ei,qui immortalis erat,dum mortem assumit? aut quæ melioratio ei,qui æternus erat,dum,id quod temporarium erat,amicitur? aut qd̃ præmium inde fuerit æterno Deo & Regi,recubantiq; in sinu Patris? Iaḿ ne ergo uidetis ea ipsa pro nobis,& propter nos acta & scripta esse, ut Dominus homo factus,nos,qui mortales & temporarij eramus,immortales faceret,& ad ęternum regnum cœlorum introduceret? Iaḿ ne igitur erubescitis ita mentientes contra sacram scripturam? Aduentu enim prẹsentiaq; Domini IESV Christi, nos quidẽ meliores redditi sumus,utpote liberati à peccato,ipse tamen idem est:neque ubi homo factus est(quia hoc iterum dicendum)mutatus fuit,sed ut scripto proditum est, Verbum Domini manet in æternum: nimirum, quemadmodum ante incarnationem quum Verbum erat,donauit Sanctis spiritum ut suum & peculiarem:ita quoque iam homo factus,omnes sanctificans,ita suos discipulos alloquitur,Accipite Spiritum Sanctum: ita quoque Mosi dedit,& cæteris illis septuaginta.Ac propterea
Psal.50 Dauid apprecatus Patri in hæc uerba erumpit:Et Spiritum tuum,Spiritum illum Sanctum ne auferas à me.Et quum homo iam factus erat,locutus est:
Ioan.14 Mittam uobis consolatorem Spiritum illum ueritatis:idq; quod dixit,præstitit.Missus em̃ est Spiritus à Verbo Domini, qui mentiri non potest. Igit̃ IESVS Christus heri & hodie idẽ est in secula incõmutabilis permanens,& ipse idẽ ille est,qui dat & accipit: dans quidẽ ut Verbũ Dei, accipiens uero ut homo.Non ergo Verbũ quatenus Verbum,melioratione accipit, habuit enim omnia & perpetuò habet:sed homines sunt,qui initium accipiendi in illo & ab illo obtinuere.Quapropter,quum ipse humano more inungi memoratur,uos estis,& nos sumus,qui in eo inungimur:ideo quum ille baptizaretur, nos eramus in quos ille baptismus perueniebat. Omnia ista
Ioan.17 clara,manifestaq; Saluator noster reddit,dum Patri dicit:Et ego gloriã quã dedisti mihi,dedi & illis, ut unum sint, quemadmodum nos unum sumus: propter nos igitur gloriam postulabat, & illud (accepit) & illud (donauit) & illud(exaltauit)ideo dictum est, ut nos acciperemus, ut nobis donare-
Hæc Græcus textus non habet tur, & nos exaltaremur in eo:* quemadmodũ seipsum sanctificat, ut nos

sanctifice-

nos sanctificemur in eo.* Quòd si idcirco, quia additū est in Psalmo: Ideoq; unxit te Deus, Deus tuus, ex uocula (ideo) causificandi sibi prætextum ad quæuis instruunt, sciant isti Sacrarum literarum imperiti, impietatisq; inuē- tores: quanquam hoc uocabulum ideo, hic occurrit, non mercedem tamen uirtutis, aut operis Verbi Dei significari, sed causam eius aduentus ad nos, eiusq; unctionis, quæ in illo pro nobis fiebat. Non enim dixit, ideo unxit te, ut Deus, aut Rex, aut Filius, aut Verbum fieres: nam & antea hoc ipsum e- rat, semperq; est, ut argumentis demonstratum est: sed potius propterea, quia & Deus, & Rex es, ideo inunctus es. Non enim alterius erat coniun gere hominem cum Spiritu Sancto, quàm tui ipsius, qui es Imago Patris, ad quam ab initio creati eramus, quoniam tuus est Spiritus. Neque enim rerū conditarum natura digna erat aut idonea ad id negocium, quum & ange- li præuaricati essent, & homines inobedientes fuissent, ideo opus erat ipso Deo (Verbum autem est Deus) ut eos qui sub maledictione essent, assere- ret. Si igitur ex non entibus extitissēt, Christus esse non potuisset, utpote u- nus è uulgo rerum ac participator cum cæteris futurus. Cæterū, quia Deus est, quia Rex æternus & Splendor, & Character Patris, ideo ipse est qui ex pectabatur Christus, quum Pater hominibus annunciat, dum eum Prophe- tis reuelat, ut quemadmodum per eum facti sumus: ita quoq; in eo omnium à peccatis redemptio conficeretur, & omnia ab illius imperio regerentur. Atq; hæc est causa unctionis, qua ille imbutus est, aduentusq; Verbi in car nem: cuius intuitu Psalmographus & Deitatem eius, & regnum Paternum hymno celebrat: Thronus tuus (inquiens) Deus in secula seculorum, uirga rectitudinis, uirga regni tui, & eius ad nos descensum his uerbis exponit: I- deo unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Quid igi- gitur miri, aut quid incredibile, si Dominus, qui Spiritum dat, ipse nūc dicit Spiritu inungi: qui, ubi necessitas requirebat, non recusauit ratione humani tatis seipsum etiam inferiorem Spiritu pronunciare, quippe, Iudæis loquen tibus in Beelzebud eum eijcere dæmonia, respondit & dixit illis, postq; eos conuicisset falsa & impia dicere: Si ego in Spiritu Dei eijcio dæmonia. Ecce tibi Spiritus datorem, in Spiritu se asserentē eijcere dæmonia, quæ uerba ni hil aliud sibi uolūt, nisi ratione carnis id dictū fuisse, eò q; nō idonea satis ne- que efficax erat humana natura, ut per se dæmonia, sine præsidio Spiritus eijceret: ideo ueluti homo hoc uerbū prolocutus est, Sin autem ego in Spi- ritu eijcio dæmonia. Quin & blasphemiam in Spiritum Sanctum, maiorē quàm in suam humanitatem hoc dicto indicauit, Quicunq; dixerit aliquod uerbum in Filium hominis, habebit remissionem. Cuius generis sunt quum de illo fabularentur: nonne hic est fabri filius? Contrà, qui in Spiritum San- ctum blasphemantes opera Verbi Dei, diabolo ascribunt, illis pœna inde- precabilis infligetur. Hæc quidem Iudæis ut hominibus locutus est Domi- nus: discipulis contrà, Diuinitatē & Maiestatē suam exhibens, non iam mi- norē se Spiritu, sed parem ostendit. Dabat enim Spiritū ac dicebat: Ego il- lum mitto, & ille glorificabit me, & quæcunq; audiat, loquetur. Quemad- modum igitur hic ipse Dominus munerator Spiritus non grauatur dicere, se in Spiritu Sancto eijcere dæmonia, ut homo: ita q̄q; ad eundē modū, non

Psal. 44

Psal. 44

Matth. 12

Matth. 13

Matth. 12

Ioan. 16

graua-

Esa. 61 grauatur idē ille Sācti ſpiritus largitor de ſe prædicare: Spiritus ſanctus ſuper me, quoniā unxit me, idq; reſpectu carnis quā induerat (ut ait Ioannes) ut utrūq; in nobis oſtenderet, & nos eſſe qui in ſanctificādo gratia Spiritus Sancti indigeremus, & qui impotentes eſſemus ad eiſciēda dæmonia abſq; uiribus Spiritus Sancti. Per quem autem, & à quo tandem conueniens erat Spiritum Sanctū donari, niſi per Filium, cuius Spiritus eſt? Quando autem nos accipere potuiſſemus, niſi quum Verbū (ut Apoſtolus ait) homo erat factum? neque fieri potuiſſet, ut liberaremur aut exaltaremur, niſi is qui in forma Dei erat, formam ſerui accepiſſet. Idem à Dauide declaratur, nos extra ſpem participandi Spiritus & ſanctificationis futuros fuiſſe, niſi donator ille Spiritus Verbum, dixiſſet ſe Spiritu pro nobis ſanctificari. Ideoq; nos firmiter accepiſſe cognouimus, quia ipſe profeſſus eſt ſe in carne inungi. Dū enim caro in illo primum ſanctificatur, & ipſe dicit ſeſe, ut hominem propter carnem eam gratiam Spiritus ſuſcepiſſe, factum eſt, ut nos illam ex ple-
Pſal. 44 nitudine dimanantem acceperimus: ideoq; dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, additum eſt in Pſalmo, non, ut uos intelligitis, mutabilem Verbi naturam declarans, ſed potius eius immutabilitatem oſtendens. Quum enim rerum conditarum natura conuertibilis eſſet, aliiſq; præuaricatione, aliꝰ inobedientia peccaſſent, ut dictum, neque in ſtudijs ulla firmitas ſubſiſteret, ſubinde, bono in alio mutato: adeo, ut qui in præſentia eſſet iuſtus, paulo poſt talis non appareret: ideo inconuertibilis natura requirebat, quo homines immutabilem Verbi iuſtitiam pro formula & exemplari ad uirtutem capeſſendam haberent. Iſtiuſmodi intellectus probæ rationis eſſe à prudentibus cenſebitur. Primo enim homine mutato, & morte per peccatum in mundum introgreſſa, neceſſe omnino fuit ſecundum Adam immutabilem eſſe, quo, ſi denuo ſerpens eum inuaderet, impoſtura illius uim nullam aut efficaciam haberet. Ideo enim ſerpens in conatibus ſuis elangueſcit, & uiribus deſtituitur, quia Dominus eſt inconuertibilis & inalterabilis. Sicuti enim prꝫuaricante Adamo, in omnes homines peccatum dimanauit: ita quoque Domino homine iam facto, & ſerpentem euertente, in omnes homines iſtiuſmodi uigor tranſmeauit: adeo, ut ſingulis noſtris liceat dicere: Non ignoramus illius cogitationes. Quocirca merito Dominus, qui ſemper & ex natura immutabilis eſt, diligitq; iuſtitiam, & odio habet iniquitatem, inungitur & emittitur, ut idem ſubſiſtens idemq; permanens, mutabili carne aſſumpta peccatum in carne condemnaret, & liberam ipſam aſſertamq; redderet: quo deinceps iuſtitia legis in ea adimpleatur, & fas ſit, bonoq; iure liceat dicere: Nos autem non ſumus in carne, ſed in Spiritu, quum Spiritus Dei habitet in nobis. Fruſtra igitur uobis Ariani opinio concepta eſt, fruſtraq; ex ſcripturis Sacris cauillationes quæritis. Verbum enim Domini incommutabile eſt, & ſemper ſe eodem modo habet, neq; id ſimpliciter, ſed eadem ratione, qua Pater ſuus. Alioqui, quomodo ſimilis fuerit, ſi non ita ſe habeat? aut quomodo omnia quæ Patris ſunt, Filiꝰ fuerint, niſi & immutabilem & inalterabilem naturam parentis poſſideat? Non, ut obnoxius legibus: non, ut in alterutram partem deflexibilis, ut hoc amet, illud auerſetur: metuq; excidēdi, alterum potius deſumat, & ita mutabilis iudicetur, ſed

potiùs

potius ut Deus, & Verbū Patris, & iudex ac uirtutis ſtudioſus, uel potius choragus ſuppeditatorq; uirtutis oſtendatur. Iuſtus ergo natura & Sanctus quum ſit, iuſtitiam diligere pronunciatur, & odiſſe iniquitatem, quod idem eſt ac ſi dicas, illum probos diligere & ſibi adiungere: Iniuſtos autem auerſari, & odio perſequi. Quū ſcripturæ ſacræ hoc ipſum quoq; & de Patre loquantur: Iuſtus eſt Dominus, & iuſtitiam dilexit, & odio habuit operantes iniquitatem. Pſal. 86
Et portas Sion diligit, tabernacula Iacob magni facit: & Pſal. 86
Iacob quidem amauit, Eſau uero odio habuit: ac ſecundū Eſaiam uox Dei Rom. 9
eſt rurſum dicentis: Ego ſum Dominus odio habens iuſtitiam, odio perſequens rapinas iniuſtitiæ: ne igitur hic uerba eadem prauitate qua illa, excipiant: quum illa ſint de imagine Dei conſcripta, hæc de Deo Patre. An hic quoq; eadem prauitate in intelligēdo utentes, Patrem etiam cōmutabilem eſſe interpretabuntur? quod certe uel ex alijs audire, non eſt uacuum à periculo. Si ergo iſtud recte de Patre intelligimus, diligere illum iuſtitiam, & odiſſe rapinas iniuſtas: non tamen ita ut in alterutram partē uergat, aut contrariorum ſit capax, & in delectu hoc ſumat, illud auerſetur (id enim proprium rerum creatarum) ſed q̄, ut cenſor & Iudex, iuſtos diligat & ſibi conſocient: à malis autem procul ſe auferat. Conſequens igitur fuerit, etiam de Imagine hæc uerba de odio eius & dilectione in eandem mentem interpretari: talem enim naturam eſſe Imaginis oportet, qualem eſſe Patris intelligimus, etiamſi Ariani ut cæci, neq; hoc neq; aliud quippiam in Sacris literis uident: excidētes enim à mente cogitationum ſuarum, uel potius ſtultitiarum ſuarum, rurſus ad uerba Sacrarum literarum cōfugiunt, in quę ipſa ſolito ſuo more prauo ſenſu incurrentes, mentem quæ inibi latet, non conſpiciunt, & ad impietatem ipſorum quaſi ad regulam omnia dicta Sacrarū literarum cōtorquent, quibus etiamſi tantūmodo ore ſonarent, dicendū eſſet, Erratis, non intelligentes ſcripturas, neq; potentiam Dei, In quibus ſi pertinacius hæreant, digni ſunt, qui pudore ſuggillentur, & audiant, Reddite, quæ ſunt hominis, homini, & quæ Dei, Deo. Sed ſcriptum eſt, inquiunt, in Prouerbijs: Dominus creauit me principiū uiarum ſuarū, ad opera manuū ſuarum. Eſa. 45
Et in epiſtola ad Hebræos ita Apoſtolus loquitur, Tanto præſtantior Angelis factus, quāto præſtantius nomen præ illis ſortitus eſt: & paulò pòſt, unde fratres Sancti, Vocationis ſupercœleſtis participes animaduertite Apoſtolum & Pontificem confeſſionis noſtræ IESVM, fidelē exiſtere ei, qui ipſum creauit. Et in Actibus: Notum ſit igitur omnibus uobis & populo domus Iſrael, q̄ Deus hūc IESVM dominum & Chriſtum fecit, quem uos crucifixiſtis. Ex his uerbis ſurſum deorſumq; iactatis, errabundi in intelligendo hanc ſententiam colligunt, Verbum Dei creaturam eſſe, & opus, & unum ex rebus conditis: atq; ita decipiunt ſtultos, dum quidem in ſpeciem ueri uoces ſcripturæ prætexunt: pro uera tamen ſententia, uenenū ſuæ hæreſeos aſpergant. Nam ſi cognouiſſent, non impiè egiſſent aduerſus Dominum gloriæ, neq; quæ recte ſcripta ſunt, praue interpretarentur. Si igitur palàm iam deinceps, moribus Caiaphæ ſuſceptis, iudaizare decreuerunt, ut ignorent quod ſcriptum eſt, Deum re uera in terris habitaturum fuiſſe, ne argumenta colligant ex uerbis Apoſtolorum: id enim nequaq; Ioh. 1

dæorum est. Quòd si impijs Manichæis sese admiscentes, non agnoscunt Verbum carnem esse factum, aut eius in carne præsentiam, ne mihi allegẽt Prouerbia Solomonis: id enim alienum est à Manichæis: sin aũt simulandi Christianismi gratia, & eius qui inde prouenit quæstus, & famæ causa, non audent inficiari, Verbum (quia id scriptum est) carnem esse factum: aut uoces de corporali Saluatoris præsentia recte intelligant, aut si mentem eorũ inficiantur, inficiẽtur quoq; Dominum hominem esse factum. Indecorum est enim, confiteri quidem Verbum carnem esse factum, pudere tamen interim eorum uerborum, quibus id pronunciatur: &, quia pudet, Scripturæ mentem corrumpere. Scriptũ est enim, Tanto melior Angelis factus, quod primum examinandũ est. Opus aũt hic est, ut obserues, quod ubiq; in scripturis faciundũ, ad quæ′nam tempora Apostolus sua uerba direxerit, quæ sit persona, quod item exemplum, & qua de causa sit scriptum, fideliter excerpere: ne seiuncta sint ista à suis rationibus: ac diuersum aliquid ab ipsis imperitior aliquis legens, à recto intellectu deuius abeat. Id enim eunuchus
Actor.8 ille discendi studiosus cognitum habens, adhortabatur Philippum, Obsecro te, inquit, de quo′nam istud Propheta loquitur, de seipso′ne, an de alio quopiam? metuebat siquidem, ne prætermissa persona uerba excipiens, à recto intellectu aberraret. Discipuli item cupientes intelligere rerum futu-
Matth.24 rarum tempora, rogabant Dominum his uerbis, Dic nobis quando ista futura sunt? & quod′nam signum aduentus tui? & ipsi quoq; audientes de fine mundi, tempus eius cognitum habere uoluerunt, quò certiores facti, nõ errarent, sed alios instruere possent. Instructi igitur eius rei scientia Thessalonicenses alioqui erraturos in uiam reduxerunt. Cum igitur quis ista probe intellecta & obseruata habet, rectum quoq; & sanum Fidei intellectum habuerit. Contrà, si diuersa ab istis seiunctaq; à ueris personis, temporibus, causis, ex scripturis colligit, statim in hæresim delabitur. In tempore erraue runt Hymenæus & Alexander cum suis gregalibus, quum dicerent, resurrectionem iam contigisse: post tempora autem Galatæ, amplectentes etiam nunc circũcisionem. In delectu personæ laborant & cæcutiunt usq; in hodiernũ diem ludæi, existimãtes de uno ex suorum numero dictum esse: Ec-
Esa.7 ce, Virgo concipiet, & in utero habebit, & pariet Filium, & uocabunt nomen eius Emanuel, quod est ex interpretatione, nobiscum Deus. Atq; itidem illud, Prophetã uobis excitabit Dominus,
Deut.18 arbitrantur de aliquo Pro-
Esa.53 phetarum dici: Illud uero, Veluti ouis ad mactationem ductus est, non didicerunt à Philippo, sed opinantur de Esaia memorari, aut de aliquo superiorum Prophetarum. Idem passi Christi perduelles, in sceleratam hæresim exciderunt. Si enim personam, rem, tempus Apostolici dicti cognoscerent, nunq; humana in Deitatẽ transferentes, tam impie & stulte aduersus Christum sese habuissent. Id intueri licebit, si initium lectionis denuo repetitum
Heb.8 probe excipias. Dicit enim Apostolus, Multifariàm multisq; modis olim
Heb.8 Deus locutus est Patribus nostris per Prophetas: ultimis aũt diebus locu-
Heb.8 tus est nobis in Filio: atq; ita paulò pòst dicit, Perfecta ab eo nostrorũ pec-
Heb.8 catorum purificatione, ipsum sedere ad dextram Maiestatis in excelsis, tanto superiorem Angelis factum, quanto præstantius nomẽ præ illis sortitus

est,

est.De eo igitur tempore quo nobis per Filium locutus est,quum peccatorum purgatio fieret,Apostolicum dictum mentionem facit. Quando autē nobis locutus est in Filio? aut quando purgatio peccatorū facta? aut quando natus est homo? nisi post Prophetas, idque in ultimis diebus. Deinde, quum narratio haberetur de nostri cura ac dispensatione, decp ultimis temporibus,ad contextum argumenti pertinebat,ut diceret, Deum necp superioribus ætatibus tacitū fuisse,sed locutum esse per Prophetas, & ubi Prophetæ suo officio perfuncti essent,& lex per Angelos sua edicta pronunciasset,& Dominus ad nos immigrasset,& ad ministrandum accessisset, tunc demum necessario subintulit, Tanto melior Angelis factus, ostendere uolens,Quanto Dominus præ seruo excellat,tanto functione officiocp seruorum,Filij administrationē meliorem fuisse.Functiones igitur discriminans Apostolus,ueterem & nouam libere & cum fiducia ad Iudæos in hæc uerba scribit: Tanto melior Angelis factus. Quapropter illa sentētia, tanto maior Angelis factus, non in totum per cōparationem dicta est, cp maior aut precio∫ior esset,ne quis quasi de cognatis eiusdemcp generis rebus hęc uerba intelligat:sed ideo præstantiorem illum dixit, ut discrimen naturæ Filij ad res creatas indicaret: cuius rei certū documētū ex literis Sacris habemus, ubi Dauid loquit in hāc sentētiā, Melior una dies in atrijs tuis supra mille- *Psal.83*
nos præsentes: Solomone itē suffragāte: Sumite disciplinā & nō argētū,& *Prou.8*
cognitionē præ auro probate: Melior em sapientia lapidib⁹ sumptuosis: omnecp quod precio∫um est,nō est ea dignū. Quid? an nō sunt diuersi generis,sapientia,& lapilli ex terra? Quæ aūt cognatio cœlestibus atrijs, & domicilijs terrestribus? aut quid simile æternitatibus & spiritualibus, ad temporalia & mortalia? Id enim est,quod Esaias ait: Hæc Dominus noster eu- *Esa.56*
nuchis dicit,quotquot seruauerint sabbata mea,et elegerint quæ ego uolo, & adhærēt testamēto meo,dabo illis in ædibus meis,& in mœnibus meis, locum memorabilem, & præstantiorem filijs & filiabus, nomen æternum dabo eis,& non deficiet.Est ergo eadē ratione nihil cognationis Filio cum Angelis:& quia nihil cognationis est,non per cōparationem dictum est illud(melior)sed per distinctionem,& ad differentiæ notam,& ut diuersitas naturæ Filij cum Angelis ostēderetur. Quin ipse Apostolus illud (melior) exponens,non in alia re, cp in distinctione Filij, rerumcp conditarum usurpat: dum hūc quidem Filium,illos uero mancipia appellat: & hunc ut Filiū Patri à dextris assidere,illos uero ut seruos apparitorum & nunciorum munere,alijscp ministerijs fungi. Quum res igitur ad istum modum descripta sit,nō creatus inde,ô Ariani,Filius ostēditur,sed alius à rebus creatis: quippe,qui sit proprius sui Patris,& in Patris sinu recumbat.Nam quod hic scriptum est(factus)non creatum Filium significat, quemadmodū à uobis existimatur.Si enim simpliciter dixisset,factus,ac reticuisset illud, erat, occasio aliqua Arianis data fuisset:uerum,ille eum Filium iam antè dixit,ac toto tenore tractatus illum declarauit diuersum esse à rebus creatis, necp illud (factus, siue natus) seorsum disiūctimcp posuit, sed copulauit unà cū hoc uerbo(melior):promiscuā enim indifferentemcp eam uocem arbitratus est,intelligens eam de Filio ex confesso,& citra cōtrouersiam legitimo dici, quū

factus, hoc loco id ipsum sit, quod fuit, siue extitit. His accedit, ꝙ uox melior statim adiũcta est. Quod enim creatum est, nihil refert, siue illud factũ esse, siue conditum appelles, eò quòd quæ creata sunt, genita esse nequeãt, quum sint opera, nisi postmodum participantia de Filio, ipsa quoꝙ genita & nata, uocitentur: necꝙ tamen id ex propria sua ui aut natura, sed ex cõmunione essentiæ Filij in Spiritu Sancto. Et id quoꝙ cognitum habent Sacræ
Ioan.1 scripturæ: de rebus enim creatis dicunt, Omnia per ipsum facta sunt, & omnia in sapientia fecisti: Cæterum de liberis genitis, facti (inquit) sunt Iobo filij septem, & filiæ tres: Et, Abraham erat centum annorum, quando factus est ei Isaac filius suus. Moises item dixit, Si alicui liberi facti fuerint. Si igitur Filius alius est à rebus factitijs, & Patris sui proprium germẽ, euanuit Arianis sua occasio in hoc uerbo (factus). Quòd si iterum attrita fronte uiolẽter obijciant, uerba ista per cõparationem esse dicta, ac propterea cõparata eiusdẽ generis esse debere, atqꝙ inde colligi, Filium habere genus ad naturã Angelorum, saltem eos pudebit: quòd si Valentis, & Carpocratis imitatores se præbeant, atqꝙ eadem sonent: quorum Valentianus, Angelos congeneres Christo pronunciauit: Carpocras autem, eos mundi conditores appellauit: A magistris nimirum eiusdem farinæ & isti instituti sunt, qui Verbum Dei cum Angelis in cõparationem mittunt: sed confundentur in istis
Psal.81 euanidis suis imaginationibus à Psalmista, qui ita loquitur, Quis comparabitur Domino in filijs Dei? aut quis inter deos assimilabitur tibi Domine? Sed tamen audiant, modo uel sic intelligant, in congeneribus ex cõfesso solere cõparationes fieri, non autem in ijs quæ genere disconueniunt. Nemo
* In Græco textu non habentur. enim Deum cum homine contulerit: * aut hominem cum Deo: * aut hominem cum brutis: aut lignum cum lapidibus, ob dissimilitudinem naturæ, quum Deus sit res incõparabilis: id quod contrà se habet in homine ad hominem, in ligno ad lignum, in lapide ad lapidem: nec est qui dicat, quid inter ista sit melius, sed quid magis ac plus est. Ita Ioseph speciosus erat magis ꝙ fratres sui: & Rachel quàm Lya: stella uerò non stella melior, sed magis differt in fulgore: contrà aũt se res habet in genere diuersis: Quum enim ea inter se cõmiseris, tum quid superius, quid inferius sit indicas, quemadmodum in cõparatione sapientiæ cum lapidibus. Si igitur loquutus fuisset Apostolus, Tanto magis Filius Angelos antecedit, aut tanto maior est, esset uobis data aliqua occasio, ex cõparatione Filij ad Angelos: nunc aũt, quum dicit eum meliorem esse, ac tantum distare, quantũ distat Filius à seruis, declarat eum alium diuersumꝙ esse ab Angelorum natura. Cæterum, quum rursus dicit, eum fundasse uniuersa, ostẽdit illum alium esse à rebus creatis. Quare, quum alius sit & diuersæ essentiæ præter rerum creatarum naturã, quæ quæso comparatio aut similitudo eius fuerit ad res creatas? Quòd si hic rursus aliquid cõminiscantur, non deerit Paulus qui eos refutet, hæc eadem loquens: Cui enim Angelorum dixit unquã, Filius meus es tu, ego ho
Psal.103 die genui te: & de Angelis longe aliter, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flammantem. Ecce, res creatas Deum facere pronunciat, easꝙ nominibus operum appellat: in Filio contrà, non opus aut creationem constituit, sed æternum illum, & regem, & rerum opificem prædi-

cat dicens: Thronus tuus in ſecula ſeculorum: Et, Tu in initio Domine ter- Pſal.44
ram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli: Ipſi peribunt, tu autem Pſal.101
permanes. Ex quibus uerbis modo uoluiſſent, intelligere potuiſſent alium Pſal.101
eſſe architectum rerum, alias eſſe res architectatas, illumq; eſſe Deum, iſtas uero creaturas, et ex nõ entibus conditas. Nã quod dicitur, Ipſi peribũt, nõ ita dictũ eſt, quaſi in perniciem ſit abitura rerum conditio, ſed ut ex mentione finis, initiũ & naturã rerũ conditarũ demonſtraret. Nam quæ interire queunt, etiam ſi per gratiam conditoris non intereant, ea ipſa ſeſe ex non entibus procreata eſſe, & aliquando nõ fuiſſe, ſuo teſtimonio prodũt. Qua propter iſtud de iſtis, ut eiuſmodi natura præditis, dictũ fuit: de Filio contrà: Tu aũt permanes, ut æternitas illius demonſtraretur. Quum igitur nequeat perire ſicuti res creatæ, eò q; præditus ſit ui in ęternum permanendi, aliena nimirum habenda ſunt ea uerba ab ipſius natura, non fuit, antequã fieret: proprium enim illi eſt, ſemper eſſe, & permanere cũ Patre. Si igitur iſta Apoſtolus nõ ſcripſiſſet in epiſtola ad Hebræos, tamen uel ex alijs epiſtolis eius, atq; adeo ex uniuerſa Scriptura impedimenta illis obijciebãtur, ne talia de Filio cõminiſcerentur. Cæterum, quandoquidem ipſe ſcripſit, et in uerbis ſuperioribus demonſtratum eſt, Filium eſſe ſubſtantiæ Patris, illumq; condere omnia, & omnia condita ab ipſo gubernari, eundemq; eſſe & Splendorem, & Imaginem, & Sapientiam Patris: creaturas contrà inferiores Trinitati aſſiſtere, ac inſeruire: fieri non poteſt, quin diuerſi ſit generis Filius, alteriusq; ſubſtantiæ, cũ res creatæ, ac potius ſubſtãtiæ Patris proprius, ac eiuſdem naturę. Atq; eam ob cauſam non eſt dictum à Filio, Patrẽ ſuum ſe meliorem eſſe, ne ſeipſum externum alienumq; ab illius natura exiſtimarent: ſed Pater (inquit) maior eſt, non quidem magnitudine aut æta- Ioan.14
te, ſed quia ex illo ortũ habebat. Quinimo in his ipſis uerbis, Pater maior me eſt, ſuæ ſubſtantiæ proprietatem demonſtrauit, atque adeo Apoſtolus ipſe non ſubſtantiam Verbi principaliter in cõparationem cum rebus creatis deducere uolens, hæc uerba locutus eſt, Tanto præſtãtior factus: Incomparabile enim eſt, ac potius aliud atq; aliud exiſtit: ſed ad Verbi in carnem aduẽtum, eiusq; functionẽ, quam tum adminiſtrabat, reſpiciens, illũ non ſimilem eſſe prioribus nuncijs ac legatis oſtendere uoluit: ut quantum natura diſcreparet ab illis, qui antea miſſi erant, tanto magis gratia per eum, & ab eo data, intelligeretur eximia & excellentior eſſe præ angelorum miniſterijs. Seruorũ enim erat, repoſcere duntaxat fructus: Filij ac Domini, gratiã debiti facere, & uineã ad alios transferre. Certe, quæ ſubijciũtur ab Apoſtolo, diſcrimen inter Filiũ & creaturas oſtẽdunt, quum ita loquatur: Quapropter oportet nos tanto abundantius intendere in ea quæ nobis euangelizata ſunt, ne nobis præterfluant. Si enim ſermo per Angelos pronunciatus firmus ac ratus fuit, & omnis præuaricatio & obauditio accepit iuſtam mercedis retributionem: quomodo nos effugerimus, negligenter contemptimq; habita tanta ſalute Verbi, quod quũ initium ſuæ promulgationis à Domino accepiſſet, ab ijs quæ ab ipſo audierant, in nobis cõfirmatum fuit. Si igitur creatura Filius eſſet, ac non melior creaturis, nequaq; maior pœna aduerſus ipſius refractarios ac cõtumaces repoſita fuiſſet. Non enim ex mi-

nisterio singulorum Angelorum oriebatur illud minus et maius in delicto uel supplicio, aduersus eos qui præuaricati erant, sed una erat lex, unaq; legis in contumaces uindicatio: uerum, quia non est ex numero creaturarum Verbum, sed Filius Patris, ideo, quanto ipse est melior, melioraq; ea sunt quæ instituit, tanto quoq; punitio tetrior atq; grauior fuerit. Spectent saltem gratiam per Filium datam, & cognoscãt ipsum ipsis rebus probari, cõtestatumq; reddi, alium diuersumq; esse à rebus creatis, solumq; uerum Filium in Patre, et Patrem in ipso existere, Lex quidẽ per Angelos locuta est, sed nihil absoluit, quum opus haberet præsentia Domini, ut Apostolus dixit. Verbi, contrà, præsentia absoluit opus Patris, ac tũc quidem ab Adam usq; ad Moisen mors dominata est: sed Verbi superuẽtus mortem destruxit: neq; iam amplius in Adã morimur, sed in Christo omnes uiuificamur. Ac tunc quidẽ ab Adam usq; ad Bersabæam lex promulgabatur, & in sola Iudæa Deus erat cognitus: nunc, contrà, in omnẽ terrã exijt sonus ipsius et omnis terra adimpleta est cognitiõe Dei, discipulíq; ea disciplina instructi, docuerunt omnes gẽtes. Et impletũ est nunc, quod scriptum est alibi, Erũt omnes dociles Dei. Et tum quidẽ nihil nisi formulæ deliniationesq; erãt, quæ ostendebantur: nunc aũt ueritas exhibita est, quod ab Apostolo iterum planissime exponitur: Tanto melioris testamenti author promissorq; fuit IESVS. Ac rursum, Nunc aũt tãto adeptus est excellentiorẽ functionẽ, quanto melioris testamẽti mediator est, ac interpres, utpote quod sub melioribus repromissionibus sancitum sit. Lex etenim nihil absoluit, sed melioris spei præinstructio fuit. Et rursus: Necessariũ igitur fuit, ut exemplaria eorum quæ in cœlis erant, illis cœlestibus purificarentur: ipsa aũt cœlestia, unde exemplum mutuatum est, melioribus, quàm quæ nostræ sunt, uictimis colerentur. Istud igitur (melius, & nunc) & per totum uerborũ contextum accõmodat Domino, qui & rebus creatis & melior est, & alterius naturæ: melior enim eius sacrificatio, melioríq; in eo spes, meliores item per eum repromissiones: nõ quasi magna cum paruis, sed quasi diuersa cum rebus diuersæ naturæ in cõparationem mittantur, eò q; is, qui ista gessit, melior sit rebus creatis. Iam & id quod dicitur, Spõsor factus est, sponsionẽ ab illo pro nobis factam significat. Vt enim, quum Verbum esset, caro factus est, & quòd factus esse incepit, carni imputamus: ea enim creabilis est, & ut fiat condaturq;, naturam habet: ita hic quoq; sponsorem esse factum intelligimus, ut illum sponsorẽ in secundo Adamo, qui his uocibus innuitur, accipiamus, eò quòd homo sit factus. Et ut sentiant isti contentiosi, se quoq; ab isto malitioso cõmento deturbari, neq; ibi pedem sistere posse, audiãt Paulum, non substantiam eius nasci creariq;, significare, quippe, qui eum sciret Sapientiam, & Splendorem, & Imaginem Patris, sed secundum dispositionis decretiq; functionem illum nasci, fieriq; indicare, secũdum quam mors, quum regnaret, abolita est: ideo enim administratio illius melior extitit, eò quòd impossibilitas legis, quatenus infirmabatur per carnem, Deus misso Filio suo sub specie carnis peccati, de peccato cõdemnauit peccatum in carne, depulso ab ea delicto, quo omnino captiuabatur: nõ, quasi diuina mẽs delictum in se receperit, sed quia carnem Verbi capacem reddiderit, qua effectum

Heb. 8

fectum est ut non amplius secundum carnem, sed secundū spiritum ambulemus. Ac subinde loquitur, nos non sumus in carne, sed in Spiritu: & quoniam Filius Dei uenit in mundum, non, ut iudicet mundum, sed ut omnes liberet, & seruetur mundus per eum. Tū enim ueluti obnoxius iudicabatur mundus à lege: nunc aūt Verbū iudicio in se translato, & corpore pro nobis excruciato, salutem omnibus comparauit. Id respiciēs, exclamauit Ioannes, lex per Mosen data est, gratia & ueritas per IESVM Christū obuenit. Melior porro gratia, cꝫ lex: & ueritas præstantior, cꝫ umbra. Illa aūt melioritas, non poterat per alium, nisi per Filium, qui sedet ad dextram Patris, effici. Quid aūt id significat, nisi germanitatē Filij:* ac Deitatem Patris, eandē quoꝫ esse Deitatem filij.* Filius enim in regno Patris regnans, in eodē solio cum Patre considet: & quia Deitate Patris æstimatur & expenditur, ideo Verbum Deus habetur: & qui uidit Filium, uidit Patrem, ut qui unus idemq; sit Deus. Et ad dextram sedens, non ad sinistram sedentem patrem habet, sed ideo hoc dictum, quia quod dextrum ac magnificum est, ac Patri adscribitur, hoc ipsum quoꝫ Filius habeat. Atꝫ inde est quod dicit: Omnia quæ habet Pater, mea sunt: Ideoꝫ & ad dextram residens, & homo factus de se loquitur: Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam à dextra mihi est, ne concutiar. Iam rursus eo dicto palàm fit, Patrē esse in Filio, & Filium in Patre, dextro siquidem Patre, in dextra est Filius: ac sedente ad dextram Filio, Pater quoꝫ dexter est, hoc est in Filio. Et Angeli quidem sursum deorsumq; cōmeantes, ministros se præbent: de Filio, cōtrà, ad istū modum loquitur, Et adorent eum omnes Angeli Dei: & Angeli quidem, quum in ministerium abeūt, ita de se mentionem faciunt, Missus sum ad te: &, Dominus præcepit: Filius uerò, quamuis ratione humanæ naturæ dicat, missus sum: &, ueni ad opus cōsummandum: &, ut administrem: Verbū tamen quum sit, & Imago Patris, de se ita loquitur: Ego in Patre, & Pater in me est: &, Qui uidet me, uidet & Patrem meum: &, Pater in me manēs, ipse facit opera illa. Ista quidem sufficiunt ad cōfundendum eos, qui ueritatē oppugnant. Quòd si aūt, quia scriptum est (melior factus) illud uerbū (factus) ita de Filio dictum noluerint audire, ut inde intelligant, eius ministeriū melius fuisse (quemadmodū à nobis dictum est) sed ex hac uocula arbitrantur significationem dari, Verbum creatum esse, supereſt, ut audiant ista cōpendiosis uerbis, quum superius dicta obliuioni tradiderint. Si Filius unus est ex numero Angelorum, habeat suam uim & significationem, ut in cæteris, ita & in eo, hoc uocabulum (factus) nihilq; per naturam ab ijs differat, sed sint, uel illi quoꝫ filij, uel iste angelus, & in cōmune omnes sedeāt à dextris Patris, aut pariter cum cæteris Filius quoꝫ adsistat, ut spiritus ministratorius, qui pari ratione cum illis ad negocia amandetur. Cōtrà, si Paulus Filiū à rebus creatis distinguat, quum inquit, Cui enim dixit Angelorum, Filius meus es tu? Et, Iste quidem cœlum & terram creat: illi uerò ab illo creantur: & si iste cum Patre sedet, illi uerò ut ministri, & apparitores assistunt, cui (quæso) non liquet illam dictiūculam (factus) non de substantia Verbi pronūciatam esse, sed de functione ministerioq;, quod ipse in corpore humano adimpleuit? Vt enim Verbum quū esset, homo factus est: ita quoꝫ

* In Græco textu non habentur.

Ioan.12

Ioan.14

Ioan.14

Ioan.14

Ioan.14

Heb.1

Ioan.14

Ioan.14

Ioan.14

Coloss.1

homo iam factus, tanto melior extitit sua functione Angelorum functionibus, quanto Filius seruis præstantior est, & opifex operibus. Quapropter desinant de substantia Filij, illud uerbum (factus est) intelligere, quũ factus non sit: agnoscantq; eam uocem ad œconomiam functionemq; à Filio adimpletam pertinere. Quomodo aũt factus sit melior functione, quum melior esset natura super res creatas, indicant ea quæ superiùs dicta sunt: Arbitror uel saltem hoc modo eos ad pudorem detrudi posse. Quòd si post ista quoq; contumaces fuerint, reliquum erit contra illorum irrationabilem improbitatem, in aduersum cum istis sententijs tendere, aliaq; consimilia quæ de Christo dicta sunt, eorum proteruitati opponere, ut uel ita pudefacti cõpescant labia sua à malo, intelligantq; in quod barathrum ignorantiæ præ-
Psal.30 cipites abierint. Scriptum est, Fias mihi in Deum protectorem, & in muni-
Psal.93 tionem refugij, ut serues me: &, Factus est Dominus refugium pauperi: & quæcunq; istius generis in Sacris scripturis reperiuntur. Quòd si ista de Filio dicta esse assèuerent, quod fortasse uerius fuerit, agnoscãt, Sanctos non à creato postulare ut auxiliator sit: ac deinceps uerba ista (factus, fecit, & cõdidit) transferant ad eius aduentum in carne, quum peccata nostra suo cor-
Matth.11 pore in lignum sustulit, & dixit: Venite ad me omnes laborãtes ac onerati, & ego refocillabo uos. Quòd si ea uerba ad Patrem pertinere dicant, eòq; isthic scriptum sit, fias, & factus es: eo'ne usq; prosilient, ut blaterent, Deum creatum esse? audebuntq; quod consequens est, ut de Filio, ita quoque de Patre cogitare? absit precor, nec unquã tale quid in alicuius fideliũ mentem cadat. Neq; enim Filius creatus est, neq; id quod scriptum est, fias & factus es, initium aliquod existendi denunciat, sed tantũmodo opitulationẽ factam illis, qui eam sibi postulabant. Deus enim semper est, & idem est: homines uerò, ubi Pater uoluerat, per Verbum eius sunt facti: Deus aũt inuisibilis, inaccessus rebus creatis, ac imprimis terrestribus hominibus. Cæterum, quum homines aut in morbis aut in persecutionibus auxilium implorant, aut in iniurijs supplicant, tunc Deus, quia humanus est & misericors, suis beneficijs se repræsentat, quæ per suum Verbum in illos cõfert, & pro cuiusq; necessitate diuina præsentia semet ostẽdit, & efficitur imbecillibus, fortitudo: & agitatis, refugium ac domus salutis: & iniuriam passos ita affatur, Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. Quod igitur in defensionem sui unicuiq; per Filium suppeditatur, hoc Deum sibi factum esse gloriari solet, eò quòd auxiliatio Dei per Filium efficiatur, idq; ita esse nouit etiam hominum in loquendo usus & consuetudo, & nemo non idem genus sermonis approbauerit. Sæpe etiam ab homine homini facta est opitulatio, & hic quidem iniuriam passo opem operamq; suam impertitus est, ut Abraham, Loth: alius porro uexatus persecutionibus domum aperuit, ut Abdias filijs Prophetarum: alius peregrinum refocillauit, ut Angelos Loth: alius indigis suppeditauit, ut Iob omnibus, qui ab ipso postulabãt. Vt igitur is qui supplicibus opitulatur, si se dicat ipsis opitulatorem factum: aut si hi qui auxilium sensere, eum dicant unde hoc beneficium descendit, auxiliatorem sibi esse factum, non initium natiuitatis, quo homo esse cœpit, neq; substantiam eius significãt, sed beneficium, quod ab illo factum est: ita quoq;, quũ

de

de Deo loquuntur Sancti, fuit, & factus est, nõ initium ipsius creationis insinuant: increatus enim Deus, & nullo initio inchoatus, sed salutem ab illo hominibus irrogatam denotant. Quum igitur hæc forma loquẽdi eum intellectum habeat, consequẽs fuerit, etiam de Filio, quomodocunq; & quotiescunq; istiusmodi proferuntur (factus est, & fias) eandem sentẽtiam obtinere, ut quum audiant hoc uocabulum (melior Angelis factus aut reddi-tus fuit) non initium existendi in Verbo imaginari, aut ulla ratione eum idem creatum esse confingere, oportet: sed de ministerio, œconomiaq;, quũ homo factus esset, ea Pauli uerba interpretanda sunt. Quum enim caro factus erat, & habitabat in nobis: uenerat enim ut administraret, & omnibus salutem præberet, tum nobis salus factus est, & uita factus est, & factus est propitiatio, tũ eius functio pro nobis, & administratio melior facta est Angelis, & factus est uia, & factus est resurrectio: Et, ut fias mihi in protectorem, non fientiam Dei, initiumq; eius existendi præ se fert, sed misericordiã, quemadmodum dictum est: ita nunc quoq; illud (melior Angelis factus: Et, Factus erat, & tanto melior Angelis factus est assertor IESVS) non sub- Heb. 8
stantiam Verbi creatam ostendit, absit, sed dotes quæ nobis ex illius incarnatione prouenerunt: etsi hac in parte ingrati sunt hæretici, & aduersus ueritatem contentiosi.

ATHANASII ARCHI-
EPISCOPI ALEXANDRIAE
contra Arianos, Sermo tertius.

EGO existimabam Arianicæ uecordiæ hystriones superioribus illis aduersus ipsos refutationibus, documentisq; ueritatis contentos fore, ac quietos in posterum pœnitentiam acturos, super ijs, quæ de Saluatore nostro praue uel cogitarunt, uel elocuti sunt: uerùm, illi nescio quo pacto, ne ita quidẽ cohibent, sed ueluti sues & canes in uomitus sui uoluta bra sese uersantes, alia atq; alia adinueniũt cõmenta impietatis. Imo, ne illud quidẽ recte intelligunt, quod in Prouerbijs scriptũ est: Dominus creauit me principiũ uiarũ suarũ Prou. 8
ad opera sua: aut illud saltẽ quod ab Apostolo dictum est, fidelem ei, qui ipsum creauit. Sed temere peruicaciterq; intelligũt, quasi opus aliquod aut res condita est Dei Filius. Et poterãt ipsi ex superioribus uerbis satis perspicere, nisi plane sensus amisissent, attestãte hoc ipsum ueritate, non esse ex nõ entibus Dei Filium, aut aliquẽ ex numero rerũ cõditarum. Deus enim quũ sit, nulla ratione opus haberi poterit: neq; fas esse, ut illum creaturam appelles: creaturarum enim & operum proprium est & peculiare, ut dicantur ex non entibus extitisse, neq; fuisse, antequam fierent. Cæterum, postquã tergiuersantur à suis fabulamentis & affanijs absistere, & suo more calumniantur superiora uerba Sacrarũ literarum adeo manifestè scripta, quæ ab ipsis

mali-

malitioſe uiolantur,age,denuo in manus reſumentes,ſententiam eorũdem uerborum fidelibus hominibus exponamus,illoſq; oſtendamus,nequaq; Chriſtianiſmum ſcire. Si enim ſciuiſſent,nõ ſeipſos incluſiſſent intra ludæorum infidelitatem,ſed percunctando didiciſſent,quòd Verbũ erat in principio,quodq; Verbum erat apud Deum,ac Deum fuiſſe Verbum: & quũ ex placito Patris,Verbum homo factum erat, tum nõ iniuria de eo dictum
Ioan.1 fuiſſe,à Ioanne quidem: Verbum caro factum eſt:à Petro uero: Dominum
1.Pet.3 & Chriſtum eum fecit: Et per Salomonem ſub perſona Domini: Domi-
Prou.8 nus creauit me initium uiarum ſuarum, ad opera ſua: à Paulo item: Tanto
Heb.1 melior Angelis factus:ac rurſum: Exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipi-
Heb.2 ens:atq; iterum: Vnde fratres Sancti cœleſtis uocationis participes, conſi-
Heb.3 derate Apoſtolum & Pontificem cõfeſsionis ueſtræ Chriſtum fidelem eſſe ei,qui ipſum fecit. Omnia enim iſta uerba eandem uim habẽt,eandemq; intellectionem ad pietatem,oſtẽdunt q; ſimul & Diuinitatem Verbi, & quæ humanitùs de eo prædicãtur,eò quòd natus ſit, & Filius hominis effectus. Quæ tametſi ſuffecerint ad eos argumẽtis euincendos,attamen quia Apoſtoli dictum non intelligentes(ut primũ eius mentionem faciam) arbitrantur Verbum Dei unum ex factitijs eſſe, eò quòd ſcriptum ſit,eum fidũ eſſe creatori ſuo qui ipſum fecit,neceſſarium duxi eos denuo,quia denuo idem dicunt,pudefacere,ſicuti in ſuperioribus orationibus feci. Sumamus igitur eorũ lemma. Si non eſt Filius,nihil ſit cauſæ, quin dicatur & opus: & quæcunq; de operibus prædicantur,prædicentur & de illo ipſo: ſolum id excipiatur,ne tũ Filius nuncupetur,aut Verbum,aut Sapientia. Atq; adeo ipſe Deus ne appelletur Pater,ſed ſolũmodo architectus,& creator eorum quę ab ipſo cõdita ſunt, & ſit ipſa creatura imago & character architectoriæ uoluntatis eius,ipſeq; ſecundũ eos nõ ſit genitabilis naturæ, adeo, ut nec Verbum nec Sapientiam,imo ne Imaginem quidem habeat ſuæ ſubſtantiæ. Si enim nõ eſt Filius, neq; Imago fuerit:ſi uero nõ ſit Filius, quomodo Deus creator eſſe dici poterit: ſiquidem per Verbum in Sapientia omnia fiunt, ſine quo nihil fieri poterit. Nam ut ueſtra ſentẽtia eſt, non eſt ille in quo, & per quem omnia faciat. Quòd ſi non fœcũda,ſed ſterilis eſt Diuina ſubſtantia,ut lux non lucens:aut fons,qui amiſſis fluẽtis exaruit: Qui fit ut uim condendi illum habere dicentes,nullo pudore ſuffundãtur? & adimentes quæ ſunt naturæ, non uereantur id ei attribuere, quod ex uoluntate dependet? Iam,ſi ea quæ extranea ſunt,neq; antea exiſtũt,ubi tñ uoluit ea eſſe, creat & eorũ conditor efficitur:quanto prius citiusq; Pater fuerit Prolis ſuæ ex ſua ipſius ſubſtantia prodeuntis? Nam ſi uelle attribuunt Deo circa non entia, cur non id,quod ſupra uoluntatẽ in Deo eſt, atq; anterius non agnoſcunt? nimirum,ex natura Patrem eſſe ſui Verbi,prius quiddam eſſe,& ſublimius uoluntate. Si igitur quod prius eſt,ſecundum naturam non extiterit pro illorum ſtoliditate,quomodo id quod poſterius eſt,& ex uoluntate originẽ trahit,exiſtere poſſet? Prius ſiquidem eſt Verbum, deinde creatura. Eſt autem Verbum,etiamſi omnia impij moliantur: per illud enim creatura facta eſt: clarum igitur manifeſtumq; fuerit, Deum, quum ſit conditor, architectusq; rerum, habere quoq; architectoriam Rationem ſiue Verbum, non

forin-

forinsecus aut aliunde, sed intrinsecus ex seipso. Rursus enim idem dicendum, si uelle in se habet Pater, eiusq; uoluntas efficax est, & architectatrix, eaq; per se sufficit ad res procreandas, & Verbum eius uim faciendi creandiq; in se possidet: dubiū non fuerit, quin Verbum sit Patris uiuida uoluntas, Paternæq; substantiæ insita efficacia & Ratio, in quo omnia bene & cō stituit et gubernat. Nemo uero addubitauerit, quin coaptator coaptationi, rebusq; coaptatis anterior sit, posterioremq; in Deo creationem, quàm generationē esse: quippe, quū Filius propriū quiddā sit ex beata illa & æterna substantia: Ista uerò contrà ex uolūtate eius, non ex ipso, sed forinsecus creentur ac fiant per ipsius proprium germen ac sobolem. Igitur cum in eorū uerbis quibus aiunt, eum non filium, sed opus esse ratio magnam absurditatem ostendat, reliquum est ut confiteantur Dominum nostrum esse Filium Dei, et quia Filius sit, ut omnino est, non foris aut aliūde, sed ex genitore existere. Ne igitur ex uerbis controuersias captent, si Sancti alicubi pro uocabulo gignere, creare subiiciunt, quum in istiusmodi locis significatio nō uariet, sed id quod secundum naturam est, insinuet. Non enim dictiones naturam perimunt, sed potius natura dictiones ad se trahit & cōmutat: Siquidē uerba substantiis non priora sunt, sed primùm existunt substantiæ, deinde dictiones superueniūt. Quapropter, quum opus aliquod aut creatura prodierit, tunc propriæ idoneæq; uoces sunt (operatus est, condidit): quum autem genimen est, aut Filius de quo mētio habetur, tum (fecit, & creauit) improprie de ea re pronunciantur: neq; iam hoc positu opus significāt, sed indifferenter altera uox pro altera sumitur. Certe, non infrequenter patres liberos ex se genitos, seruos appellant: neq; tamen eo uerbo negatum uolūt, eos ex se natos esse: subinde etiam seruos, per comitatem loquendi, pueros suos denominant, non tamen eo dicto dissimulant illos iam olim à se possideri. Illud enim prius, pro authoritate sua, ut patres dicunt: secundum istud, blandiendo pronunciant. Atq; adeo Sara Abrahamum Dominum uocat, non ancilla eius, sed uxor. Et Apostolus, dum cōmendat Philemoni domino seruum suum Onesimum, eum fratrē appellat. Quin & Bersabæa, tametsi mater filium suum seruum nominat, dum patri dicit, Salomonem seruū tuum. Deinde & Nathan loquitur, & inter loquendum Salomonem serui nomine appellat: nihilq; pensi habuere, q; filium suum nuncuparent. Ille enim talia audiendo æquè filiū agnoscebat: isti uero ita loquendo, non ignorabant eum genuinum filium esse, quinimo, ut hæres patri institueretur, solicitabant, quum tamen illum ut seruum nominarēt. Erat enim natura filius Dauidis. Quemadmodū igitur dum ista legimus, recte intelligimus & audientes Salomonem seruum dici, seruum non putamus: ita quoque si de Saluatore uerè & ex cōfesso Filio, & naturaliter Verbo dixerint Sancti, fidelem eum ei, qui ipsum creauerat: aut si ipse de seipso loquatur, Dominus creauit me: aut rursus, Ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ, & quotquot istiusmodi sunt locutionis, ne ob hoc detrahant illi suam ex Patre proprietatem, sed ut de Salomone ac Dauide, ita rectas intellectiones de Patre ac Filio concipiant: quippe, qui quum audiant Salomonem seruū dici, filium tamen eum esse agnoscant. Qui igitur non maiori quàm simplici exitio digni

Philem.1

2.Reg.16

fuerint,

fuerint, quod eam rationem intelligendi non eodem modo in Filio obſeruant? ſed quum audiunt eum ſobolem, Verbum, Sapientiam, ui in prauum detorquent eorum uerborum interpretationē, abnegantq; naturam, genuinamq; Filij ex Patre natiuitatem? Contrà, quum auſcultant creationis uoces & dictiones, ſtatim eò feruntur, ut Filiū ex natura genuinū, opus quoddam factitiumq; exiſtiment, & Verbum eſſe inficiētur, quum liceat illis, eo q; homo ſit factus, omnes iſtiuſmodi uoces ad eius humanitatem reijcere: Qui (quæſo) non abominabiles iſti fuerint apud Dominum, quum duplicia pondera penes ſe retineant: taliaq; ratiocinentur, & contra Dominum blaſphemias dicant? Sed fortaſſe uocabulum (ſerui) pro animi affectione dictum, de manibus remittunt: illud aūt (qui fecit illum) mordicùs retinent, ut rem magni momenti ad ipſorum hæreſim: Sed tamen illud fulcimētum nihil illis eſt, niſi arundo confracta: ſtatim enim ſeipſos cōdemnabūt, ſi ſenſerint Scripturæ proprietatem ac peculiarem phraſim. Nam quemadmodū ſeruus appellatur Solomon, licet filius exiſteret: ita quoq;, ut ſuperiora repetamus, & ſi factos, conditos creatosq; ex ſe ſuos liberos appellēt parentes, non tamen eò magis naturam abdicant. Ezechias certe, ut in Eſaia ſcriptum eſt, in precibus ſuis dixit, Iam ex hodierno die liberos faciā qui prædicabunt iuſtitiam tuam Domine ſalutis meæ. Eſaias quoq; itidem dixit, faciam: Propheta aūt in eodem libro, & in quarto Regum ait, Et filij tui qui egredientur ex te: ubi pro gignere (faciam) ſubiecit, & ex eo naſcituros, faciendos nominauit, nec eſt qui cōtrouerſiam faciat, quin de naturali prole habeatur mentio. Atq; adeo Eua partu ſoluta, edito iam Caim, ita locuta eſt, Comparaui hominē per Deum, (comparare) ſcilicet pro párere uſurpans, & poſteaq; partum uidiſſet, hoc uerbum (comparaui) ſubintulit: hinc peregrinus facile eam opinionē cōceperit, Cain ab Eua emptum eſſe, neq; eum ex Eua editum eſſe. Quin & Patriarcha Iacob dixit ad Ioſephum: Nunc filij duo qui tibi facti ſunt in Ægypto, antequā ad te uenirem in Ægyptū, mei ſunt Ephraim & Manaſſes. Scriptura quoq; de Iob dicit, Facti ſunt illi filij ſeptem, & filiæ tres, quemadmodū à Moſe dictum eſt in lege. Si uero facti fuerint alicui filij, & ſi fecerit filium: ecce iterum, genitos quaſi conditos factitioſq; appellauerunt. Certe, quàm diu extra controuerſiam eſt, eos filios eſſe, tametſi quis dixerit de ijs, facti ſunt, ſiue poſſedi, ſiue feci, nihil ex ea re diſcriminis affertur. Natura enim & ueritas ad ſe trahunt rationem loquendi. Ideoq; ex diſceptatoribus, an conditum quiddam factitiumq; ſit Dominus, primitùs ſciſcitandum eſt, an Filius ſit, an Verbum, an Sapientia. Nam ubi ea demonſtrata ſunt, ſtatim excluditur & conquieſcit opinio, an conditum ille quippiam ac factitiū ſit. Neq; enim quod factum eſt, Filius aut Verbum fuerit. Contrà, ſi iſta ſubſiſtant, ſtatim ad liquidum omnibus patet, dictum illud (Qui fecit eum) nihil proficere ad eorum hæreſim, ſed ad cōdem nationem hæreſeos. Oſtenſum enim eſt hoc uocabulum (fecit) etiam de genuinis & naturalibus liberis in Scripturis dici. Vnde, quum probatum ſit, Dominum naturalem & genuinum Filium eſſe, Verbum item & Sapientiam, etiamſi de eo mentio fiat, quòd Deus fecerit eum, aut quòd ipſe factus ſit, non tamen ita de eo intelligēdum eſt, quaſi opus aliquod conditum ſit,

Ezech. 14

Gen. 4

ſed

sed Sancti uiri eam uocem promiscuè ac indifferenter usurparunt, quemadmodum factum est in Salomone & Ezechiæ liberis. Nam quum illi per generationem patres essent, dictum tamẽ est de ijs (fecit, possedi, & factus est). Quapropter istiusmodi dictiunculis subinde cauillabundi Ariani, Dei perduelles, debent uel sero tandem ob rationes iam superius dictas, impiam suam sententiam deponere, ac sentire de Domino, ipsum uere esse Filium, Verbum & Sapientiam Patris, non opus aliquod, non ullam rem conditam. Si enim opus est Filius, in quo Verbo, aut qua tandem Sapientia iste Filius cõditus est. Omnia enim per Verbum & Sapientiam condita sunt, & sine eo factum est nihil. Quòd si Filius est ipsum Verbum, ipsa Sapientia, in qua omnia facta sunt, non haberi poterit aliquis è numero ac grege factitiorum siue creatitiorum, sed Patris sui Soboles existimanda est. Vide igitur, quale præcipitium habeat, Verbum Dei opus aliquod nominare. Salomon præterea alicubi dicit in Ecclesiastico: Omnia quæ facta sunt, adducet Deus in iudicium, in omnibus dispiciens quid boni aut mali sit. Quapropter si factitium quiddam est Verbum, ducetur & ipsum nostro more in iudicium: & ubi tandem iudicium, si ipse iudex in reatu futurus sit? aut quis iustis benedictiones, aut quis ijs qui digni sunt, meritas pœnas retribuet? quum Dominus, ut unus nostrum, unà cum reliquis ad iudicium sistetur? aut cui legi legislator subijcietur? Rerum enim creatarum est ut iudicentur, benedicantur à filio, & præmijs condignis afficiantur. Timete igitur iudicem, & credite Salomoni. Si enim omne quod factum est, adducet Deus in iudicium, & Filius non est ex numero eorum qui iudicandi sunt, sed potius omnium rerũ creatarum iudex, qui, quæso, non clarius sole patuerit, Filium rem factitiam non esse, sed Patris Verbum, in quo omnia fiunt & iudicantur? Quòd si, quia scriptum est, eum fidelem fuisse illi, qui ipsum fecerat, perturbentur, existimantes id de eo, ut de omnibus, accipiendum esse, quòd, credendo scilicet, acceperit Fidei meritum, opportunum iam fuerit, ut eos reprehendamus, quum à Mose quidem dicatur, Deus fidelis & uerus: à Paulo uero itidem scribatur, fidelis Deus, qui non sinet uos tẽtari ulterius quàm potestis. At quum ista loquebantur Sancti, non humana de Deo sentiebant, sed certum habebant, duplicem esse significationem in Scripturis, in hoc uerbo (fidelem esse): cum fidelis nunc, ut credens, nunc, ut qui dignus sit, cui fides habeatur, capi soleat: & alterum in homines, alterum in Deum congruere. Fidelis igitur Abraham, quoniam loquenti credidit Deo: fidelis itẽ Deus, quoniam ut canit Psalmista, fidelis est in omnibus uerbis suis Dominus: & quũ loquitur, dignus est cui habeatur fides, & impossibile est illi ut mentiatur: & si qua est fidelis uidua, ob bonam fidẽ, fidelis appellatur. Fidelis est sermo, eò quòd qui eum dixerit, idoneus sit cui fides habeatur: uerus enim est, nec aliter esse poterit. Quod igitur scriptum est, fidelem eum esse ei, qui ipsum fecerat, non cum alijs similitudine congruit, neque hunc sensum habet, quasi credendo gratiosus sit factus, sed quia ipse est ueri Dei Filius, & dignus cui habeatur fides, in ijs quæ dicit, aut facit, quum immutabilis persistat, & sine ulla uariatione in negocio humanitatis suæ, & immigratione in carnem nostram. Ita aliquis contra eorum impudentiam occurrens, posset ex sola di-

Eccli. 12

Psal. 144

ctione(fecit)eorum errores conuincere,dum existimãt, Verbum Dei quidã dam factitium esse.Cæterum,quia sententia Scripturarum recta est, ostendens quo sensu dictio(fecit)accipienda sit,eamq; aliquando ad relationem dici necessum est,ut inde quoque hæreticorum ostendamus absurditatem, maxime si id quod principio admonuimus,dictorum Sacræ scripturæ tempus & occasionem respiciamus.Non enim ante creationem rerum Apostolus ista uerba induxit,sed tum demum,quum Verbum caro factum esset:Ita enim scriptum est, unde fratres Sancti cœlestis uocationis participes, ani-
Hebr.3 maduertite Apostolum siue Legatum & Pontificem confessionis uestræ IESVM fidelem ei,qui fecit ipsum.Quando igitur legatus fuit? aut quando nostram carnem induit? quando Pontifex nostræ confessionis factus est? nisi quum se obtulit pro nobis,excitato è mortuis corpore? atq; etiamnum accedentes ad eum per Fidem,ipse Patri offert,redimẽs omnes, & pro omnibus expians ea quæ ad Patrem spectabant.Non substantiam Verbi, neq;
Heb.2 à Patre naturalem generationem indicare uolens,Apostolus dixit eum fidelem fuisse conditori suo,absit.Condit enim Verbum,non conditur, sed descensum eius ad homines, & Pontificatum respexit, quem pulchre ex lege & Aaronis historia expressum uideas. Aaron enim non genitus est Pontifex,sed homo:& tandem progressu temporis,quum uoluerat Deus, factus est Pontifex,neq; id simpliciter aut quouis modo,neq; uulgaris cultus eam notam insigniaq; addidere, ut Pontifex agnosceretur,sed quum superindu
* In Græco nõ habentur. isset *Ephot,& *Epomidem,& rationale uestemq; talarem, quæ fœminæ elaborauerant iussu Dei.Cum istis enim ingrediens in Sancta Sanctorum, hostiam pro populo offerebat,per ista se mediatorem inter uisiones Dei & populi uictimas prębebat.Itidẽ igitur & Dominus noster in principio quidem erat Verbum:quãdo aũt uoluit pater eum pro omnibus in redemptionem offerri,ac omnibus donari,tum scilicet Verbum,ut Aaron uestem talarem,ita carnẽ è terra assumpsit,Mariamq; uice rudis illaboratæq; terræ matrem sui corporis habuit,ut iam habens quod offerret,ipse Põtifex seipsum Patri in uictimam daret,& omnes suo sanguine à peccatis ablueret,& è mortuis excitaret.Id enim sibi uoluit uetus illa umbra: & quod à Domino factũ est in suo aduentu,id secundum legem Aaron,qui eius rei umbra fuit, prædelineabat.Vt igitur Aaron non immutabatur,quum indueret Pontificalẽ habitum,sed idem permanebat,ac tantummodo tegebatur:quo tempore si quis illum tum primùm uictimis operantem cernens locutus fuisset, Ecce tibi hodie Aaronem Pontificem factum,non id significaret,eum eo tempore hominem esse factum:nam antequàm Põtifex fieret,homo erat,sed functione, officioq; Pontificem iam esse redditum,eò quòd uestimenta facta destinataq; ad sacrificia gestaret.Ad eundem modum quoque de Deo scite intelligendum est, non quòd alius factus sit ex assumptione carnis, sed quòd idem manens, carnem pro uelamine habuerit:istæq; dictiones (factus est, & conditus est)non hunc intellectum habent,quasi Verbum, quatenus est Verbum, factum esse pronuncietur,sed quòd Verbum opifex conditorq; rerum,postmodum factus sit Pontifex, quum induisset corpus creatum & factũ,quod pro nobis offerre potuit: Atq; inde est, quòd factus creatúsue dicitur.

dicitur. Si enim Dominus homo factus non esset, nil causæ relinqueretur, quo minus infesti sint Ariani: sin aũt Verbum caro factum est, quid oportebat de homine facto pronunciare, nisi illum fidelem esse factũ creatori suo? Vt enim proprie dicitur de Verbo, In principio erat Verbum, ita propriũ est de hominibus, si dicas eos fieri & creari. Quis igitur intuẽs Dominum, ut hominem quidem ambulantem, sed tamen se Deum factis declarantem, non interrogaret ad istum modum: quis nam hũc tantum hominem fecit? aut quis uicissim ita interrogatus non responderet, Patrem eum hominem fecisse, & emisisse eum nobis Pontificem? Eandem illam sententiam idẽ tempus, eandem personam Apostolum indicare, dum scribit, eum fidelem esse factum, liquidius apparebit, si superiora repetantur: ita enim cum superioribus eodem ductu tenoreq; cohærebũt. Scribit igitur in epistola ad Hebræos: Vbi ergo pueri sanguinis & carnis participes erant, & ipse quoq; se earundem rerum participem uoluit, ut per suam mortem eum destrueret, qui habebat uim mortis, hoc est, diabolum: & liberaret eos, quotquot formidine mortis per omnem uitam obnoxij erant seruituti: siquidem non Angelorum, sed semen Abrahæ assumit, unde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis in rebus Diuinis, ad expianda peccata populi. In quibus enim ipse tentationes passus est, in ijs potest alijs, qui tentantur, opitulari: unde fratres Sancti uocationis cœlestis participes, animaduertite Apostolum & summum Pontificem confessionis nostræ IESVM fidelẽ ei, qui ipsum fecit. Quis igitur ductum tenoremq; perlegens, nõ reijciat Arianos, ac non simul admiretur Apostolum tam probe congruenterq; locutum? Quando enim factus est? & quando eum Apostolum esse contigit? an non quando itidem, ut nos, sanguinis & carnis particeps erat? aut quando misericors effectus est, & fidelis Põtifex? nisi quum per omnia fratribus assimilatus fuit. Similis porro tum factus est, quum carnem nostram induxit, homo inceperat esse. Nonne igitur de eius functione humana Apostolus scribens, ista locutus est? fidelem eum fuisse creatori suo, ac nequaquam de substantia Verbi. Desinite igitur per furorem dicere, opus quoddam esse Dei Verbum, quum Filius natura sit unigenitus. Tunc aũt habuit fratres quum similem nostri carnem induerat, quam offerẽs ipse per se ipsum, Pontificis nomẽ obtinuit, & factus est misericors, & fidelis: misericors quidem, quia seipsum pro nobis offerens, nostri misertus est: fidelis autem, nõ quòd fidem habuerit, aut cuipiam crediderit, ut nos facimus, sed quòd dignus fide esset, in ijs quæ ageret aut diceret, & quia fidelem obtulit uictimam, perdurantem scilicet & non intercidentem. Quæ enim secundum legem offerebantur, nihil fidum in se possidebant: quippe, caducæ prætereuntesq; quotidie, & quibus noua purgatione opus erat. Cõtrà, Saluatoris hostia semel oblata absoluit omnia, fidaq; in omne tempus perdurat. Et Aaroni quidem successores dati sunt: & omnino legale sacerdotium, mortis & temporis progressu alios atq; alios Pontifices accepit: Dominus autem sine transitione, & sine successore sacerdotium obtinens, fidus firmusq; Pontifex factus est in perpetuum perseuerando, & in suis promissis fidelis extitit, ut exaudiret & non frustraretur supplices. Illud ita esse denuo ex epistola Petri ita dicen-

Ioan. 1

tis cognoueris: Vt & illi qui patiuntur secundum uoluntatẽ Dei, fideli creatori suas animas commendent: fidelis enim est, utpote qui non mutetur, sed semper permaneat, & reddet ea quę pollicitus est. Ethnicorum, ediuerso, falsa numina, neq; soliditate naturæ, neque promissis fidelia sunt. Non enim ijdem ubiq; sunt, quin & illa ipsa, quæ in singulis locis sunt, tempore consumuntur, & per se diffluunt, ideoq; contra ea Verbum clamat, nihil in illis fidei subsistere, ipsaq; falsam aquam esse, neq; quicq; fidi in illis reperiri. Contrà, solus ex omnibus, Deus uerus & fidelis est, quia semper idem est: ac pro
Malach. 3 inde dicit, Videte, uidete, quia ego idem sum, & nõ mutor, Eademq; de causa Filius quoque Dei fidelis est, quia semper est & non accipit uariationem: neq; uanus est, uel existendo, uel pollicitando, Quemadmodum iterum A-
1. Thessal. 5 postolus Thessalonicensibus scribens dicit: Fidelis enim est, qui nos uocat, & faciet etiam: & quia præstat quod promittit, fidelis est in uerbis suis. Hebræis porro uocabulum hoc (fidele) significatum habere immutabilitatis, tali scripto ostenditur: Quòd si nos diffidentiores sumus, ille tamen fidelis manet, abnegare seipsum non potest. Quocirca merito Apostolus, dum recenset corporalem Verbi aduentum, hæc uerba attexuit, Apostolum & fidelẽ ei, qui fecit ipsum, indicans hominem factum IESVM Christum, ipsum eundẽ heri & hodie esse, immutabilemq; in secula. Et sicuti de humanitate eius per sacerdotium mentionem facit in scriptis suis Paulus, ita non in longum silentium tenuit, sed statim de Deitate mentionem subiunxit, ubique securitati & cautioni addictus: hic autem maxime, ubi humilitatem nominat, ut continuo altitudinem illius & Paternam magnitudinem cognoscemus. Moses igitur famulus erat, sed Christus Filius: Moses fidelis in domo, Christus super domo, ut qui eã ipse constituerit, dominusq; eius & architectus sit, & ut Deus eam sanctificet: Moses enim, quum homo esset, fidelis extitit, credens Deo, qui ei per Verbum loquebatur. Verbum porro non ueluti aliquid creatum in corpore, neq; ut conditum in re condita, sed ut Deus in carne, & ut opifex & constructor in re ab ipso constructa. Homines enim ut sint & consistant, carne amiciuntur: Dei autem Verbum ut carnem sanctificaret, homo factus est: & quum Dominus esset, in serui specie apparuit: famula siquidem Verbi est omnis creatura, quæ per Verbum creata est & condita. Hinc tibi constare potest, uocem illam Apostoli (fecit) non ostendere Verbum, sed corpus Verbi factum esse, quod simile nobis assumpsit: ideoq; quum homo factus esset, frater noster appellatus est. Iam, si constat uel de ipso Verbo hanc uocem (fecit) intelligi posse eo significatu, ut idem sit cum hac dictione (genuit) mirabor, si etiam hic aliquid malitioſè comminisci queant, ubi sermo liquido ostendit, non esse Deum quiddam factitium, sed ratione substantiæ Fœtum progerminationemq; Patris: & dispositione ad arbitrium Patris, hominem esse factum. Atque ideo nimirum ab Apostolo dictũ est, eum fidelem extitisse ei qui eum fecerat. In Prouerbijs item, conditus esse nominatur. Quatenus enim in confesso est, eum hominem esse factum, nihil discriminis attulerit (ut superius dictum est) siue genitus, siue factus, siue conditus, siue fictus appelletur, siue item seruus, siue filius ancillæ, siue filius hominis, siue constitutus, siue peregrinus, siue spon-

sus,

ſus,ſiue patruelis, ſiue frater nuncupetur. Omnes enim iſtiuſmodi uoculæ in rationem humanitatis bene & proprie competunt, illaq; omnia non ſub ſtantiam Verbi,ſed hominem eum fuiſſe demonſtrant.Eundem quoq; habet intellectum id quoq;,quod de eo in Actibus à Petro recenſetur, Dominum illum & Chriſtum fecit,quem uos crucifixiſtis. Nõ enim hic ſcriptum eſt,fecit eum ſibi Filium:aut fecit eum ſibi Verbum,ut iſtiuſmodi delirijs locus eſſet.Si igitur obliti non ſunt, ſe de Filio Dei loqui,perſcrutentur,num alicubi ſcriptum ſit,fecit ſibi Filium Deus, aut condidit ſibi Verbum, & an uſquam clare dictum ſit, Verbum opus aliquod eſſe aut creaturam, ac tum denicq; cauillationes inſtituant,ut etiam ſic quoq; ſtolidi eſſe redarguantur. Sin aũt nihil tale inueniant,& ſicubi tantũmodo ſcriptum eſt (fecit)aut (factus eſt)obſeruant,& captant:uereor ne paulatim audientes, In principio fecit Deus cœlum & terram,& fecit ſolem & lunam,& mare:cœlum quoque hunc ipſum eſſe dicant,aut lucem quæ primo die cõdita fuit,aut terram denicq; & quicquid uncq; factum eſt,ut deinceps in poſterum Stoicis ſimiles habeantur:quum hi Deum quidem extendant ad omnia,iſti uero Dei Verbũ ad quodlibet creatum conditumq; referant.Sin uero præoccupato ſermone,ipſum dicant non niſi unum ex rebus creatis exiſtere, audiant rurſus eadem,& diſcant primùm ipſum Filium eſſe:& Verbum, opus non eſſe, neq; iſtiuſmodi uoces in Deitatem recipiendas eſſe, ſed inueſtigandum eſſe, cur & qua de cauſa illæ ſint ſcriptæ.Nam fieri non poteſt, quin,illis ita indagantibus,humanitatis œconomia functioq; occurrat,quam noſtri gratia ſuſcepit. Quum enim Petrus dixiſſet, Dominum & Chriſtum eum fecit, ſtatim ſubintulit,hunc IESVM quem uos crucifixiſtis,& omnibus innotuit: innoteſceret & iſtis, ſi ſeriem uerborum, conſequentiamq; obſeruarent, non de ſubſtantia Verbi,ſed de homine facto mentionem fieri:quid enim eſt aliud, id quod crucifixum eſt,q̃ corpus? Corporalitatẽ deinde Verbi qui potuit aliter denotare,quàm per hoc uocabulũ (fecit) quũ alioqui id uocis, fecit, rectam in hoc loco obtineat ſententiam.Non enim locutus eſt (ut ſuperius dixi)fecit eum Verbum,ſed fecit eum Dominum, idq; non ſimpliciter, ſed apud nos,& in medio noſtrum eum fecit,quod idem eſt,ac ſi dixiſſet, declarauit eum Dominum: Et hoc ipſum Petrus in principio ſuæ initialis doctrinæ cum magna libertate expreſsit,quum ad ipſos diceret: Viri Iſraelitæ, audite hæc uerba,IESVM Nazarenum uirum à Deo uobis potentijs, miraculis,& ſignis declaratum & exhibitum, quæ per eum Deus fecit in medio noſtri,quemadmodum uobis compertum eſt. Nam illud uocabulum (fecit)quod in fine dicebatur, id ſub alia uoce, nempe declarauit, in principio poſuit.Ex ſignis enim ijſq; quæ fecit Dominus,declaratum eſt,non ſimplicem eum hominem fuiſſe, ſed Deum & Dominum in corpore, eundemq; Chriſtum fuiſſe.Ac ſimile eſt illud quod à Ioanne in Euangelio dictum eſt: Ideo magis perſequebantur eum Iudæi, quia non modo Sabbatum abrogaret, ſed & Deum Patrem ſuum eſſe diceret, ſeipſum Deo parem faciens. Non enim Dominus ſeipſum tum temporis Deum finxit, neq; Deitatem captauit,ſed factis declarauit ſe ipſum Deum eſſe:quum dicit, Quòd ſi mihi nõ credideritis,operibus credite, ut cognoſcatis, quòd ego in Patre ſim,

Actor.2

Ioan.10

Ioan.10

& Pater in me. Ad eum modum igitur illum Dominum & Regem fecit Pater in medio nostrum, & apud nos antea incredulos. Certumq; est, eum qui nunc Rex & Dominus declaratur, non id initium habere iam primũ regni accepti, sed nunc demum declarati, eamq; declarationem pertigisse ad eos, qui hactenus increduli erant. Si igitur existimant eum anteqũ homo fieret, & crucem sustineret, Deũ & Regem & Saluatorem non fuisse, sed tum demum Dominum esse incepisse, agnoscant sese, idq; manifesto uerba Samosatensis loqui. Sin aũt (ut iam recitauimus, & superius dictum est) Dominus æternus est Rex, quum & Abrahã eum ut Dominum adorarit, & Mose dicente, Dominus in Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino è cœlo pluerit: Dauidis quoq; Psalterium canat, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec tuos hostes supprimã: &, Thronus tuus in seculum seculi, uirga rectitudinis, uirga regni tui, & regnum tuum, regnũ omnium seculorum: in conspicuo est, eum priusq̃ homo fieret, Regem & Dominum æternum fuisse, Imaginemq; & Verbũ Patris extitisse. Iam, quũ æternus sit & Rex & Dominus, manifesto sequitur, Petrum non substantiã Filij, sed Dominationem in nos factam inchoatamq; pronunciasse eo tempore, quo homo natus, hominibusq; per crucem liberatis, omnium Rex et Dominus effectus est: Sin uero ideo, quia scriptũ est (fecit) cõtumaciter instant, negentq; similia esse (fecit & declarauit) uel quia non intelligunt, uel quia suam ita amplectuntur hæresim Christo inimicam, audiant etiam ita rectum sensum in uerbis Petri contineri: Qui enim aliorum Dominus efficit, is eos qui iam in rerũ natura existunt, suo iuri & dominio acquirit. Si igitur Dominus conditor omnium, & æternus Rex, ex quo factus est homo, tum demum nos possidere incepit, clarum omnino fuerit, uel ea quoq; ratione id quod à Petro dicitur, nullum adferre significatum, unde Verbi naturam tum demum factam esse colligas, sed potius omnium rerum sub illius potestate subiectionem. Atq; illud ipsum cũ superioribus dictis similitudine congruit. Vt enim illic statuimus uerba ista, Sis mihi in Deum protectorem: &, factus est Dominus refugium pauperi, non ostendere ex se Deum factum esse, sed quale sit illud beneficium, quod in unumquemq; ab eo collatũ sit: ita hic quoq; Petri uox eandem habet sententiam: Verbum enim, quatenus est ipse Dei Filius, Dominus est totius uniuersitatis. Nos autẽ prius ab ipso initio usq; obnoxij eramus seruituti corruptionis, & execrationi legis: deinde paulatim progressu temporis fingentes ea, quæ nõ erant, inseruiebamus (ut dixit Apostolus) dijs, qui in rerum natura nõ subsistebant, & ignari ueri numinis, uana, quæ non erant, præferebamus ueritati. Postmodum autẽ sicuti uetus ille populus in Ægypto oppressus ingemiscebat, ita nobis quoque, quibus erat insititia & naturalis lex, per tacitas Spiritus ingemiscentias has preces fundebamus: Vindica nos domine Deus noster: &, Factus est in munitionem refugij, & in Deum protectorem: Ita quoque Dominus noster ista ipsa factus est. Necq; tum sui existendi, sed dominandi in nobis initium habuit. Postea Deus ut bonus, & Pater Domini nostri nostram uicem dolens, cupiensq; sui apud omnes notitiã inualescere, author fuit Filio suo, ut induto corpore humano, homo fieret, Filiusq; appellaretur, atque in eo

Gen. 19
Psal. 110
Psal. 44
Gal. 5
Psal. 30
Psal. 30

corpore

corpore seipsum offerens pro omnibus, omnes liberaret ab ignorãtia Deitatis & corruptione. Atq; ita factus est omnium Dominus & Rex. Quocirca eo modo eum factum esse Dominum & Regem, id est, quod Petrus suis uerbis significauit, quum ait, fecit eum Dominum & Christũ demisit, quod perinde est, ac si diceres, à Patre eum hominem esse factum. Fieri enim hominis proprium est, uerum non simpliciter eum hominem fecit, sed ut omnium dominaretur, omnesq; chrismate sanctificaret, hominem fecit. Nam quamuis speciem serui acceperit Verbum quod in forma Dei subsistebat: non tamen assumptio illa carnis, Verbum, seruum aut mancipium reddidit, quod natura rerum dominus erat, sed potius inde omnium hominum libertas cõfecta est. Verbum aũt naturaliter Dominus, postq; homo natũ esset, per formam serui Dominus & Christus omniũ factum est, hoc est, ut omnes sanctificaret Spiritu, factum est, Non aliter quàm suprà diximus, Deum esse factũ, in Deum & protectorem. Eadem ratione quum dicit: Ero illis Deus, non eo tempore Deus efficitur, sed, idipsum quod semper est, illud efficitur indigentibus, quum illi placuerit: Ita quoque & Christus natura Dominus, & Rex æternus, non quando mittitur, magis fit Dominus, neque tunc initium sumit, ut sit Dominus & Rex: sed quod semper est, hoc ipsum, quum secundum carnem gignitur, omnibus liberatis efficitur, atq; ita fit uiuorum & mortuorum Dominus, eò quòd illi deinceps omnia seruiant. Et hoc est q̃d carmine suo modulatur Dauid: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Non enim conueniebat per alium quempiam istam redemptionem fieri, sed per eum qui natura Dominus erat, ne, tametsi per Filium creati essemus, alium tamen nobis Dominum agnosceremus, lapsiq; in Arianorum gentiliumq; deliria, creaturę potius, quàm deo omnium creatori cultum seruitiumq; prę staremus. Hanc pro mea imbecillitate eius dicti sententiam puto, Petri quoque uocem uera ac bona ratione aduersus Iudæos instructam esse: Iudæi contrà, deerrantes à ueritate, expectationem quidem uenturi Christi habent, sed illum passurum non arbitrantur, dicuntq; prout sentiunt: Nos scimus, Christum ubi uenerit, in æternum permansurum esse, cur igitur tu dicis, quòd eum oporteat exaltari? Deinde, non Verbum in carne genitũ, sed quales omnes reges merum eum hominem futurum esse, suspicantur. Dominus igitur, ut Cleopham pudefaciens, docebat Christum primùm debuisse pati: ita eadem ratione cæteros quoq; Iudæos pudefecit, quum Deum adesse indicaret. Si illos appellauit, inquiens, deos, ad quos sermo Dei factus est, neque potest dissolui Scriptura, quem Pater sanctificauit, & misit in mũdum, eum dicitis blasphemare, eò quòd dixerit de seipso, Filius Dei sum. Hæc igitur, quum Petrus didicisset ex Saluatore, in utramq; partem Iudæos castigaturus ait, O Iudæi, Christi aduentum denũciant Sacræ scripturæ, & uos eum merum hominem, ut quemlibet, ex genere Dauidis, arbitramini: sed tamen scripta de eo, non illum talem nobis depingũt, sed potius Dominũ & Deũ, & immortalem, & choragum suppeditatoremq; uitæ. Moses enim dixit, uidebitis uitam uestram suspensam coram oculis uestris. Dauid item ad istum modum locutus est Psalmo 109, Dixit Dominus domino meo, sede à dex-

Leuit. 26

Psal. 110

Psal. 110

tris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. In Psal-
Psal.110 mo decimo quinto: Non relinques animam meam in inferno. Neq; dabis Sanctum tuum uidere corruptionem. Quòd autem talia uerba ad se nõ pertineant, ipse Dauid pro teste est, cùm eum qui uenturus erat, suum Dominũ uocet. Nam & uos quoq; conspicitis Dauidem mortuum esse, reliquiasq; eius apud uos seruari. Quòd autem Christum talem esse oportet, qualem Scripturæ prædicant, omnino & uos quoq; confitemini: à Deo enim profecta sunt hæc uerba, neq; potest falsi quicquam in illis esse. Quòd si aliquẽ talem uenisse, Deumq; esse, signis & miraculis quæ fecit, probare potestis, recte quidem nobiscum pugnam conseritis: contrà, si talem uenisse probare non potestis, sed illum adhuc uenturum expectatis, inspicite tempora usque in præsentem diem à Daniele descripta. Quòd si hoc tempus est, quod olim prædictum fuit, ac ea quæ pronunciata sunt, uestro seculo iam apparent, agnoscite hunc ipsum esse IESVM, quem uos crucifixistis, Christum esse illũ expectatum. Dauid etenim cæteriq; Prophetę mortui sunt, eorumq; omnium monumenta apud uos consistunt: istaq; resurrectio clare demonstrat, ea quæ scripta sunt, in hunc solum competere. Nam in crucifigendo, repræsentatur id quod dictũ est à Mose, uidebitis uitam uestram pendere: & ex
Esa.53 lateris uulnere per lanceam, conficitur illud Propheticum dictum: Vt ouis ad mactationem ductus est. Iam, quòd non solum resurrexerit, sed & olim mortuos ex monumẽtis excitarit (hos enim plerisq; nostrorum uiderunt):
Psal.15 idem cum eo est, Non relinques animam meam in inferno, & mors inualescens deglutiuit: ac rursum, Abstulit Deus. Porro, signa quæ ab illo sunt edita, documento sunt, Deum in corpore fuisse, illumq; ipsum esse uitam, & dominum mortis. Congruum enim erat, Christum qui alijs uitam dabat, non detineri sub mortis tyrannide. Id aũt non contigisset, si (ut uos arbitramini) nudus & merus homo Christus fuisset: quapropter ille est Filius dei: alioqui omnes mortales morti obnoxij remanerent. Ne mihi igitur quisquam ambigat, sed pro certo habeat omnis domus Israel, istum IESVM, quem uidistis specie hominem, facientem signa, ac huiusmodi opera, quæ nullus unquam ullo in tempore fecit, Christum esse, & dominum omnium. Nam & homo factus, ac IESVS uocatus (ut superius diximus) non diminutior est redditus humana passione, sed potius in eo ipso, quòd homo genitus est, uiuentium & mortuorum declaratus est Dominus. Postq; enim (ut inquit Apostolus)
1.Cor.1 in sapientia Dei mundus deum non cognouit, placuit deo per stultitiã prædicationis seruare credẽtes. Ita quoq; & nos homines, postq; noluimus per Verbum eius cognoscere deum, & seruire naturali domino nostro Verbo dei, placitum est deo in homine ostendere dominicam suam potestatem, & omnes trahere ad se: sed nudum merumq; hominem id facere prorsus indecorum erat, ne hominem habentes dominum, hominis cultores efficeremur: ea de causa ipsum Verbum caro factum est, & uocauit nomẽ eius IESVM, atq; ita uocauit & fecit eum dominũ & Christũ ipse Pater, quod perinde est ac si dicas, fecit illũ dominũ & regnatorem, ut in nomine eius, quem uos crucifixistis, quemadmodũ omne genu se flectit, ita & Dominũ & Regem, eundemq; esse Filium cognosceremus, & per eum, Patrem. Iudæi autẽ

plerisq;

plericꝫ iſta audientes, uicti conuerſiꝫ ſunt, ac deinceps agnouerunt Chriſtum(ut in Actibus ſcriptum eſt). Cæterum,quia Ariano furore exagitati, Iudæi ſtatuunt permanere,& pugnare cum Petro. Age, ſimiles iſtis dictiones apponamus,forſitan uel ita intellecta Scripturarum conſuetudine,conuerti poterint.Quòd autẽ æternus ſit Rex Chriſtus, ex ſuperioribus patet, necꝫ eſt,qui ſuper ea re controuerſiam moueat:quum enim ſit Filius Dei,ſequitur,ut ſit ſimilis Deo,quum uero ſit ſimilis Deo, omnino neceſſe eſt, ut ſit Dominus & Rex.Ipſe enim inquit,Qui uidit me,uidit & Patrem.Quòd aũt illud dictum Petri(Dominũ eum fecit & Chriſtum)non opus aliquod, aut quod factum ſit,Filium eſſe demonſtret,licitum eſt cognoſcere ex benedictione Iſaac, tametſi tenuis quædam & minus expreſſa figura ſit ad rem præſentem. Dicit igitur Iſaac ad Iacob, Efficiare Dominus fratrum tuorum:ad Eſau uero,Ecce,illum Dominum tuum feci. Si igitur hæc dictio,fecit,ſubſtantiam & initium natiuitatis in Iacobo ſignificaſſet, ne ita quidem eos oportebat de Verbo dei talia cogitare. Non enim eſt Filius Dei, opus factitiumꝫ aliquid, ut Iacob, ſed tamen poterint aliquo modo, ſi rationes iſtas audiant,à delirio ſuo abduci. Quòd ſi hæc uerba de ſubſtantia Iacobi, aut initio natiuitatis eius, quanꝫ & creaturæ & operis, non intelligũt, qui (quæſo)non peius diabolo inſanierint, ſi ea, quæ ne rebus quidem creatis ex iſtiuſmodi genere uerborum auſint attribuere,attribuant Filio Dei, cum aſſerentes rem conditam eſſe,quum Iſaac dicens(Efficiare) &(feci) necꝫ ſubſtantiam,necꝫ initium naſcendi Iacob ſignificarit? Poſt annos enim triginta aut eo amplius,ex quo natus eſſet,iſta ad eum dicta fuere, ſed Dominũ eius in fratrẽ,quod poſterius obuenit, innuerit. Multo igitur magis Petrus iſta locutus eſt ſine ulla ſignificatione naturæ ſubſtantiæꝫ Verbi,quaſi creatitiæ aut opera confectæ:quippe,qui nouerat eum Filium Dei, ut ex ipſius confeſsione apparet: Tu es Chriſtus Filius dei uiuentis, ſed gratiam eã quæ facta erat & obuenerat,indicare uoluit, eiusꝫ in nos regnum ac poteſtatẽ. Nam quum hæc diceret, non reticuit de æterna Paternaꝫ deitate Filij & Dei.Nam iam antè præmiſerat, illum, Spiritum Sanctum in nos effudiſſe. Certe pro arbitratu ſuo Spiritum dare,non rei creatitiæ eſt, non operis ab aliquo facti,ſed Dei munus.Creaturę ſiquidem ſanctificantur à Spiritu Sancto:Filius autem,quia non ſanctificatur à Spiritu, ſed cum omnibus largitur,manifeſte oſtendit ſe non creaturam, ſed uerum Patris Filium exiſtere. Veruntamen & eum qui donat Spiritum, factum eſſe Scriptura pronunciat,ſed factum inter nos, idꝫ aſſumptæ humanæ naturæ ratione:datorem tamen interim Spiritus,quia Verbum Dei eſt.Semper enim & eſt, & erat, & quemadmodum Filius eſt,ita quoꝫ & dominus, & uniuerſalis Rex omnium,Patriꝫ per omnia ſimilis:& qui omnia,ut ipſe profeſſus eſt, quæ Patris ſunt,poſsideat. Age iam de illo quod in Prouerbijs dicitur (dominus creauit me initium uiarum ſuarum ad opera ſua)introſpiciamus,tametſi iam clare demonſtratum ſit, Verbum nequaꝫ opus eſſe,aut conditum aliquid exiſtere.Idem enim eſt id quod conditum eſt,& quod factum, & quod alio uocabulo,opus dicimus:adeo ut probatio iſtius ſententiæ,eum opus non eſſe, probatio quoꝫ ſit eius,illum nihil ex conditis rebus exiſtere. Quapropter

Ioan.14

Prouerb.8

non

non possum non admirari,eos cõminiſci huiuſmodi cauillationes impietatis,& non pudefieri ad ſingulas redargutiones. Primum igitur ad fraudem ex ſimplicioribus ſciſcitantur.Is qui eſt,nõ entem,ex non ente fecit?an quũ iam exiſteret? Ac deinde,habebas ne filiũ antecꝫ genueras? quod ubi demõ ſtratum fuit futile eſſe & nugatorium,aliud deinde excogitauerũt. Vnum ne ſcilicet ingenitum,an duo? ubi & hic quoque confutati ſunt,connectunt ſtatim:Sui arbitrij ne eſt & conuertibilis naturæ? Quum id quoque repudiatum eſſet, denuo commenti ſunt ut hanc ſententiam arroderent: Tanto præſtantior Angelis factus. Vbi,cum etiam illud ueritas refutaſſet,iam inde omnia illa in unum contrahentes,per uocabulum operis & rei conditæ,exiſtimant ſe ſuam hæreſim ſtabilire poſſe. Eadem enim illa denuo inſinuant, nec abſiſtunt à ſuis uafricijs,quum idem ſubinde, ſed multipliciter interpolatum in medium proferant,ut uarietas ea quocunqꝫ modo ſaltem aliquos circumueniat.Cæterum,quancꝫ ſuperius dicta clare oſtendunt,eorum commenta futilia eſſe,tamen quia hoc prouerbiorum ſchemate,ſeſe ubicꝫ uendi tant,& apud pleroſcꝫ,quibus Chriſtiana Fides incognita eſt,aliquid uidentur dicere, neceſſarium eſt, ut illud ſuperius, nempe (fidelem eum fuiſſe ei, qui ipſum fecit)ita quoque hanc uocem (creauit) ſiue(condidit) excuti & examinari, uti, quemadmodum in omnibus, ita hic quoꝫ falſi redarguantur,& nihil habere niſi inania phantaſmata.Sed ante omnia illa inſpiciamus quæ per id temporis,quum iſta hæreſis ab ijs fingeretur, apud Beatum Alexandrum ſuis ſcriptis ediderunt.Scripſerunt enim in hæc uerba: Creatura eſt,ſed non,ut ulla ex rebus creatis. Opus eſt,ſed non ut ullum ex operibus. Res condita eſt,ſed non,ut ulla ex rebus conditis.Iam ſcilicet uidetis uafricidem & dolos iſtius hæreſis,quæ non ignara,quàm amarulenta ſit iſta ſua malitia,fucos quærit,& lenocinium ſibi mutuat ex uerborum diſertitudine, ut quum dicat:quod ſentit Filium creaturam eſſe,lateat tamen ob hunc prætextum uerborum: quòd tametſi creatus ſit, non tamen eſſe eum, qualis ulla ex creaturis eſt. Atqui cum ad iſtum modum ſcribunt,multo magis ea ratione ſuam impietatem produnt. Si enim omnino noſtro more opus exiſtit, cur à uobis ad diſſimulationem additur,ſed non,ut ullum ex operibus? Nã ſi omnino opus eſt,qui,quæſo, non fuerit unum ex operibus? in qua parte uenenum iſtius hęreſeos intueri licet. Nam, quum dicunt eum creaturã eſſe, ſed non ita,ut unum ex creaturis,ſiue rebus genitis,multos cum & filios eiuſdem ordinis conſtituunt: & Dominum unum ex iſta claſſe filiorum cenſent,ut iam unigenitus æſtimandus non ſit,quum multos habeat fratres: interim pro blandimento eum Filiũ & germen nominantes,ſed fruſtra. Quorſum igitur iſta hypocriſis,ut eum creaturã appelletis? Nam ſi pro appẽdice à uobis addatur,ſed tñ,non ut ulla creatura,ex eo ipſo ſtatim apparebit delirium ueſtri ſophiſmatis,quum eum etiam ita creaturam pronuncietis: neqꝫ alia,cꝫ quæ de alijs creaturis quiſpiam dixerit,de Filio Dei ſentiatis,ut prorſus ſimul & deliri,& cęci. Quę enim creaturarum talis eſt,qualis alia, ut hoc tancꝫ eximium de Filio prædicetis? Siquidem tota rerum natura intra ſex dies condita eſt,& primo quidem lux:quod ſpaciũ diem appellauit: ſecundo aũt,firmamentum:tertio uero,in unum congregans aquas,aridam exhibuit:

buit:quarto, ſolem & lunam fecit,cæterarumq; ſtellarum chorum: quinto, animalium in aquis,& uolucrium in cœlo nationem procreauit:ſexto,quadrupedia in terris,deinde hominem fecit.Et inuiſibilia eius à creatione mundi ipſis operibus intellecta perſpiciuntur,neq; lux ſicuti nox, neq; ſol ut luna,neq; irrationalia ut rationalis homo, neq; Angeli ut throni,neq; throni ut poteſtates.Quæ tamen omnia ſunt res creatæ,ſed ita, ut unumquodq; ſecundum ſuum genus propria ſua ſubſtantia potiatur,& prout genitum eſt, ita exiſtat & permaneat.Aut igitur Verbum eximatur è numero rerum conditarum,& ut conditor,Patri ſuo proprius attribuatur, agnoſcaturq; natura Filius eſſe:aut ſi omnino res condita eſt,eundem illi ordinem cum cęteris creaturis aſſcribite,dicaturq; unaquęq; illarū creatura,ſed tamen,ut nulla alia tale ſit γέννημα aut opus.Idem enim dicitis γέννημα & ποίημα, ſcribentes illum creatum aut factum.Nam tametſi excellit comparatione inter cæteros Filius, nihilo tamen minus illum q̄ reliquos omnes opus eſſe cenſendum: quoniam in aliꝭ quoq; per naturam creatis, licitum eſt reperire aliud alio præſtantius.Siquidem ſtella à ſtella ſplendore differt. Cæteraq; omnia inter ſe comparata,diſcrimen habent:non ideo tamen hæc,quia meliora, Dominatum habent:aut iſta,quia deteriora,melioribus ſeruiunt:aut illa uim efficiendi poſsident: iſta contrà ab illis efficiuntur, ſed omnia æquè naſcendi fiendiq; naturam obtinent,ſuum opificem authoremq;,ſui procreatu conteſtantia,ut à Dauide cantatum eſt:Cœli enarrant gloriam Dei, & opus manuū eius annunciat firmamentū:quemadmodum & Zorobabel ille ſapiens dicit:Omnis terra ueritatem clamat,& cœlum ei benedicit, & omnia opera quaſſantur & tremunt.Quòd ſi omnis terra opificem & ueritatem depræ-
dicat,& encomꝭ effert,& contremiſcit, & opifex eius Verbum eſt, qui & ita de ſe loquitur,Ego ſum ueritas:non igitur conditum aliquid fuerit Verbum,ſed ſolus proprius ſui Patris,in quo omnia inter ſe certo modulo ſunt coaptata, idemq; ab omnibus ut opifex celebratur.Eram em̄, inquit, apud eum omnia concinnans:&,Pater meus uſq; nunc operatur,& ego operor.Illud autem(uſq; nunc)ſignificat eum æternaliter in Patre exiſtere. Rationis enim ſiue Verbi proprium eſt,operari opera Patris, & non eſſe extra eum. Si aūt quæ Pater operatur,eadem & Filius operatur:&, quæ Filius creat, ea ſunt Patris creaturæ,& tamen Patris Filium, opus creaturamq; cenſeri uis, ſequitur ut aut ipſe ſeipſum operetur & creet: quandoquidem quæ operatur Pater,ea ſunt & Filꝭ opera,quod abſurdum fuerit & impoſsibile: aut ut dum creat & operatur opera Patris, ipſe non fuerit opus aut creatura,ne ipſe author rerum cauſaq; effectrix in rebus creandis reperiatur id efficere, quod effectus eſt,aut potius non poſſe efficere. Quomodo enim, ſi ſecundum uos ex non entibus extitit,potis eſt non entia,ut entia ſint,cōdere atq; architectari? Quòd ſi, quamuis creatura ſit, creaturas tamen eum condere uelis, idem in omnibus rebus creatis intelligendum etit,ut & ipſæ ſe creare poſsint.Quòd ſi id à uobis admittatur, qui uſus erit Verbi, quū poſsint inferiora à ſuperioribus procreari? aut quomodo ſingula,quum fierent in initio rerum,audire potuiſſent uocem Dei,Eſto & efficiare,ſi eo modo conderentur? Sed neq; ſcriptum eſt,neq; poſsibile eſt.Eorum enim quæ creantur,

Rom.1

pſal.18

3.Eſd.4

Ioan.14

Ioan.5

nullum

nullum est sui causa efficiẽs: omnia siquidem per Verbum effecta sunt, neq; illud operatum fuisset omnia, si ipsum ex numero operum aut rerum conditarum fuisset: neq; enim uel Angeli quicq; creare possunt, quum & ipsi sint creaturæ, quamuis in diuersam sententiam Valentinus, Marcion, & Basilides eant, & uos unà cum ijs, ut asseclas decet & æmulatores. Quinimo, ne sol quidem, quum sit res creatitia, uncq; effecerit, ut quod nihil est, aliquid fiat, neq; homo hominem finxerit, neq; lapis lapidem excitauerit, neq; lignũ ligno augmentum dederit: Sed deus est, qui in utero fingit hominẽ, & qui montes collocat, & qui ligno proceritatem addit: homo uero mentis scientiæq; capax, hanc materiam concinnat & modificatur: & quæ iam sunt, operatur pro ratione suæ scientiæ, & cõtentus est, q; ipse duntaxat sit genitus: suamq; naturam agnoscens, ubi alicuius rei indigus est, deum inuocat. Si igitur Deus, non nisi ex materia operatur & componit, (ut Ethnicorum sententia habet) artifex, non conditor appellari debet, quum ad eum modum, in materia etiam Verbũ operetur, & pro ministro sit inseruiatq; Deo. Sin autẽ per Verbum Deus, quæ entia non sunt, euocat ad essentiam, fieri nequit, ut Verbum sit ex numero non entium, aut eorum quæ euocantur ut sint, aut quæ ministerium seruitiumq; Deo de se præbeant, ne aliud Verbum requiramus, per quod Verbum euocatum sit: Verbo enim, ea quæ non sunt, facta sunt, & si per illud condit & facit, non potest fieri, ut illud ipsum in eorũ grege numeretur, quæ conduntur & fiunt: sed potius conditoris Dei ratio habeatur, quod quia extra opera Patris consistens, operatur, notitiam de se præbet, & ipsum in Patre, & Patrem in ipso esse: adeo, ut qui uiderit illud, uiderit & Patrem, idq; ob proprietatem substantiæ, & similitudinẽ quæ illi per omnia cum Patre est. Quomodo igitur Pater per Verbum condiderit, si non sit Verbum Patri suo sua ipsius Sapientia? aut quomodo eius Verbũ fuerit & Sapientia, si non sit proprium illius germen ac Soboles, sed quiddã quod ex nihilo prodierit? Qui igitur fit, ut cum omnia ex nihilo sint, & creaturæ habeantur: Filiusq; secundum eos unus ex rebus conditis, & ex eorum classe, quæ aliquando non erant, qui fit (incq;) ut is solus Patrẽ reuelet? Nam si possibile est, id quod factitium est, Patrem cognoscere, cognoscatur Pater etiam ab omnibus factitijs & creatis, pro modulo cuiusque: Omnia enim opera sunt, quemadmodum & ipse. Quòd si rebus creatis Patrem aut uidere aut cognoscere impossibile est, quum tale spectaculum, eiusmodiq; cognitio omnis transcendat, quemadmodum Deus de se locutus est:
Act. 20 Nemo inquiens, uidebit faciem meam, & uiuet: quod ipsum quoque à Fi-
Ioan. 14 lio dictum est: Nemo cognoscit Patrem, nisi Filius. Aliud igitur fuerit à rebus creatis Verbum, ut quod solum ex omnibus cognoscat, solum conspiciat Patrem, ut ex ipsis uerbis colligere licet: neminem uidere Patrem, nisi eum qui est ex Patre: & nullum cognoscere Patrem, nisi Filium, tametsi id Arianis non uideatur. Quomodo autem cognosceret solus, nisi esset suo Patri proprius? aut quomodo proprius illi fuerit, si creatura, & non uerus ex eo Filius sit? Eadem enim subinde dicere pietatis causa, tædio esse non debebit. Nefarium igitur est, sentire unum ex numero isto uniuersitatis Filium esse: blasphemum item & stolidum creaturam illum appellare, quancq; non talem,

lem,quales cæteræ creaturæ:opusq; illum esse, sed non quale ullū inter opera:ac genimen esse, sed ut nullum aliud genimen tale sit. Qui enim. non tale fuerit quale ullum ex istis? siquidem iuxta eos,non erat, priusq; fieret. Proprium enim id in rebus conditis,& operibus,ut non sit, priusquàm fiant: & ex non entibus,ad naturam entium perueniant,etiamsi gloria cæteros omnes antecellant.Id enim ubiq; in omnibus rebus creatis ex mutua inter ipsas differentia deprehenditur,ut ante oculos apparet.Atqui,si iuxta hæreticos, res condita quidem aut opus esset,sed non tamen eiusmodi, cuiusmodi sunt condita,ob suam præ cæteris excellentiam, oportuit id ipsum,quibus nam melior esset,à Sacris literis indicari:quale est, si Archangelis maior dicatur, aut precioſior thronis,aut splēdidior sole & luna,aut spacioſior cœlis. Nūc autē ille ad istum modum non describitur,sed Filium eum sibi esse & solum, & proprium ostendit Pater,idq; his uerbis:Filius meus es tu.Et rursum:Hic *Psal.2*
est Filius meus dilectus,in quo mihi cōgratulor.Ideoq; inseruiebant illi An *Matth.3*
geli,ut diuerso alienoq; ab illorū natura: & adoratur ab illis, non ut gloria maior,sed ut alius,discretus,seiunctusq; à conditione tum creaturarum reliquarum,tum etiam ipsorum Angelorum,Patri tantummodo ęqualis secundum rationem substantiæ.Si enim ideo,quia gloria sublimior est,adoratur, par erat,ut omnia inferiora superioribus se in adorando inclinarent: Sed id ita non est: creatura siquidem creaturam non adorat, sed quæ seruilis sunt conditionis,Dominos:& quæ creaturæ sunt,Deum adorationibus colunt. Petrus uero adorare uolentem Cornelium inhibuit, dicens: quoniam & ego homo sum.Angelus quoq; Ioannem in Apocalypsi se adorare uolentē, non admisit, dicens, uide ne feceris: conseruus enim sum fratrum tuorum *Apocal.22*
Prophetarum,& seruantium uerba codicis huius, Deum adora. Quocirca solius numinis est adorari,neq; id ab Angelis ignoratur, qui quanquam cæteros gloria transcendunt,creaturas tamen se esse, neq; in classibus adorandorum,sed adorantiū agnoscūt se computari debere.Patrem certe Sampsonis Manue uolentem sacrificium offerre Angelo, Angelus prohibuit his uerbis:Nō mihi, sed Deo offerto.Dominus contrà etiam ab Angelis adoratur.Scriptum est enim:Et adorent eum omnes Angeli Dei, idemq; illi fit *Psal.96*
ab omnibus gentibus,ut ab Esaia dictū est: Defecit Ægyptus & mercatus Æthiopum,& Sabæi uiri excelsi ad te transmeabunt,tibiq; erunt serui: deinde continuo,Et adorabunt, & tibi supplicabunt: &,Non est Deus præter *Sap.12*
te: & discipulos se adorare permittit, & plene illos instruit, dum indicat quis nam sit:Nónne uos me dicitis Dominum & Magistrum? & recte dici *Ioan.17*
tis,sum etenim.Thomam item, ita ipsum alloquentem, Dominus meus & *Ioan.20*
Deus meus,uerbis illis uti cōcedit,quin potius gratum acceptumq; habet, nihilq; impedimenti opponit, quo minus hæc uerba pronunciaret.Est em ipse,ut & alij Prophetæ dicunt,& Dauid psallit, Dominus uirtutum nobi- *Psal.45*
scū & Sabaoth:quod ex interpretatione est,Dominus exercituum,& Deus uerus & omnipotens:Etiam si Ariani rumpantur,non ipse adoratus fuisset, non ista de eo dicta fuissent, si ullo modo creatura fuisset.Nunc autem,quia creatura non est,sed proprium ex substantia Dei adorandi germen, & naturalis Filius,ideo adoratur & Deus creditur, & dominus exercituum est, &

author & omnipotens eadē ratione qua Pater ipſius: Eius enim uerba ſunt: Omnia quæcunq; Pater meus habet, mea ſunt: Filij enim proprium ea quæ Patris ſunt, poſsidere: ac talem eſſe, ut in eo Pater ſpectetur, & per eū omnia fiant, & in eo omnium ſalus perficiatur & conſtituatur. Quin & iſta ab ijs ſciſcitari non incongruū fuerit, ut refutatio hæreſeos clarius appareat: Quū omnia ſint condita, omniaq; ex nihilo conſtituta ſint, atque adeo ipſe Filius pro ueſtra ſententia ſit res condita, & unus ex non entibus, quid ita per eum ſolum fecit omnia, & ſine eo factum nihil? aut cur, quū omnia ibi facta nominentur, nemo in eo numero Filium intelligit, ſed creaturas duntaxat? quum autem de Verbo loquuntur Scripturæ, ne hic quidem illum unum ex omnium numero eſſe ſentiunt? ſed eum cum Patre in eodem ordine conſtituunt, in quo omnium curam & ſalutem operatur Pater, præſertim quum in poteſtate eius erat, eodem præcepto, quo Filius creatus eſt, creare uniuerſa. Non enim fatigatur Deus præcipiendo, neq; uiribus deſtituitur ad uniuerſitatis procreationem, ut nuſq; niſi ad ſolum Filium procreandum par ſit: ad reliquorum aūt architectationem, miniſterio & auxilio Filij indigeat. Neq; in moram conijcitur, quodcunq; ille uult fieri. Statim enim, ut uoluit, extitere omnia, & uoluntati eius nemo reſtitit. Qua de cauſa igitur non omnia facta ſunt à Deo, eodem prȩcepto quo factus eſt Filius? aut cur per Filium, qui & ipſe factus erat, facta ſunt omnia? reſpondeant mihi (quæſo) ad has percunctationes. Deſtituuntur quidem omni ratione, ſed tamen iſta in mediū adferunt in diſputando de Filio: Deum uolentem creatitiam naturam producere, quum uidiſſet eam puritatis ſuæ, & architectationis participem eſſe non poſſe, condidit primus & fecit unus unū, eumq; appellauit ſuum Filiū & Verbum, ut illo condito, reliqua deinde per eum condi poſſent. Hæc nō ſolum dixere, ſed & ſcribere auſi ſunt Euſebius & Arius, & qui idolis ſacrifi cauit, Aſterius. Quis igitur ob iſta eos non plane impietatis cōdemnauerit? quā, ubi cum multa ſtultitia citra omnem pudorem miſcuerunt, nihil uerecundantur ita contra ueritatem debacchari. Si enim dixerint ob fatigationē non ſuffeciſſe Deum ad reliquorum procreationem, ac ideo Filium condidiſſe, occlamabit aduerſus eos tota rerum uniuerſitas, quòd nefaria & indi-
Eſa.35 gna de Numine loquantur, quod ſcriptis ſuis atteſtatur Eſaias, Deus æternus, qui conſtruxit fines terræ, non eſuriet, neq; delaſſabitur, neq; eſt inueſtigatio cogitationis eius. Quòd ſi Deum quaſi faſtidioſum dedignabundumq; creandi, unum duntaxat Filium condidiſſe uelint, eiq; condito reliqua deinde condenda mandaſſe quaſi uicario & ſuccenturiato, id & indignum Numine in quo nihil eſt faſtus, & ab ipſo Domino refellitur, cuius
Matth.10 ea uerba ſunt: Nónne duo paſſeres aſſe ueneunt? non tamen ne unus qui-
Matth.6 dem ex ijs in terrā cadet ſine Patre ueſtro, qui eſt in cœlis. Ac rurſum, Ne anxij ſitis pro anima ueſtra quid comedatis, aut pro corpore ueſtro quid induamini, nónne anima pluris eſt q̄ alimentum? & corpus q̄ indumentum? Reſpicite ad uolucria cœli, quòd nec ſeminent, nec metant, neq; congregēt in horrea ſua, & Pater ueſter cœleſtis paſcit illa: nónne uos illis multo præ-
Matth.6 ſtantiores eſtis? Quis poteſt ex uobis ſolicite cogitando adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum unum? & cætera quæ ſequuntur. Quòd ſi Deo non in-

dignum

dignum uidetur,uſq; ad illa minuta curam ſuam extendere,capillos ſcilicet capitis,paſſeres,fœnum, non indignum quoq; illi uiſum fuerit ea procreare. Quorum enim curam tutelamq; ſuſcipit, horum etiam conditor eſt per ſuum Verbum: alioqui iſta dicentibus grauior adhuc abſurditas occurrat. Diuidunt enim mundi architecturam,& creaturas mundi, partimq; eas Patris, partim Filij operibus attribuũt, cum oporteret aut omnia cum Filio à Patre fieri:aut ſi per Filium omnia fiunt, nequaquã dicere Filiũ unum ex ijs eſſe,quæ facta ſunt.Iam & iſta ratione eorum ueſaniam redargueris:Si uerbum quoq; factitiæ naturæ eſt, & factitia natura impotẽs eſt recipere in ſeipſam Dei operam, qui, quæſo, Verbum ſolũmodo,ex omnibus potuerit ab ingenita puriſſimaq; ſubſtantia dei(ut uos dicitis)procreari? Neceſſum enim eſt,ſi in eo id potuit fieri,idem in omnibus quoq; potuiſſe fieri: aut ſi id in nullo poſſit fieri,eandem impoſſibilitatem in Verbo exiſtere: nam & ipſum illud ſecũdum ueſtram opinionem ex rebus creatis eſt. Rurſus,ſi ob id,quia nequibat creatitia natura particeps eſſe Diuinæ in ſe impenſæ operæ,opus fuit interuẽtu adminiſtratoris & uicarij,prorſus neceſſum eſt,quũ Verbũ factitia & creatitia res ſit, ipſum quoq;, ut fieret,mediatore indiguiſſe:quippe,quum & ipſum ſit creatitiæ naturæ,quæ Dei operæ in ſe recipiundæ idonea non eſt,ſed mediatorem requirit.Iam ſi huius mediator repertus ſit, ſtatim & huic ipſi mediatori alius mediator reperiundus eſt, atq; ita ſemper altiora petendo,inuenies ingentem affluxum mediatorum,ac proinde impoſſibile fuerit ſubſiſtere rerum naturam, ſemper mediatore indigentem,quum mediator eſſe nõ poſſit ſine mediatore, eò quòd omnia ſint creatitiæ naturæ,quæ particeps eſſe nequit, prout uos dicitis, diuinæ operationis.Quanta igitur demẽtia ſcatent,quæ eos ita infatuat, ut quæ iam facta ſunt, nequiuiſſe fieri arbitrentur, aut fortaſſe ne nunc quidẽ ea condita eſſe imaginabuntur, utpote etiamnum meditatorẽ illum requirẽtes. Nam ſecundum iſtam impiam tantopere & deliram ſententiam, ne extiterit quidem rerum natura,eò quòd nuſquã inuenias iſtiuſmodi mediatorem.Cęterum,illud dicent,ecce per Moſen eduxit populum ex Ægypto,& per eundem,qui homo fuit,legem dedit,ut poſſibile ſit per ſimilem ſimilia fieri. Id illos obtecta fronte dicere conueniebat,ne magnũ pudorẽ confuſionemq; referrent. Moſes enim non ad condendum miſſus eſt, neq; ut quæ non eſſent,ad eſſentiam euocaret, aut conderet homines ſecum eiuſdem generis, ſed ut tantũmodo miniſter eſſet ſermonis ad regem Pharaonem & ad populum Iſraeliticum.Cæterum,iſthic immane diſcrimen eſt,quũ adminiſtrare creaturarum ut ſeruorum ſit:condere uero & creare ſolius ſit Dei, eiusq; Verbi & Sapientiæ. Ideoq; in condendi ratione non alium inueneris, niſi ſolum Dei Verbum:Siquidem in Sapientia, facta ſunt omnia,& ſine Verbo factum eſt nihil.Ad miniſteriũ aũt non unus, ſed ex omnibus plures ad manum præſto ſunt,quos Dominus,ſi uelit,amandet. Multi enim Archangeli,multi Throni,multę Poteſtates,et Dominationes,millies millia,et decies millies centena millia miniſtrorum adſiſtunt & apparent,qui ſe promptos offerant ut emittantur. Et Prophetæ item multi, Apoſtoli duodecim, & Paulus atq; adeo Moſes ipſe, & Aaron cũ eo, & poſt eos alij ſeptuagin-

Num.23

ta qui impleti fuere Spiritu Sancto, quemadmodum Mosi Iesus Naue, Iesu uero Nauæ iudices, iudicibus porro non unus aut alter, sed multi reges succesſere. Si igitur creatura erat, & unus ex conditis rebus Filius, seque retur plures esse huiusmodi filios, ut plures habeat ministros Deus, quemadmodum ad alia negocia ingens turba suppetit. Quòd si id nusquam sub oculos cadit, & multæ sunt creaturæ, sed Verbū duntaxat unum, quis non uel inde contuetur Filium eminere præ cæteris, & non æqualitatē cum rebus creatis, sed cum Patre proprietatem suam habere? unde non plura, sed unum solūmodo Verbum unius Patris, unáq; unius Dei Imago credenda est. Sed ecce, inquiunt, unus sol est, & una terra. Dicant stolidi, & unā esse aquam, unum ignem, ut uicissim audiant, eorum quæ creantur, unūquodq; singulum esse, atq; unum ratione suæ substantiæ: sed tamen secundū ministerium officium q; illis demandatum, unumquodq; per se solum non ido-
Gen.1 neum satis ac sufficiens habetur. Dixit enim Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli ad illustrationem terræ, ut discrimen adferant inter diem & noctem: & ad signa, consistant, & ad tempora, & ad dies, & annos. Deinde ait,
Gen.1 Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius ad exordia diei: luminare minus ad exordia noctis, & stellas: & posuit ea in firmamento cœli, ut illuminarent terram, & initia diei ac noctis facerent. Ecce tibi plura luminaria, non solem duntaxat aut lunam solūmodo, quæ quidem singula unica sunt ratione suæ substantiæ, sed tamen omnium unum & cōmune ministerij officium, & quod in uno deficit, in altero adimpletur, usus q; illuminandi ab omnibus conficitur. Sol em̄ diurno spacio ius facultatem q; habet illustrandi: luna aūt per noctem: stellæ deinde unà cum istis tēpora & annos perficiunt, & unūquodq; illorum pro signo constituitur ad rerum usum ac necessitatē. Ita quoq; terra non ad omnia destinatur, sed solūmodo ad fru-
Gen.1 ctus procreandos, & ad ingressum ánimantium sustinendum. Firmamentum item ut diuidat inter aquas & aquas, situs q; luminarium in eo deputatus est. Eodem modo quoq; ignis & aqua cum cæteris omnibus, naturam accepere, ut corpora inde cōponerentur. In summa, nihil omnino sibi solū, sed singula ueluti membra, istum mundum, quasi unum corpus absoluunt. Si igitur ita quoq; de Filio sentiunt, lapidentur ab omnibus, eò quòd Verbum partē aliquā uniuersitatis existimēt, eam q; non idoneā aut sufficientē ad demandata officia, sine aliorū uiribus. Si aūt illud euidenter impium est, agnoscant Verbum non aliquod ex numero creatitiarū rerum, sed Patris proprium: & unicum Verbum, & rerum creatarum opificem esse. Negant id isti, aiunt q; eum creaturam esse, & unum ex rebus conditis, à magistro & opifice didicisse condendi, creandi q; rationem, atq; ita quoq; ministerium præbuisse magistro suo Deo. Hac enim persuasione imbutus Asterius sophista, ausus est in scriptis inficiari Dominum, non animaduersa eius rei absurditate: Si enim creandi ratio doceri potest, uideant ne ipsum Deum referant, non natura, sed scientia conditorem rerum esse factum: adeo, ut ab ea facultate excidere queat. Postremo, si sapiētia Dei discēdo, sibi usum rationem q; creandi comparauit, qui Sapientia esse possit, quum adhuc indigeat institutione? & quid nā erat antequā in disciplina proficeret? Sapiētia em̄

non-

nondum erat,utpote, deſtituta legitima inſtitutione. Vanum igitur quiddam erat,ac neutiq; ſubſtantialis ſapientia, quippe, quæ ex profectu nomẽ ſapientiæ obtinuit, neq; diutius ſapientia futura eſt, quàm id quod didicit, memoria retinuerit. Quod enim non ex natura alicui,ſed ex doctrina obuenit,id aliquando dediſci poteſt. Talia aũt dicere de Verbo Deo, Chriſtianorum non eſt,ſed ethnicorum. Si enim per doctrinam,creandi facultas cõparatur,imbecillitatem & inuidentiam in Deo uecordes iſti cõſtituunt: Inuidentiam quidem, quòd non multos conditores erudiũt, ut quemadmodum multi ſunt Archangeli & Angeli,ita quoq; multi conditores circa ipſum uerſentur:Imbecillitatem uero,quòd nõ ſolus potuit opus efficere,ſed cooperatore & adminiſtro indiguit,cũ tamen extra controuerſiam ſit, creatitiã naturã à ſolo Deo creari poſſe:ſiquidẽ pro illorũ ſententia, Filius creatitius à ſolo Deo potuit creari. Cæterũ,nullius indigus eſt Deus, abſit: ipſe enim dixit,plenus ſum:neq; ex doctrina Verbum conditor factum eſt, ſed quum ſit Imago & Sapientia Patris,quæ Patris ſunt,facit: neq; ad miniſterium creandarũ rerum à Patre eſt cõditus. Ecce enim,iam ſubſiſtente Filio, ipſe Pater operari conſpicitur,ut à Domino noſtro dictum fuit:Pater meus uſq; nunc operatur,& ego operor. Si igitur ſecundũ uos ideo conditus eſt Filius,ut cætera,ubi ipſe iam creatus erat,crearet,& Pater tamen poſt editũ Filium operetur,ocioſa ſuperuacuaq; fuerit Filij iſtius in rerum naturam introductio. Nam cur alioqui,quum condere hanc rerum uniuerſitatis fabricam uellet, mediatorẽ conquiſiuiſſet, quaſi eius uoluntas non ſatis potens ſit ad ea conſtituenda,quæ ipſi placuerint? quum tamen inquiunt Scripturæ:Omnia quæ uoluit,fecit:uoluntati enim eius quis eſt qui reſtitit? ecce tibi uoluntatem parem ſufficientemq; ad uniuerſitatis architecturã. Superuacuus ergo hic iterum mediatoris uſus. Nam illud exemplum ueſtrum de Moſe,& ſole,& luna,iam oſtenſum eſt friuolũ eſſe. Illud quoq; uos denuo redarguet: ſi Deus uolens creatitiã naturã producere, ac ſuper ea re deliberans,Filiũ in eos uſus procreauit, pro ueſtra opinione, ut per eum nos ædificaret:animaduertite,q; audax ſit impietas in ueſtris uerbis: primum, quia apparebit Filium propter nos,non nos propter Filium conditos eſſe. Non enim nos eius cauſa creati fuerimus, ſed ille noſtri: adeo, ut ipſe nobis, non nos illi gratiam debeamus, quemadmodum mulier uiro. Non enim,inquit Scriptura, uir creatus eſt propter mulierem, ſed contrà, mulier propter uirum. Igitur ſicuti uir imago eſt & gloria Dei, & mulier gloria uiri eſt,ita & nos quidem Dei imago,& ad gloriã eius creati fuerimus:Filius contrà noſtri imago fuerit, & ad noſtram gloriam exiſtere inceperit. Et nos quidem ut eſſemus, creati ſumus: Filius uero propter nos, non ipſius cauſa ut eſſet, ſed ad noſtri uſum, ueluti inſtrumentum quoddam conditus fuerit: adeo, ut nos non ad eius uſum, ſed ille ad noſtri utilitatem neceſſitatemq; in rerũ naturam prodierit: qui (quæſo) non omnium ſtoliditatem tranſcendunt, qui iſtiuſmodi uel duntaxat in cogitationem admittunt? Nam ſi propter nos Verbum factum eſt, prius illud q; nos apud Patrem non fuerit. Non enim quum illud in ſe haberet,de nobis,ſed quum nos haberet,de illo cogitauit,quemadmodum iſti dicunt. Iam,ſi illud conceditur,plane ſequitur, ut

Pſal.113

1.Cor.11

1.Cor.11

Pater Filium ſibi noluerit: non enim uolens eum creauit, ſed quum nos uel let, noſtri gratia eum inſtituit: poſt nos enim de eo cogitauit, adeo, ut ſecun dum impios ſuperuacue ſit Filius editus, qui in hoc editus eſt, ut eſſet inſtru mentum eorum, quorum gratia creatus eſt. Sin aũt Filius, ut ſolus potens à ſolo Deo conditus eſt, nos aũt ut impotentes ab eo facti ſumus, cur non po tius ante omnia de Filio ut potente, cẽq; de nobis cogitat ac deliberat? aut cur potentem imbecillibus non anteponit? aut cur eum primum faciens, non primum de eo deliberabat? aut cur de nobis primum deliberans, non pri mo quoq; tempore nos produxit, quum ad omnium rerum conſtitutionẽ eius uoluntas ſufficiebat? Sed illum quidem primum condit, de nobis autẽ primum cogitat: & quum nos uelit ante mediatorem, nos tamen creare uo lens, ac de nobis deliberãs, creaturas appellat: illum aũt, quem propter nos architectatur, Filiũ & ſuum hæredem appellat. Atqui oportebat nos, quo rum gratia illum producit, filios potius appellari: aut illum qui re uera Fi lius eſt de eo prius cogitare, eumq; uelle, per quẽ omnes nos facit. Iſtiuſmo di quidem ſunt uomitus & nauſeæ hæreticorum, non tamen ueritatis ſen tentia obticeri debet, ſed magna imprimis uoce enuncianda eſt: Dei ſcilicet Verbũ nõ propter nos, ſed nos propter ipſum extitiſſe, & in eo cõdita eſſe omnia. Neq; enim ob noſtram imbecillitatẽ, is qui potens erat, à ſolo Deo creatus eſt, ut Deus nos per eum, ueluti per inſtrumentum ædificaret, abſit, non ita eſt. Nam ſi Deo placuiſſet nullas creaturas producere, nihilominus tamen Verbum apud Patrem, & Pater in eo fuiſſet. Creaturas certe impoſ ſibile erat ſine eo fieri, atq; ideo per eum factæ ſunt, idq; nõ immerito. Quũ enim Verbum proprius ſit ſubſtantiæ Dei Filius, & ex eo extiterit, & in eo conſiſtat, ut ipſe dixit: fieri non potuit, quin omnia per eum opera effice rentur. Vt enim lux ſuis radijs omnia illuminat, & ſine eius radijs nihil illu ſtrari quiuerit: ita quoq; & Pater ueluti per manũ in Verbo ſuo operatus
Gen. 1 eſt omnia, & ſine eo nihil facit. Dixit igitur Deus (ut inquit Moſes) fiat lux, congregetur aqua, & producat terra, & faciamus hominem. Dauid quoq;
Pſal. 32 modulatur, Ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Dixit, non ut in rebus humanis adminiſter aliquis audiret, auditamq; loquẽtis uolun tatem opere præſtaret: id enim propriũ eſt rebus creatis: de Verbo autem id cogitare aut dicere abſurdum fuerit. Eſt etenim Verbum Domini archi tectus, & rerum author, & eſt Patris uoluntas: atq; inde eſt q; non relatum eſt à Scriptura, eũ uel audijſſe aliquo modo uel reſpondiſſe, aut qualia tan dem fieri ea uellet, percunctatum fuiſſe: ſed potius dixit Deus, fiat, & ſubin tulit, & ita factum eſt: nam quod placuit & uoluit, id ſtatim Verbo perfe ctum atq; abſolutum fuit. Quum enim Deus uel Angelis uel alijs præcipit, uel cum Moſe loquitur, aut Abrahæ promiſſiones facit, tum is qui audit, i ta reſpondere inducitur, ut alius dicat, quomodo id ſcire potuero? alius u
Iob 9 ro, quæſo, alium deligas. Et rurſum, Si ex me ſciſcitati fuerint, quod nomen tibi ſit, quid reſpondebo illis? Et Angelus Zachariæ dixit, Hæc dicit Do
Zach. 1 minus: Zacharias Dominum uiciſſim percũctatur, Domine, qui in omnia imperium & poteſtatem habes, quouſq; tandem non miſereberis Hieruſa lem: & datur illi audire uerba bona & cõſolatoria. Habet enim unuſquiſq;

iſto-

istorum mediatorem, Verbum scilicet, & Sapientiam Dei indicãtem, quæ sit uoluntas Patris. Quum aũt ipsum Verbum operatur & creat, non est illic aut percunctatio aut responsio: in Verbo enim est Pater, & Verbum in Patre: sed sufficit uelle, & opus perficitur: ut illud dicere patrem, indicium nobis sit uoluntatis diuinæ: illud aũt, & factum est ita, opus significet, quod perfectum fuit per Verbum & Sapientiam, in qua est uoluntas Patris: & illud ipsum quod Deus dixerit, in Verbo cognoscitur: omnia enim in Sapientia fecit, quippe, quũ & Verbo Domini cœli firmati sint, & unus sit Dominus IESVS Christus, per quẽ omnia, & nos per illum: Ex istis scilicet spectare licet, Arianos non contra nos pugnam habere super hæresi sua, sed id quidem eos simulare, quasi nobiscum ipsis bellum sit, quum tamen re uera contra Deitatem hostilia faciant. Si enim nostra illa uox esset, Hic est Filius meus dilectus, non magni momenti esset nostra de illis incusatio: nunc quũ Patris sit sermo, & discipuli audiãt, atq; adeo ipse Filius de se loquatur, Ante omnes colles genuit me: qui, quæso, nõ uti fabulosi gigãtes, & ipsi quoq; cum numinibus bellum cõserere uideantur? Linguã habent (ut ait Psalmographus) quasi gladium acutum ad impietatem, neq; ad Patris uocem tremiscunt, neq; Patris Verbum reuerentia prosequuntur, neq; Sanctis fidem accõmodant, quum alius scribat, eum esse splendorem gloriæ & characterem substantiæ Patris, Christum q; esse Dei Potentiam, ac dei Sapientiam: Psalmographus aũt moduletur: Apud te fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen: Et, Omnia in Sapientia fecisti: Prophetæ item loquantur, Et factum est Verbum domini ad me: Ioannes quoq; in hanc sententiam prorumpat, In principio erat Verbum. Lucas itidem asseuerans, Quemadmodum tradiderunt nobis ab initio ipsi, qui suis oculis uiderunt, Verbiq; administri extiterunt, nec à Dauide silentium habeatur, sed rursus dicat: Emisit Verbum suum, & sanauit eos. Hæc omnia ut Arianã hæresim ubiq; multant & infamant, ita Verbi sempiternitatem indicant, illudq; non externũ diuersumq; à Patris substantia, sed plane eiusdem naturæ esse. Quando eñ quis uidit lucem sine eradiatione? aut quis audebit characterem alienum dicere ab ipsa hypostase? aut qui (quæso) non maxime insanit, qui uel in cogitationem suam admittit, Deum aliquãdo irrationalem, hoc est, sine Ratione & Verbo, & insipientem fuisse? Istiusmodi enim exempla, & istiusmodi similitudines edidit Scriptura, ut quamuis impotens sit humana natura intelligere Deum, saltem tamen ex istis minutim & obscuriter, quatenus datur, de eo intelligentiam colligeremus, & quemadmodũ Deum existere, & prouidentia mundum administrari, satis documento est rerum natura, quũ ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, proportionabiliter conditor spectetur, adeo ut uocem naturæ id suis uerbis approbantis non requiramus, sed nunc audiendo scripturas, ad fidem inducimur, nunc ordinẽ uniuersitatis, & coaptitudinem inter se partium contemplando, agnoscimus horum omnium Dominũ & conditorem Deum esse, eiusq; in omnia prouidentiam & admirabile imperium intellectu assequimur: ita quoq; cum in adstruenda Filij Deitate sufficiant superius dicta, superfluum mihi esse uidetur & insaniæ plenum, eam rem in dubiũ uocare, & hæretico more scisci

Psal. 35
Psal. 103
Hier. 26
Ioan. 1

tari, quomodo ſcilicet poſſit æternus eſſe filius? aut quomodo poſſit ex ſubſtantia Patris eſſe, ut non ſit pars eius? quod enim ex aliquo eſt, id eius pars eſt: quod autẽ in partes diuiditur, integrũ eſſe nequit. Iſtiuſmodi ſunt diſſentientium ab orthodoxis callida uaframenta, quos tametſi antea in iſtis ſuis uaniloquijs redarguerimus, iſtiuſmodi tamen dictorum accurata ſedulitas, & exemplorum intellectus probè reuincit uanã ſpeciem, ac præſtigia ſcelerati dogmatis. Videmus enim Verbum ſemper eſſe, & ex Deo eſſe, & quiddã propriũ eius ſubſtãtiæ eſſe, unde ortum duxit, cuiuſq; Verbum exiſtit: neq; in eo eſſe prius aut poſterius: Videmus enim iubar è ſole identitatem ſolis habere, & tamen non diuidi ſubſtantiam ſolis, ſed eam ſolidam & integrã perſiſtere: & iubar, quod inde profluit, ipſum quoq; perfectum & integrum eſſe, nec lucis eſſentiam diminuere, ſed ut uerè inde genitum, ſeſe habere. Conſpicimus Filium non aliunde, ſed ex Patre genitum, & Patrem tamen integrum perſeuerare, & characterẽ perſonæ Patris ſemper exiſtere: & Filium Similitudinem & Imaginem Patris incõmutabilem in ſe conſeruare, ut qui hunc uideat, uideat in eo ipſam perſonam Patris, cuius character eſt: & ex efficacia characteris intelligimus perſonæ ipſius ueram Deitatem: id enim ipſe Saluator docendo expreſſit, quum inquit,
Ioan. 10 Pater meus qui in me manet, ipſe ea opera facit quæ ego facio: &, Ego &
Ioan. 10 Pater unum ſumus: &, Ego in Patre, & Pater in me. Quapropter primùm
Ioan. 14 ab hoſtili iſta in Chriſtum hæreſi petendũ eſt, ut in exemplis quæ de rebus creatis adduximus, iſtiuſmodi diuiſionẽ oſtendant, ut dicant, Erat aliquando ſol ſine ſplendore: aut ſplendorem, proprium quiddam ex ſubſtantia lucis non eſſe: aut eſſe quidem proprium quiddã, ſed uti partem lucis diſiunctumq; ab eius natura: ac tum demum diuidant Verbum, & dicant illud alienum quiddam eſſe à mente, aut quod aliquando non erat, nec propriũ quiddam, ac idem ex ſubſtantia eius eſſe, aut partem eius eſſe per diuiſionẽ. De charactere quoq; & luce, & potentia, ita diſtinctiones diuiſionesq; faciant, ut inter lucem, & ſplendorem fecerunt, ac tum demum de quibuſcunque rebus uelint, inania phantaſmata concipiant. Quòd ſi impoſſibile eſt ut tale quid audeant, qui, quæſo, non magnificè inſaniunt, qui ſe in ijs quæ ſupra res creatas, atq; adeo ſupra ipſorum naturam ſunt, fruſtra extendunt, atq; ea, quæ fieri nequeunt, aggrediuntur? Si enim in rebus creatis & corporalibus inueniuntur genita, quæ partes eorum non ſunt, ex quibus ſunt genita, neq; per paſſionẽ inde abſceſſere, neq; ſubſtantias parentũ diminuerunt: qui, quæſo, non iterũ inſaniant, qui de incorporali & uero Deo ſciſcitantur, ſuſpicioſeq; cogitant partes ibi & paſſiones locum habere, atq; iterum diuiſiones attribuunt impaſſibili & inuariabili Deo, ut hoc genere uerborũ, ſimpliciorum aures perturbent, & à ueritate abducãt. Quis enim audiens Filium, non ſtatim de eo cogitat, eum eſſe Patris ſui propriũ quiddam & natura genereq; eundem? Quis item, qui audiuit in prima Chriſtianiſmi ſui inſtitutione, Deũ habere Filium, & omnia ſuo Verbo feciſſe, non in eam ſententiã, hoc ipſum excepit, ut nos iam nunc in præſentia ſentimus? Quis, cum primũ exorta fuit ſcelerata Arianorũ hæreſis, non ſtatim ad eorum uerba obſtupuit, uelut aliena loquentiũ, & præter ſementem uerborũ

quæ

quæ in catechiſmo acceperat, alia ſuperſeminantium? Nam principio inſeminatum fuit cuiuſq; animo, Deum habere Filium, Verbum & Sapientiã, & Potentiam ſuam, iſtaq; ipſa eſſe Imaginem & Splendorem eius, unde ſtatim oboriebatur mentibus noſtris ea cogitatio, Filium ſemper eſſe, & ex Patre eſſe, ac ſimilitudine eius exiſtere, & æternum quiddam ex ſubſtantia Patris eſſe, adeo ut inter hæc nihil de creatitia conditione Filij in mentem ueniat. Cæterũ, inimicus homo dormientibus cæteris, eam imaginationem, qua eum creaturam opinatur: & fuiſſe quando non erat: aut quomodo eſſe poterit, animis mortalium clanculum ſuperſeminat: quod ubi factum eſt, malefica, & in Chriſtum perduellis hæreſis quaſi lolium ſuppullulat: mox deinde qui eo furore afflati ſunt, ac mente orthodoxa ſpoliati inſtar prædonum curioſiſſimè per inſidias captant, audentq; tandem dicere: Quomodo poteſt Filius coæternus exiſtere ſuo Patri? quum inter homines filius poſt patrem ſuum naſcatur: & ſubinde, quum pater ſit triginta annorũ, tum demũ filius initia uitæ auſpicetur: & in ſumma, nullus unquã filius erat, antequã fieret: rurſusq; obmurmurant, quomodo poteſt Filius Verbũ eſſe? aut Verbum, Imago Dei? quum hominũ uerbũ ſyllabis conſtans, nihil ſit, niſi indicium mentis, nihilq; agat niſi quòd prodat uoluntatẽ loquentis, quod ubi factum eſt, ſtatim euaneſcit. Ita quaſi obliti ſuperiorum aduerſus ipſos refutationum, iſtiuſmodi uinculis impietatis ſeſe rurſus innodant. Cæterũ, id fruſtra faciunt: uincit enim eos ſoliditas ueritatis, idq; iſtiuſmodi rationibus. Si de homine quopiam loqui ſe credunt, loquantur de Verbo & Filio Patris, quantũlibet humano more: Sin contrà de Deo illis ſermo eſt hominum conditore, iam mihi nihil humani, ſed ea quæ ſupra humanam naturã ſunt, eos cogitare uelim. Qualis emm̃ eſt genitor, tale eſſe quoq; id quod genitum eſt, neceſſarium eſt: & qualis eſt Verbi Pater, tale etiam fuerit Verbum eius. Homo igitur in tempore genitus, & in tẽpore quoq; & ipſe prolem gignit: & quia ex non ente factus eſt, ideoq; & Verbum eius deſinit, & non perſeuerat. Deus aũt, nõ ut homo, ſic enim loquitur Scriptura, ſed ens eſt, & ſemper eſt, ideoq; & Verbum eius ens eſt, & ſemper eſt cum Patre, ut ſplendor ſiue iubar lucis. Contrà, hominum uerbum, ut ſyllabis conſtat, ita neq; uiuit, neq; agendi uires poſſidet, ſed ſolũmodo eſt in loquente index mentis, & ſtatim ubi enunciatũ eſt, præterit, neq; ulterius apparet, quia nihil erat, priuſquã enunciaretur, ideoq; neq; uiuit, neq; agendi uires habet, neq; hominis naturam poſſidet, idq; ita accidit, quoniã homo eſt qui illud gignit, ex non ente ſortitus eſt naturam: Dei autẽ Verbum, non (ut ſic dicã) enunciatorium eſt, aut ſonus uocum, aut complexio dictionum, qua Deus ſingulis rebus præcepit ut exiſterent, ſed quale eſt ex luce ſplendor, tale & ipſum eſt genitum quiddam & perfectũ ex perfecto, ac proinde Deus eſt, & Imago Dei. Deus enim (inquit) erat Verbum. Verba contrà hominũ nihil efficaciæ habent ad agendum, ideoq; nõ Verbis, ſed manibus homines operantur, quoniã manus exiſtunt, uerba autẽ non exiſtunt. E diuerſo Dei Verbum (ut inquit Apoſtolus) uiuum eſt & efficax, & penetrabilius omni gladio ãncipiti, & pertingens uſq; ad diuiſiones animæ ac ſpiritus, ac compaginum, & medullarũ, & cenſor cõſiliorum cogitationumq; cordis, neq; Heb. 4

eſt

est ulla creatura inconspicua coram eo, omnia autem nuda & aperta oculis eius, ad quod nobis est sermo. Opifex igitur est & cõditor, & sine eo nec factum est quicquã, nec fieri potest. Neq; quærendum est, cur non tale sit Dei Verbum, quale nostrũ est, quũ Deus nequaquã talis sit, quales nos sumus, quemadmodũ dictũ est: imo indecorũ est quærere, quomodo ex Deo Verbũ sit, aut quomodo sit Dei splendor, aut quomodo gignat Deus, & quis sit modus generationis Dei. Insanierit enim qui talia auderet, quoniã rem ineffabilem, & propriam Diuinæ naturæ, & dũtaxat ipsi ac Filio suo cognitam, uerbis interpretari conatur. Simile est, ac si ijdem quærerẽt, ubi Deus, aut quomodo Deus sit, & quantus sit Pater. Sed ut talia scisciatari impiũ est, & eorum qui Deum ignorant: ita quoq; fas non est, ut de Filij Dei natiuitate ad istum modum percunctationes facias, aut ad tuam naturam & imbecillitatem modificare studeas Deum, ac Dei Sapientiam. Non tamen ob id præter ueritatem aliquid cogitandum est: neq; si te in quæstione non explices, diffidendum est Sacris scripturis, quoniam melius est, hæsitabundos ignorata causa tacere & credere, q̃; ideo nõ credere, quia hæsitent: ea potissimum de causa, quòd qui hæsitat, potest aliquo modo ueniã mereri, quod quamuis quæsierit, intra quietem tamen maneat. Qui aũt, eò quòd in explicanda causa hæsitet, fingit animo quæ nequaq̃ decent, atq; ita de Deo indigna eloquitur, indeprecabilem reportat suæ audaciæ punitionem. Potest enim in istiusmodi perplexitatibus aliquid lenimenti, quod q́; animo suffi-ciat, sibi ex Sacris literis colligere, ut sumat in manus recte scripta, atq; inde in nostro Verbo exemplum mutuetur: quod, quemadmodũ illud propriũ est nobis, & ex nobis existit, non autem genus aliquod operis extra nos à nobis factum: ita quoq; Dei Verbũ proprium esse Deo, & ex Deo existere, sed non tamen ut tale sit quale hominum uerbum est: alioqui necessum esset, ut ratiocineris etiã Deum hominẽ esse: Ecce rursum, hominibus multa & frequentia quotidie uerba enascuntur, & prætereunt, eò quòd priora non maneant, sed euanescant: quod ideo contingit, quia mortales istorum uerborum patres, lubricas & prætermeabiles habeãt ætates. Cogitationes uero quæ in mentem subeunt, ex quibus ratiocinantur, & aliud ex alio colligunt, tales sunt, qualia illa, quæ loquuntur: unde fit, ut multa uerba habeant, & post multa uerba nihil eorum incolume possideant. Simul enim, ut desijt quis loqui, absumptũ, cõsumptum q́; est Verbum. Contrà uero, Dei Verbum unum est ac idem, & ut scriptũ est, in æternũ permanet, sine omni immutatione, non primum aut secundum, sed idem semper existens. Cõueniebat siquidem unius Dei, unam esse Imaginem, atq; unicum Verbum, unicam item Sapientiam. Quapropter admiror, cur isti, quum unus sit Deus, plures secundum sua excogitata imagines, sapientias, & uerba introducant, alterum q́; adhuc proprium & naturale Verbum Patris existiment, in quo hunc Filium procreauit, quem uerum Filium per metaphoram ac secũdarium intellectum appellari censent: non aliter q̃; & uitis, & uia, & ianua, & lignum uitæ, sapientia q́; nomine tenus nũcupatur: esse tamen nihilo ob id minus & alteram sapientiam, propriam & ueram Patris ingenitam illam & coexistentem cum ipso, in qua, quum hunc alterum creasset, nominauit

eum

eum ex participatu naturæ illius sapientiæ, sapientiam. Neq; ista duntaxat in uerba eruperunt, sed & Arius ea in sua Thaleia scriptis cõmendauit. Sophista quoq; Asterius eadem illa uoluminibus complexus est, ut superius recensui, idq; ad istum modum: Non dictum est à beato Apostolo, se Christum prædicare illam Dei uirtutem, sed sine pronomine aut emphasi, Dei uirtutem. Sed aliam esse Dei uirtutem eamq; propriam insitamq; Deo, & cum eo existentem, ingenitam quidem, sed tamen genitabilem, utpote, quæ Christum genuerit & architectatricem totius mundi, cuius idem in epistola ad Romanos inter docendum commeminit, dum inquit, Inuisibilia eius ex creatione mundi operibus animaduersa perspiciuntur: perspicitur quoq; eadem ratione ęterna eius Potentia & Diuinitas. Quemadmodũ enim in hoc loco Diuinitatem (de qua hic mentio est) nemo dixerit Filium esse, sed Patrem: ita quoq; arbitror æternam eius Potestatem & Diuinitatem, non unigenitum Filium esse: sed ipsum genitorem Patrem esse. Atque ideo Apostolum, aliam Virtutem Dei & Sapientiam narrare, quæ sub nomine Christi intelligitur. Ac paulo post ipse Asterius dicit: Atqui æterna eius Potestas & Sapiẽtia, quam sine initio esse, & increatam ueritatis rationes demonstrant, una haud dubie eademq; habenda est, sed tamen multæ singulatim ab ea sapientiæ sunt conditæ, quarum primogenitus & unigenitus est Christus. Cæterum illæ quotquot sunt, à principe Dominaq; pendẽt, & omnes uirtutes conditoris, in cuius ministerio sunt, appellantur, quemadmodum Propheta, locustam in pœnam scelerum à Deo ut diras illatam, non simpliciter potestatem, sed magnam potestatem ab ipso etiam Deo appellatã scribit. Dauid quoq; in multis Psalmis, non Angelis solummodo, sed & Virtutibus præcipit, ut Deũ collaudent. Talia, si uel tantummodo ore sonuerint, Psal. 148
an non digni sunt habendi quouis odio? Si enim, ut ipsi arbitrantur, non ex eo, q; è Patre sit genitus: neq; ex eo, quòd proprium quiddam ex eius substantia sit, Filius nuncupetur: sed ob rationalia, ratio: & ob ea quæ eruditur, sapientia: & ob ea quæ fortificantur, fortitudo censetur, omnino sequitur, ut solum propter eos, qui in filios adoptantur, Filius sit appellandus. Et fortasse ob ea quæ sunt, id habet, ut sit, secũdum mentis conceptionẽ. Quid igitur illi fit reliqui? nihil enim horum solide esse poterit, quum ea in eo nomine tenus duntaxat inhæreant, & essendi inane simulachrum addant, dum istis uocabulis à nobis cohonestatur. Atqui, ista diabolica uecordia est, & fortasse deterior quàm diabolorum, quoniam eos re uera subsistere uolunt: Dei autẽ Verbo non nisi nomine tenus essentiam tribuãt. An non hæc mõstra prodigiaq; uerborum, Sapientiam censere coexistere cum Patre, nec tamen eam fateri Christum esse, sed multas esse creatitias uirtutes, & sapientias: & ex eorum numero Christum unum esse, & erucæ, & locustæ comparabilem? An non hæc summa uafricies, quòd quum ex nobis audirẽtur, Verbum cum Patre simul coexistere, statim obmurmurẽt, ergo duos pariter ingenitos pronunciatis? Nec uident quum ipsi dicant ingenitam esse Sapientiam, id genus querelæ in ipsos cõpetere. Nam & illa quoq; eorum sententia est prorsus stolida, qua dicunt, unigenitam Sapientiam & coexistentem cum Deo, Deum esse. Quod enim coexistit, non secum, sed cum altero coexistit:

exiſtit:quemadmodū & domini noſtri Euangeliſtæ loquuntur, quòd coexiſtebat ſiue aderat diſcipulis ſuis,ac proinde nō ſibi, ſed diſcipulis adfuit, niſi cōpoſitū aliquem Deum introducere uelint: in cuius naturam coinſerta ſapientia fuit,& ad cōplementum integritatemq́ ipſius ſubſtantiæ data, eaq́ ipſa ingenita: quam ſcilicet & opificem mundi uolunt, ut mundi opificio Filium diſpolient. Omnibus enim uim adhibent & torquent, ne uerum ſenſum de Filio concipiant. Nam ubi in Sacris literis repererunt, aut ex quo tandem audiuerūt, alterum adhuc eſſe Verbum, aut alteram ſapientiam, præter Filium, ut iſta ſibi aliquo iure comminiſcerentur? Scriptum eſt ſiquidem, nonne uerba mea ueluti ignis,* & ſecuris incidens petram? * Et in Prouerbijs: Docebo uos uerba mea: ſed iſta quoq́ mandata & præcepta æſtimanda ſunt, quę per proprium ſuum, & unicum, & uerum Verbum elocutus eſt Deus, de quibus mentionem fecit Pſalmiſta: Ab omni uia mala coercui pedes meos, ut ſeruarem uerba tua. Iſtiuſmodi igitur uerba diuerſa eſſe à ſe etiam ipſe Saluator per ſe indicat, quum inquit: Verba quæ ego locutus ſum uobis. Non enim iſtiuſmodi uerba ſoboles aut filij ſunt, aut tot rerum opifices, neq́ tot imagines unius Dei, neq́ tanto numero ſunt ij, qui pro nobis homines facti ſunt, neq́ ex multis unus conflatur, qui ſecundum Ioannem caro factus eſt: ſed is, qui unicum eſt Dei Verbum, ab Ioanne euangelizatur caro eſſe factus, & omnia per illum condita eſſe. Ideoq́ de ſolo Domino noſtro IESV Chriſto, & de eius cum Patre unitate ſcripta exhibitaq́ ſunt teſtimonia, dum & Pater declarat ſibi unicum eſſe Filium, & Sancti diſcipuli qui id didicerant, oratione profitentur, unum eſſe Verbum, & hoc ipſum unigenitum, & opera ab eo edita pro teſtimonio ſint, omnia uiſibilia & inuiſibilia per illum condita eſſe, & ſine ipſo conditum eſſe nihil. De ſecundo autem uerbo, aut ullo alio, nulla prorſus apud illos cogitatio, neq́ ſibi uerba aut ſapientias confingunt, quorum neq́ nomina, neq́ acta à Scripturis proferuntur, ſed tantummodo ab iſtis hæreticis nominantur: Ipſi enim authores ſunt huius commenti, hoſtilisq́ in Chriſtum adinuentionis, qui nominibus Verbi & Sapientiæ abutuntur, aliaq́ ſibi confingentes, inficiantur uerum Dei Verbum eſſe, & ueram & unicam Sapientiam Patris, Et ſeſe Manichęis æmulos præbent. Nam & illi, inſpectis Dei operibus, abnegant unicum & uerum Deum exiſtere, aliumq́ ſibi comminiſcuntur, cuius tamē neq́ opus ullum, neq́ teſtimonium ex Sacris literis producere queunt. Quare, ſi neq́ intra uerba reperitur alia ſapientia præter ipſum Filiū, neq́ à Patribus quicquam tale accepimus, à quibus & confeſsione agnoſcitur, & ſcriptis proditur, Sapientiam ingenitam eſſe, unaq́ cum Patre coexiſtere, ac propriam illius eſſe, mundiq́ architectatricem habendam, nimirum ea ipſa fuerit Filius, qui uel ſecundum iſtos æternaliter cum Patre coexiſtit: ipſe enim eſt opifex rerum, ut ſcriptum eſt, Omnia in Sapientia feciſti. Quin & ipſe Aſterius ueluti eorum oblitus quæ prius ſcripſerat, in ſequentibus itidem ut Caiaphas inuitus dum gentilibus obluctatur, non multas ſapientias numerat, aut erucæ mentionem facit, ſed unam ſapientiam agnoſcit, ad hūc modū ſcribens: Vnus quidem Deus Verbum ſiue Ratio: multa tamē rationalia, & una quidem Sapientiæ & bonitatis ſubſtantia & natura, multa tamen ſapientia & bona,

* In Græco nō habentur.

Pſal.103

Ioan.8

bona. Ac paulo post iterum: At quí nam sunt quos filios Dei appellare nō dedignantur? nū & hos quoq; esse uerba asseuerabunt, aut Sapientias plures introducent? Siquidem impossibile est, ut quum unum sit Verbum, una q; Sapientia multitudini filiorum, Verbi substantia impertiatur, aut nomen sapientiæ indulgeatur. Miri igitur nihil, si contra ueritatem Ariani pugnent, quum in sua quoq; offensantes, alij in alios impingant, interdū multas sapientias, interdum unam esse asseuerantes, ac nunc erucæ Sapientiam comparent, nunc Patri coessentialem esse, & propriam illius ipsius uirtutē, eamq; ingenitam dicant. Et quum nobiscum depugnant, eò quòd asseueremus semper Dei Verbum fuisse, ipsi quoq; suorum obliti, Sapientiam cum Deo increatim coexistere dicunt. Ita per omnia in tenebris uolutantur, dum & ueram Sapientiam abnegatam uolunt, & eam quæ non est, indagant, alium, sicuti Manichæi, deum sibi cōminiscentes, & uerum Deum inficiantes. Sed audiant & cæteræ hæreses unà cum Manichæis, Christi Patrem unum esse naturæ conditorē & opificē, per suū Verbum. Audiāt priuatim & Ario manitæ, unū esse dei uerbū, & solū, & propriū & genuinū, eundemq; ex ipsius Dei substātia filiū, habereq; cū Patre suo inseparabilē deitatis unionem, ut sæpius iam diximus, utpote ita edocti ab ipso Saluatore. Alioqui, si ita se nō habeat, cur per eū pater creat, et in eo reuelatur, cui uult, eosq; illuminat? aut cur, dū initiamur Baptismate, unà cum Patre Filij quoq; nomē recensēt? Nam ut Pater sit insufficiens, nefaria uox est: ac si sufficiēs est, quæ piorū hominū sententia est, quis usus Filij, uel ad creationē, uel ad Sanctū lauacrum? Quæ enim congruentia coaptitudoq; cum creatore? aut cur id quod factū est, connumeratur cum factore, ad initiandi perfectionem? aut cur secūdum uos, Fides in unum creatorem, & in unam creaturam traditur? Si enim, ut coaptemur deitati: quid opus est creatura? sin autem, ut couniamur Filio, quē creaturam uultis, superflua secundum uos in Baptismatis ratione, Filij nuncupatio. Nam Deus, qui illum Filium reddidit, satis potēs est, ut nos quoq; sibi filios reddat. Alioqui, si creatura est Filius, cum una sit natura rationaliū creaturarum, nulla omnino creaturæ à creatura opitulatio inferri poterit, eò quòd omnes indigeant gratia Dei. Paucis quidem superius diximus, congruenter per eum facta esse uniuersa: sed tamen quia series dicendi nos ad mentionem Sacri Baptismatis adduxit, necessum est ut de ea re, quemadmodum et sentio & credo, uerba faciamus. Non enim, quasi non sufficiat Pater, ideò unà connominatur & Filius, neq; id temere fit, aut fortuitò: sed quoniā Filius est Verbum Dei, & propria Sapientia, Splendorq; illius, & cum eo, utpote cum Patre suo semper existit, ideo impossibile est, ut præbente Patre, nō præbeat in Filio id ipsum quod præbet: In Patre eñ est Filius, ut splēdor in luce: Siquidem Deus, non ut impotens, sed ut Pater in sua Sapientia fundauit terram, & suo Verbo condidit omnia, & Sacrum Baptisma in Filio confirmat. Vbi enim Pater, ibi & Filius: ut ubi lux, ibi splendor: & ut Pater operatur, ita & Filius, quemadmodū Saluator suismet ipsius uerbis indicat: Quæ uideo Patrem facientem, ea quoq; & ipse facio. Eadem ratione, ubi Baptismus datur: quem baptizat Pater, baptizat & Filius: & quem Filius baptizat, is in Spiritu Sancto initiatur. Rursum, sicut sole lucente, dixeris

ſplendorem illuminare:una enim eademq; hic lux eſt,quæ neutiquàm à ſole diuidi aut abſcindi poteſt:ita rurſus,ubi Pater eſt uel nominatur,ibi omnino & Filius exiſtit. Nominatur autē Pater in Baptiſmate,neceſſarium ergo eſt,& Filium unà nominari.Eaq; de cauſa,ubi Chriſtus ad Sanctos promiſſiones edit,ita locutus eſt: Veniemus ego & Pater, & manſionē apud eum faciemus.Et rurſum,ut quemadmodū ego & tu unū ſumus,&c. Vna quoq; eademq; gratia eſt,quæ in munus uenit,& per Filium à Patre in nos confer-
Rom.1 tur, ut Paulus ſcribit: Gratia uobis & pax à Deo Patre noſtro,& Domino IESV Chriſto.Neceſſum eſt enim,lucem cum ſplendore eſſe, & radios uideri unà cum luce.Quapropter Iudæi unà cum Arianis Filium abnegantes,ne Patrem quidem habent. Obthurantes enim fontē Sapiētiæ (ut illis exprobrat Baruch)abiecerunt etiam à ſe Sapientiam inde promanantem, Domi-
1.Cor.1 num noſtrum IESVM Chriſtum.Siquidem Chriſtus(ut ait Apoſtolus)Dei Virtus & Dei Sapientia.Iudæi igitur, dum affirmant ſe non habere regem niſi Cæſarem,pro iſta inficiatione egregiū ſuperpondium auctariumq; ſuæ pœnæ adiecerunt.Perdiderūt enim unà cum ciuitate ratiocinationem. Ariani aūt in periculū ueniunt,ne amittant integritatem myſterij: loquor autē de Baptiſmate.Si enim in nomine Patris & Filij datur perfectitudo plenaq; initiatio,Patrem aūt uerum illi non pronunciant, eò quòd negēt aliquid ex ipſo exiſtere & ſimile eſſe illius ſubſtantiæ,negant quoq; uerum Filium, aliumq; ex non entibus conditum ſibi cōminiſcentes in Baptiſmate proferūt: qui (quæſo) igitur non plane uanum ac inutile fuerit baptiſma, quod ab illis datur,quum id non niſi ſpecies ſit & inane ſimulachrum,ipſiq; ea re nihil ſolidæ opis adferant ad pietatem? Non enim in Patre & Filio tribuunt baptiſma Ariani,ſed in creatore & creatura, in factore & factura. Sicuti igitur creatura diuerſum quiddam eſt à Filio:ita diuerſum quiddam à uero Baptiſmate eſt,quod ab illis exiſtimatur dari:tametſi nomen Patris & Filij, quia illa in Scripturis uident,ſimulent ſeſe nominare.Non enim,qui ſimpliciter ait Domine,is eſt qui donat legitimum Baptiſma,ſed qui nomen exprimit, & Fidem rectam habet.Ideoq; Saluator non quouis modo baptizandum præcepit,ſed primum dixit,Docete,ac deinde baptizate in nomine Patris & Filij,& Spiritus Sancti,ut ex doctrina recta Fides oriretur, & cū Fide Baptiſmatis integra initiatio perficeretur.Certe,aliæ etiā hæreſes eęq; numero nō exiguæ,nomine tenus ritum iſtum pronunciant,ſed non recte ſentientes,ut dictum eſt,neq; ſanam fidem retinentes, inutilem poſsident aquam, quam impertiūt,nimirum numine & religione deſtitutam:adeo, ut qui ab illis adſpergantur,ſordeſcant potius praua religione, quàm redimantur.Ita quoq; & Ethnici, quanquàm Deum in ore habent, impietatis crimini ſubijciuntur, eò q; uerum Deum non agnoſcant Patrem domini noſtri IESV Chriſti.Itidem quoq; Manichæi & Phryges, ac diſcipuli Samoſatenſis, nomina ipſa pronūciantes, nihil ob id ſunt minus hęretici:ita quoq; deinceps & reliqui,& qui cum Ario ſentiunt,etiamſi recitent ſcripta,proloquanturq; ipſa nomina,fruſtrantur illudunt;q; ijs,qui ab ipſis baptiſma accipiunt, homines nimirū improbiores q; ulli hæretici, quos indies magis ac magis ſuperant, hæreſesq; omnes propemodū iuſtas oris ſui effrenitate reddunt. Illæ

enim

enim ſupra ueritatem aliquid admentiũtur,& uel circa corpus errant, inquientes, Dominum ex Maria carnem nõ habuiſſe,aut mortuum non eſſe,aut hominẽ re uera nõ fuiſſe,ſed ſpeciẽ duntaxat hominis oſtendiſſe,uiſumq; habuiſſe corpus aliquod cũ nullũ haberet,& inane ſimulachrũ humanę formę præ ſe tuliſſe,qualia ſunt uiſa quæ in ſomnis apparent. Iſti uerò non ita, ſed manifeſto in Patrẽ ſcelerati ſunt,cuius Diuinitatẽ in Filij imagine conteſtatã blaſphemãt:quippe,qui eam dicant creaturã eſſe:& illud, fuit, quando non fuit,ueluti cœnum in marſupio circumferant, & hoc, ueluti uirus ſerpentes, obijciãt.Deinde,quia abominabile eſt apud omnes eorũ dogma, ſtatim ueluti fulcrũ quoddã ruinoſæ hæreſi,excellentiã humanitatis Chriſti ſubijciunt,ut eam ſuſpiciens admiransq; ſimplicior nõ deprehendat noxã ueſaniæ illorũ. Quidnam non miſericordia digni ſunt,qui tam miſere ab iſtis decipiuntur? an non digni lachrymis, qui præſentis præſtigij uoluptate deliniti, ſuaſmet ipſi utilitates produnt,& à futura ſpe excidunt? Quum enim eum eſſe credant,qui non eſt,hacq; perſuaſione ſuſcipiant,nihil ſuſcipiũt,creaturæq; coaptati nullam ex re creata opem ſentiunt:& dum in id quod diſsimile eſt,& alienum à ſubſtantia Patris,fidem habent:fit,ut Patri non coaptent, ut qui non habeant Patris naturalem & genuinum Filium, qui eſt in Patre, in quo & Pater eſt(ut ipſe dixit), ſed illorũ fraudibus circumuẽti, nudi inopesq; Deitatis relinquantur.Nõ enim illos,ubi uita defuncti fuerint, terrenũ iſtud & euanidũ pręſtigij figmentum ſequetur.Neq;,quum uiderint eũ, quem inficiati ſunt,Dominum ſedere in ſolio Patris ſui,& iudicare uiuos & mortuos:in auxilium aduocare poterint quemq; eorum, à quibus decepti ſunt:quippe, quos ipſi reos uiſuri ſint, & ſeſe præ dolore afflictantes ob ea, quæ iniuſte uel impie fecerunt.Hactenus iſta pro defenſione dicti illius Prouerbiorum tractauimus,inſiſtentes contra iſtorum bruta & fabuloſa cordiũ figmenta:ut,ubi cognitum habuerint,nomẽ creaturæ non congruere in Filium Dei,& recte legant,& inter legendũ rectam eſſe in Prouerbio iſto ſententiam deprehendant.Scriptum eſt enim:Dominus creauit me initium uiarum ſuarum ad opera ſua. Prou.8 Sed quia Prouerbia ſunt,& prouerbiali ſchemate dicuntur,non conuenit, ut quæq; obuia eſt dictio, ita eam ſtatim excipere, quum perſonam prius expendere oporteat, & ita ad pietatem ſententia accommodanda ſit.Quæ enim in Prouerbijs dicuntur, non de plano dicunt, ſed aliquid abſtruſi ſubindicant,quemadmodum & ipſe Dominus ſuis uerbis teſtatus eſt:Hæc in Prouerbijs locutus ſum uobis,ſed uenit hora, quum Ioan.4 non amplius uobis in Prouerbijs loquar, ſed palám. Retegenda eſt igitur mens uerborum,& ut abſtruſior,inueſtiganda:nec quaſi perſpicue ſimplicique dicta ſint uerba,arripienda ſunt:ne male interpretantes à ueritate aberremus.Si igitur de Angelo,aut alio quopiam creato,quales nos ſumus, hic ſermo inſtituitur,cõcedamus hoc uerbum (creauit) ſimpliciter dictum eſſe. Sin autem de uera Sapientia Dei fit mentio,in qua quicquid rerum eſt, conditum eſt, eaq; illa ipſa eſt, quæ iſta de ſeipſo loquitur:quid intelligendum aliud,dum illa de ſe hoc modo loquitur,quàm ſi ſeipſam genitam eſſe dixiſſet? quippe, quæ non immemor inter dicendum ſe creatricem & opificem rerum eſſe:aut ignara, quid differentię ſit inter creantem,& creaturam,inter

creaturas tamen sese adnumeret: sed sensum certum, ut in Prouerbijs solet, non apertum quidem illum, sed abstrusum insinuet, quem filijs suis ad prophetandum inspirabat. Eadem illa paulo post, ex mutua similiũ inter se comparatione, illud uerbum (creauit) alijs dictionibus interpretata est, dum inquit, Sapientia ædificauit sibi domum: certum enim est, domum Sapientiæ esse nostrum corpus, quo assumpto, sapientia ista homo facta est, atq; ideo
Ioan.1 merito ab Ioanne dictum est, Verbum caro factum esse. Et per Salomonem ipsa de se Sapientia cautim cum certa uerborum formula mentionem facit, dum se nequaq; creaturam nominat, sed duntaxat ait, Dominus creauit me initio uiarum suarum ad opera sua, neq; addit in suis uerbis, ideo ut essem, creauit me: neq; in id, ut creationis initium et ortum haberem. Isthic em̃ Verbum per Salomonem loquens, non substantiam suæ Deitatis, aut æternam ex Patre genuinamq; sui ipsius natiuitatem expresit, sed contrà, humanitatem & dispensationem suam, qua in rebus nostris functus est, significauit. Ideoq;, quemadmodum prædixi, non ita de se pronunciat, creatura sum, aut creaturã me fecit, sed duntaxat, creauit. Creaturæ certe, quæ factitiã substantiam habent, ex numero rerum conditarum habendæ sunt, easq; condi merito dixeris, & quicquid creatura est, creari nominaueris: non tamen per se hæc unica dictio (condidit) aut (creauit) omnino substantiam aut ortum significat, sed aliud quippiam circa eum, de quo hoc profertur, geri agiq; denotat. Neq; plane, quicquid condi pronunciatur, statim naturaliter & essentialiter opus aut creatura fuerit. Neq; hoc genus discriminis incognitũ Scripturæ est: De creaturis enim loquens, Impleta est (inquit) terra creatura tua, Et ipsa creatura cõgemiscit nobiscum, & condolet. In Apocalypsi porro perijt tertia pars creaturarum marinarum, quæ animas habebant: quo genere
1.Tim.4 locutionis etiam Paulus usus est: Omnis creatura Dei bona est, nihilq; est abominabile, modo id cum gratiarum actione sumatur. Et in Sapientia scri-
Sap.9 ptum est, In sapientia tua instruxisti hominem, ut dominaretur creaturarum quas tu fecisti. Et quia istæ creaturæ erant, fieri condiq; appellanť. Ita quoq;
Marc.10 uicissim audire licet & Dominum loquentem, Ab initio qui condidit, ma-
Deut.3 rem et fœminam fecit eos: & Moses itidem in suo carmine modulantẽ: Interrogate dies, qui ante te fuerunt, ab illo die in quo condidit Deus hominẽ in
Colos.2 terra, & ad summũ cœli. Nec non Paulũ ad Colossenses: Qui est Imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quia in eo condita sunt uniuersa, & quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, tum uisibilia, tum inuisibilia, siue sint Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates, omnia per illũ & in illo sunt cõdita, & ipse est ante omnia. Quòd igitur, quæ ex natura creatitiam essentiam habeant, creaturæ & creari appellẽtur, ista pro admonitione sufficiunt, quum alioqui plena sit Scriptura istarũ rerum. Quòd autẽ ista uox (condidit) siue (creauit) neq; ubiq; substantiam aut ortum significet, uel
Psal.101 ex Dauide psallente cognoueris: Scribatur ista in aliã ætatem, & populus
Psal.50 qui creabitur laudabit Dominũ. Ac rursum, Cor mũdum crea in me Deus.
Ephes.2 Et ad Ephesios Paulus, Legem præceptorũ in dogmatibus ociosam reddidit, ut duos cõderet in se in unũ et in nouũ hominẽ. Et iterũ: Induite nouũ hominẽ conditum secundum Deum in iustitia & sanctitate ueritatis. Neq; em̃

Dauid

Dauid de populo essentialiter condendo locutus est: neq; aliud cor, quàm quod habebat, optauit accipere: sed eã quæ secũdum Deum est, innouationem instaurationemq; uotis quæsiuit. Neq; item Paulus essentialiter duos condendos in Domino, significauit, neq; re uera alium hominẽ nos induere iusit, sed per hominem secundum Deum, innuit nobis uitam secundum uirtutem, ac per duos in Christo condendos, duos populos in eo renouandos indicabat. Quin & illud Hieremiæ tale est: Creauit Dominus nouam salutem ad plantandum, in qua salute ibunt homines: quibus uerbis, nõ essentiam alicuius creaturæ denotat, sed in hominibus instaurandam salutem uaticinatur, quæ in Christo IESV nobis obuenit. Quum igitur tale sit discrimẽ in uocibus istis (creatura) & (creari) si inueniſtis aliquo modo Dominum in Scripturis creaturam appellari, ostendite, & quantumlibet pugnate: quòd si tale nihil de eo scriptũ est, sed ipse de seipso in Prouerbijs loquitur: Dominus creauit me, suffundamini pudore, quòd istiusmodi differentiam & ista prouerbiali schemate dicta non intellexeritis, & in posterum illud (creauit) non ita intelligite, ut inde creaturam faciatis, sed, id dictum esse de eius humanitate, sentite. Humanitatis enim proprium est, creari. Quid? an non iniurij estis, q; ubi ex Dauide & Paulo auditis illud uerbum (creauit), non essentiam inde aut ortum intelligitis, sed renouationem: Contrà, ubi ex Deo auditis idem illud uerbum (creauit), essentiam eius cum creaturis in eodẽ grege statuitis. Rursum quum auditis, Sapientia ædificauit sibi domum, & pro fulcris substituit septem columnas, domum illam allegorice interpretamini: illud autem uerbum (creauit) ad creaturæ significationem transfertis. Neq; quòd opifex rerum sit, uos pudefacit: neq; q; unicum & proprium Germen sit sui Patris, in timorem uos conijcit, sed ueluti ad id nomina uestra professi essetis, aduersus eum in bella descenditis, minoraq; de illo q; de hominibus sentitis. Ipse tamen uerborum conceptus satis declarat falsum esse, quòd dicitis Dominum creaturam esse. Suam enim naturam Dominus cognitam habens, eamq; esse unigenitam Sapientiam, & Sobolem Patris ac diuersæ substantiæ à genitis & creatis, humano more loqui uoluit: Dominus creauit me initio uiarum suarum, quod idem dictu est, ac si ita loqueretur: Pater mihi corpus perfecit, & inter homines me creando constituit pro hominũ salute. Nam quemadmodũ ex Ioanne audientes, Verbum caro factum esse, non totum Verbum carnem esse factum intelligimus, sed carnem induisse, & hominem esse factum: atq; audientes, Christum pro nobis piaculum siue maledictum esse factum, eumq; qui peccatum non nouit, peccatum pro nobis factum esse, non in totum illum piaculum aut peccatum factum esse credimus, sed illud piaculum quod in nobis fuit, suscepisse, ut Apostolus ait: Redemit nos à piaculo siue maledictione, & peccata nostra (ut Esaias loquitur) baiulauit, & (ut Petrus inquit) extulit cum corpore suo in crucem: Ita quoq; si audiamus in Prouerbijs hanc uocem (creauit), non debemus in totum Verbum naturaliter creaturam esse existimare, sed creatitium corpus induisse, Deumq; illum pro nobis creauisse, nostri causa id corpus creatitiũ perficiens, ut scriptum est, ut in eo instaurari & Deificari possemus. Quid igitur, ô stulti, uos seduxit, ut hũc qui creator est, creaturã diceretis? aut unde

Hiere. 31

Prou. 8

Prouerb. 8

Ioan. 1

Esa. 53

Esa. 53

Gal. 3

Esa. 53

comparastis uobis hunc nouum sensum,& in eo quasi triumphum ducitis? Nam Prouerbia quidem loquuntur(quòd creauit)sed tamen non dicũt Filium creaturam esse,sed genitum quiddam: Et pro hoc discrimine in his uocibus(creauit)&(creatura)Sacræ literæ simul quod est proprium in natura Filij agnoscunt,unigenitum scilicet illum Sapientiam,& opificem rerum esse,simul & illud uerbum(creauit)usurpant:non quum de eius essentia loqui uolunt,sed quum eum ex multis ujjs initium uiarum ostendere cupiunt: ut contrarium sit illud uerbum (creauit)huic uoci(germini)siue(soboli):& illud alterum (initium uiarum) huic dicto (eum unigenitum esse Verbum). Nam si germen est & quiddam natum,qua ratione illum creaturam dicitis? Nemo enim,ea quæ creat,gignere dicitur: necp ex se nata, creaturas uocat. Rursus,si unigenitus est,quomodo initium uiarum eius efficitur? Necessum est enim,si ita sit,eum ante omnia creatum,non amplius unicum permanere, quum post eum alij subnascantur.Nam & Ruben initium filiorum effectus non erat unigenitus,sed duntaxat tempore primus,natura tamen & congermanitate unus eorum qui postea sunt geniti.Igitur, si Verbum initium uiarum est,sequitur, ut Verbum sit tale quales sunt uiæ: uiæcp tales, quale est Verbum,etiamsi tempore anteriori omnium primum condatur. Nam & initiũ ciuitatis eiusmodi est, cuiusmodi sunt & reliquæ partes ciuitatis,eæcp inter se cum ipso initio coaptatæ, unam integram ciuitatem absoluunt, non aliter quàm multa membra unum corpus:necp una pars illarũ est ex numero condentium,altera uero ex numero conditorum, aut aliæ alijs inseruiũt, sed omnes pari cura à conditore reguntur & conficiuntur.Si igitur,ita Dominus initium omnium uiarum conditur,necessum est, eum unà cum omnibus intra unam summam mundi creationiscp contineri,ac non differre ab alijs,etiam si omnium primus fiat: neque propterea eum esse aliarum partiũ quàm mundi,quod tempore sit antiquissimus: quandoquidem cum cæteris creatis æque operam opificis sui dominicp agnoscat. Quomodo autẽ, si creatura est, potest & solus & primus condi, ut sit initium omnium, quum ex uerbis superioribus liqueat,nihil esse in rebus creatis ex se diuturnũ, aut quod per se sit conditum? Omnia enim pariter cum omnibus ortum suum originemcp adepta sunt: quancp inter se alia ab alijs gloria differunt. Non enim ullum ex astris aut ex magnis luminaribus ita apparuit,ut hoc prius, illud posterius in rerum naturam emergeret,sed omnia eodem die, eodemcp iussu ad essentiam uocata sunt.Eadem quoque ratione quadrupedum,uolucrium,natatilium, pecorum, & stirpium natura formata est,neque aliter ea similitudo quæ est ad Imaginem Dei in hominibus condita est. Nam quanquam Adam solus è terra est formatus, fuere tamen in eo etiam tum rationes successionis posteritatiscp humani generis. Et ex creatione mundi uisibilis,inuisibilia eius hoc genere operum intellecta cõtuemur colligimuscp, ne illic quidem quiccp seorsum in suo genere, aut prius, aut posterius creatum esse,sed omnia simul,quæ eiusdem conditionis sunt,extitisse. Non em̃ singulas res enumerauit Apostolus,ut ad istum modum diceret,siue Angelus quispiam, siue Thronus aliquis,siue Dominatio illa,uel illa,aut hic uel ille ex Potestatibus,sed uniuersos simul, qui eiusdem ordinis erant compre-

Rom.1

hendit,

hendit,siue(inquiens)Angeli,siue Archangeli,siue Principatus, neq; id immerito,quũ in rebus creatis istiusmodi origo sit.Si igitur Verbum (quemadmodum prædixi)creatura esset,necesse esset id non primum,sed una cum alijs uirtutibus simul editũ fuisse, quamuis gloria præ cæteris antecelleret: ita enim se rem habere etiam in alijs inueneris,nimirum ea simul esse condita,neq; primum ibi quicq; aut secundum tempore, gloria tamen inter sese differre,quum isti à dextris,illi in orbem,hi à siniſtris,cuncti simul Deũ collaudent,& præsentes se exhibeãt ad Domini ministeria.Quapropter,si Verbum creatura censendum est,nec primum fuerit,nec initium aliorum: Contrà,si ante omnes est,ut re uera est,sequitur, ut solus ipse & primus & Filius sit,non igitur neq; principium omnium ratione suæ substantiæ fuerit.Nam in omnibus etiam principium omnium connumeratur. Iam si neque initium est,neq; creatura est,certum est eum substantia & natura differre à rebus conditis,ac diuersum esse, ac solum eum solius ueri Dei Simulachrum & Imaginem habendum esse,ac proinde,Scripturæ eum rebus creatis non adnumerant. Imo, à Dauide increpantur, qui de eo talia non uerentur cogitare:Quis(inquiens)tibi similis inter deos Domine? aut quis coæquabitur Domino inter filios Dei? Baruch item:Iste est Deus noster,non reputabitur alius præter eum.Ille enim creat,ista creantur: ille substantiæ Patris proprium Verbum eiusq; Sapientia est: Ista contrà, quum prius non essent, per Verbum sunt condita.Iam dictum illud uestrum toties iactitatum, creaturã esse Filium,falsum esse conuincitur, ac non nisi figmentum esse uestri animi. Quin & Salomon uos mendacij accusat: non enim ille eum creaturam, sed Sobolem dixit,Deus(inquiens)Sapientia fundauit terram:&, Sapientia ædificauit sibi domum:atque illud ipsum dictum si expendatur,redarguit impietatem eorum.Scriptum est enim, Dominus creauit me initium uiarum suarum ad opera sua.Igitur, si ante omnes est, quum tamen dixerit (creauit me)non ut facerem opera eius, sed ad opera:aut posterioris temporis est illud ipsum dictum (creauit me),aut ipse posterior est operibus, quippe,qui ea cum ipse conderetur,iam condita repererit,ad quæ condenda creabatur. Quòd si illud ita est,qui fieri potest,ut ante omnia extiterit? Ecce enim quãtum ad uos attinet, ante eum ipsa opera iam constabant, ad quæ creabatur & mittebatur:uerum ita non est, absit, falsa est hæreticorum sententia: non enim creatura est,sed creator Dei Verbum. De eo enim tempore prouerbialiter dictum est(creauit me)quum creatitiam induebat carnem, idq; rursum licet ex ipsis uobis deprehendi:ut qui quum Filius sit, & Deum habeat Patrem cuius ipse est propria Soboles, tamen per id tempus deum non Patrem suum,sed Dominum appellat:non quia seruus, sed quia serui speciem assumpserat.Alioqui par erat,qui erat Verbum ex Patre,ut Deum Patrem suum appellitaret:id enim proprium est Filio erga Patrem: Cæterum, ita quum uenisset ad opus Patris absoluendum, & speciem serui accepisset, conueniens fuerat ut Patrem suum Dominum uocaret:eamq; differentiam ipse docuit,cum pulcherrima interpunctione dicens, Confiteor tibi Pater: deinde,Domine cœli & terræ,ubi illum & Patrem suum dixit,& rerũ creatarum Dominum, ut liquido constaret eum à tempore indutæ carnis, Pa-

Psal.85
Bar.3
Prouer.8
Prouerb.9
Prouerb.8
Matth.11

trem ſuum Dominum appellitare. Quin & in oratione Dauidis, eandē dif-
1.Reg.25 ferentiam Spiritus Sanctus demonſtrat, dum inquit, Da fortitudinem puero tuo, & ſerua Filium ancillæ tuæ. Alius ſiquidem eſt naturalis & uerus puer Dei, aliꝰ aūt Filiꝰ ancillæ, in quibus cōſiſtit creatitiæ naturæ ratio: ideoq; ille quidem habet, ut Filius, Paternam fortitudinem: iſti contrà, ſalutis indigi ſunt. Quòd ſi ob id, quia hic puer uocatur, cauillationes deblaterare conſtituunt, agnoſcant Iſaacem quum puer eſſet, puerum Abrahæ eſſe uocatum: & Sunamitidis filium, puellulum eſſe dictum. Merito igitur, quia nos ſerui quū talis effectus erat quales nos eramus, ſeruus appellatus, atque id ſtudio humani generis ita fecit, quò nobis ex natura, ſeruis, ubi ſuſcepiſſemus Spiritum Filiꝰ, fiducia eſſet, eum qui naturalis Dominus noſter erat, Patrem ex gratia nominare. Cæterum, quemadmodū nos, quum Dominum noſtrum Patrem uocamus, non inficiamur noſtram naturalem ſeruitutē: quippe, qui eius opera ſimus: ipſe enim fecit nos, & non ipſi nos: ita, quum Filius, ſerui ſpecie ſuſcepta, has uoces edit (dominus creauit me) inficiari non debent Di
Sap.1 uinitatis in illo æternitatem, aut eum in principio Verbum fuiſſe, omniaq; per eum orta eſſe, & in ipſo uniuerſa creata eſſe. Illud autem Prouerbiorum dictum, ut iam prius admonui, non ſubſtantiam Verbi, ſed eius humanitatem declarat. Nam, quum ait, eum ad opera creatum eſſe, in eo uidetur non ſubſtantiam eius uoluiſſe ſignificare, ſed illius circa opera negociationem et curam, quod, quantum ad rationem exiſtendi pertinet, ſequentis temporis eſt. Quæ enim fiunt & conduntur, primum eſſendi exiſtendiq; cauſa in rerū naturam proueniunt: ſecundario deinde, ut aliquid faciant, quod Verbum præceperit, ac tale aliquid in omnibus aliꝰs uidere licet: Adam enim creatus eſt, non primùm ut operaretur, ſed ut homo exiſteret: poſtea autem, mandatum operandi accepit. Noe item creatus eſt, non ob arcam primùm, ſed ut homo fieret, deinde illi iniunctum ut operi incumberet, & arcam conſtrueret. Et in ſingulis ubique hoc ipſum inueneris. Nam & Moſes ille magnus, primitus homo natus eſt, deinde illi imperium ſuæ gentis concreditum eſt. Quapropter eadem ratione hoc quoque intelligendum eſt: nec mirum, quum uideas eum creari, non ut in rerum natura eſſet (In principio enim erat Verbum) ſed ad opera mitti, & ad eorum curam deſtinari. Nam priuſquàm opera exiſterent, erat quidem ille iam tum ab æterno Filius, ſed nec dum erat ulla neceſsitas, ut idem crearetur. Cæterum, quum iam opera extarent, & neceſſum erat ea alicuius adminiſtratione caſtigari, tum demū Verbum ſeſe dedidit, ut cōdeſcenderet, & operibus ſimile efficeretur, quod nobis per hanc uocem (creauit) indicatum uoluit. Et per Eſaiam Prophetam ſimile quiddam oſtendere cupiens, denuo in hæc uerba erupit: Et nunc ita di
Eſa.49 cit Dominus, qui formauit me ex utero ſeruum ſibi, ut congregem Iacob & Iſrael ad eum. Congregabor & glorificabor coram eo. Ecce etiam hic non ut ſit, formatur, ſed ut congreget tribus, quæ, anteq; ipſe formaretur, exiſtebant. Nam ut illic (creauit) ita hic (formauit), & ut illic (opera) ita & hic (ut congregem) collocatum uides, quo ex omni parte conſtaret: ubi iam Verbum Dei eſſet, tum demum illud (creauit) & (finxit) locum ſui & mētionem inueniſſe. Sicuti enim ante formationem extabant tribus, quarum gratia formatus

matus est: ita quoq; opera extitisse uides, ob quæ Filius postmodum creatus fuit. Neq; à principio, cum Verbum extabat, operaq; nondum condita erant, quemadmodū prædixi, sed quum iam subsisterent, & necessitas postularet, tum demum ea uox (creauit) in medium adducta est. Ac, ueluti si Filius seruis per suimet negligentiam amissis, & apud hostem detentis, necessario illuc à Patre mittitur, ut eos sua manu assertos recolligat, isq; in eo itinere seruili schemate se induat, cultuq; se dissimulet, ne, ipso agnito, plagiarij sese in fugam dent, atque inde prohibeatur, quò minus ad eos descendat, qui in locis subterraneis suppressi conduntur: atq; si tum ab eo quæras, cur ea specie & habitu uti uoluisset: isq; responderet, Patrem suum se ita deformasse, & adornasse ad opera sua: non ille quidem ex suis uerbis intelligi uelet, se seruum aut opus esse, aut tum primum natalem initium q; sui habuisse, sed hæc omnia suscepisse, quò Patris mandata commodius impleret. Eodē modo Dominus noster indutus humana carne, & habitu inuentus ut homo, si interrogaretur ab ijs, qui cum admiratione eius habitum cultumq; uiderent, probe responderit: Dominus creauit me initium uiarum suarum ad opera sua, & formauit me ut congregem Israel: quod prorsus idem est cum eo quod Spiritus Sanctus in Psalmis enunciat, Constituisti eum super opera manuum tuarum. Quin & Dominus quoque hoc ipsum ostendit quum inquit: Ego constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Itidem porro, quum corporaliter lumen suum affudit monti Sion, non tum demum regni uel nascendi initium sortitus est, quum Verbum Dei ęternus sit Rex: sed tum tandem sub humana specie regnū suum et ditionem in Sion inuisere ac illustrare dignatus est, ut illos nobiscum uindicatos à tyrannide peccati, Patris sui ditioni restitueret: Ita quoque constitutus est ad opera, non quæ nondum erant, sed quæ iam erant, & emendatione indigebant. Nam illud uerbum (creauit) nec non & illud (formauit) & (constituit) quū sint eiusdem intellectus, non initium ortus ipsius aut creabilem eius substantiam denotāt, sed nostram ex eius beneficio renouationem. Quinimo, quū ista ipsa loqueretur, iam tum docuit se ante opera fuisse, inquiens: Priusquā Abraham fieret, ego sum: & quum cœlum instruebat, aderam unà cum eo, & in harmoniam coaptabam. Cæterum, quemadmodū ex eo, quòd ipse erat anteq; Abraham fieret, quem deinde Iacob nascendo insecutus est, manifesto colligitur, eum, qui tum iam erat, postea formatum fuisse, eamq; formationem non ipsius existendi initium, sed ab ipso assumptæ humanitatis exordium significare, in qua Israelem in unum congregat: ita quoque ex eo, quòd semper suo Patri adest, & rerum naturę Dominus intelligitur: & quia extra controuersiam situm est, opera post illum condita esse, etiam illud uerbum (creauit) certo deprehenditur, non ipsius essendi principium, sed curā præfecturamq; eius in operibus, quā corpore obiuit, significare. Par siquidem fuit, ut ipse, qui alius diuersusq; erat ab operibus & operum conditor, eorum instaurationem in se suamq; curam reciperet, quò ille in nobis creatus, omnia in se recrearet & assereret. Certe, quum hoc uerbum (crearet) loqueretur, statim subintulit causam, mentionem de operibus faciens: ut illum creari ad opera, hominem fieri, ad hominū instaurationem intelligeres, eaq; consue-

Prouer. 8

Psal. 8

Psal. 2

consuetudo est Sacrę scripturę. Vbi enim innuit Verbi ortum in carne, substituere solet causam, cur homo sit factus: è diuerso, quū ipsum de sua Deitate loquentem introducit: aut quum eius famuli de ea renunciant, omnia simplici dictione absolutaq; sententia, nulla inserta causa, promulgantur. Patris enim est Splendor: Iam autē, ut pater non ob aliquam causam Pater est: ita neq; splendoris, cur splendor sit, causa requirenda est: In principio igitur (inquit) erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: neq; adiungitur isthic, cur Verbum factum sit. Cæterum, ubi Verbum caro factum erat, tunc causa apponitur, ob quam homo sit factus, quum dicit, Et habitauit in nobis. Ioan.1 Rursum ubi Apostolus dicit, Qui quum in forma Dei Philip.2 existeret, sine additamento causarum id dixit, nisi tum denicq;, quum subiungeret, speciem serui assumpsit: tum enim subintulit, Humiliauit seipsum usq; ad mortem, & eam crucis: earum enim rerū gratia caro factus est, & serui formam assumpsit. Ipse quoq; Dominus plura in Prouerbijs locutus, quum de seipso loquitur, absolutè loquitur, Ego in Patre, & Pater in me. Et, Ego & Pater unum sumus. Et, Qui uidit me, uidit & Patrem meum. Et, Ego sum Lux mundi, ego sum Veritas: nusquàm isthic causam, aut, cur ita esset, rationem subnexuit, ne secundus posteriorq; ab illis esse uideatur, quorum gratia talis esse incepisset. Necessum est enim, causam illo priorem esse, sine qua ipsum illud nunq; extitisset. Paulus igitur segregatus ad Euangelium, quod promiserat Dominus per Prophetas, Euangelij, quod ante ipsum fuit, minister factus est. Ioannes quoq; delectus, ut esset præcursor Domini, ante se habuit Dominum. Cæterum, Dominus non habuit causam ut esset Verbum, nisi quòd Patris esset germen & Sapientia unigenita: quum tamen homo efficitur, tum causa substituitur, cur eum oporteat carnem gestare. Necessitas quippe indigentiaq; hominum, anterior est q̄ illius natiuitas, qua sublata, carnem nō induisset. Quæ autem fuerit ea necessitas, quæ causam attulit ut homo efficeretur, ipse dominus istis uerbis palā fecit: Descendi è cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed eius qui misit me. Volūtas porro eius qui misit me, ista est, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quicq;, sed resuscitē illud in nouissimo die. Hæc est uoluntas Patris mei, ut omnis qui uidet Filiū, & credit in eū, habeat uitā æternā, & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Et rursum, Ego Lux in mundū ueni, ut omnis qui crediderit in me, non maneat in tenebris. Et rursum apud Ioannē inquit, Ego ad hoc genitus sum, & ad hoc in mūdum ueni, ut testis sim ueritati. Iam si Ioannes dicat, Ad id apparuit Filius Dei ut demoliretur opera diaboli, pro martyrio igitur, & ut pro nobis mortē susciperet, & ut homines excitaret, Saluator uenit, atq; illa est causa aduentus ipsius: resurrectio alioqui non obtigisset, nisi mors fuisset: mors porro, quomodo in eo locum habuisset, nisi mortale corpus gestasset? id ubi ab eo Paulus didicerat, in hæc uerba prorupit: Quoniam pueri consortes erant carnis & sanguinis, ipse quoq; itidem earundem rerum particeps esse uoluit, ut per mortem aboleret eum, qui uim mortis habebat, diabolum, & liberaret eos qui metu per omnem uitam obnoxij erant seruituti, & quia per hominem mors, ideo & per hominem resurrectio mortuorum. Ac rursum, Nam impotentia legis quatenus languebat propter carnē, Ioan.1 Ioan.14 Ioan.10 Ioan.14 Ioan.8 Ioan.14 Ioan.10 Ioan.12 Ioan.18

Deus

Deus missō Filio suo sub similitudine carnis peccati, de peccato peccatū in carne condemnauit, ut iustificatio redintegraretur in nobis, qui non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulamus. Ioannes item, Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicaret mundum, sed ut mundus seruaretur per eum. Saluator quoq; idem de seipso loquitur, Ad iudicium ego in mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Non igitur propter seipsum, sed propter nostram salutem, & ob demolitionem mortis, & condemnationem peccati, & ut cæci uisum reciperent, & ut omnes è mortuis excitarentur, aduenit. Si igitur non sui gratia, sed nostri uenit, neq; in suũ ipsius usum conditur, sed ad nostrũ, fieri non potest ut sit creatura: uerum ubi nostram carnem induerat, ita loquutus est. Iam, quòd istiusmodi intellectum habeant Scripturę, ex Paulo disces: ait enim, ubi soluisset intermedium parietem septi, nimirum inimicitiam in carne sua, legem præceptorum in edictis aboleuit, ut duos crearet in seipso in unum hominem nouum, pacem faciens. Quòd si duo in eo creantur, ĩq; sunt in corpore illius, merito igitur duos in se gestans creatos, ipse creatus esse dicitur. Atque ita duobus in eo creatis, cõgruenter dici potest: Dominus creauit me. Nam quemadmodũ ipse, nostris susceptis infirmitatibus, dicitur infirmari, quamuis ipse infirmns non sit, utpote qui sit Potentia Dei: & peccatum pro nobis factus esse & maledictio, quanquàm ab eo peccatum non sit, sed quia gestauerat peccata nostra & maledictionem: sic & nos in seipso creans, de seipso dicit, creauit me ad opera, quum ipse creatura non sit. Quoniam, si secundum illos, de creabili essentia Verbi hoc putaretur dictum (dominus creauit me) & Verbum pro creatura agnosceretur, propter nos utiq; creatum non esset: quod quidem si concedas, sequetur, nos in illo creatos non esse, eum nõ in nobis, sed extra nos foris q; haberemus, ueluti doctrinam quandam, quæ ex magistro à discipulis accipitur. Quòd si res ita se habet, nihilo minus peccatum carnis in nobis remanens, regnum suum uetus & tyrannidem obtinet, utpote, nunq; inde eiectum. Cęterũ, istis uerba Apostoli paulo antè citata aduersantur. Eius enim (inquit) opus sumus, creati in Christo IESV. Quòd si in Christo creati sumus, ergo ille creatus non fuit, sed nos in eo creati sumus. Et propter nos illata est mẽtio istius uocis (creauit): Nam ꝓpter nostram necessitatem, Verbum quamuis conditor esset, sustinuit uocem conditi in se referri, neq; tamen uox illa quatenus Verbum et Deus est, in eum quadrat, sed in nos, qui in eo creati sumus: & sicuti Patre existente semper, semper quoq; existit Filius, & quia semper extiterit, inquit: Ego eram in quo exhilarabatur, quotidie oblectabar in conspectu eius. Et ego in Patre, & Pater in me: ita quoq;, quum pro nostra necessitate factus esset homo, congruenter, ut nos, quæ nostra sunt, loquitur: Dominus creauit me, ut eo in carne habitante, peccatum omnino ei̇ceretur, & nos liberos haberemus spiritus. Quid autẽ? eum iam hominem factum oportebat loqui? In principio eram homo: at illud minime in illum congruebat, neq; uerũ erat: Quemadmodũ autẽ non congruebat, ut hoc diceret: ita proprium & peculiare fuit de homine dici, eum creatum esse & factum esse: certe, ob id causa creationis adiuncta est, quæ lectionis difficultatẽ explicat ac dissoluit. Nam

Rom. 8

Ioan. 9

Ioan. 14

&

& isthic hoc uerbum (creauit) causam cur creatus sit, subsequentem habet, quia additum est (ad opera). Cõtrà, natiuitatem suam ex Patre absolute ex-
Prouer. 8 primens, statim subintulit: Ante omnes colles genuit me: non, cur genitus esset, quemadmodũ in hoc dicto (creauit) subiunxit ad opera sua, sed simpli-
Ioan. 1 citer & absolute, genuit me: quemadmodũ & hoc, In principio erat Verbũ. Nam etiamsi opera condita non fuissent, æque tamen erat Verbum Dei, & Deus erat Verbum. Cæterum, ut fieret homo, nunc̃q destinatum fuisset, nisi hominum necessitas, eius rei causam præbuisset. Non igitur creatura Filius haberi poterit. Si enim creatura esset, nunc̃q dixisset, genuit me: nam creaturę, nihil ex essentia creatoris habent: quippe, quę duntaxat sint opera. Verũ, genitum esse, nõ extrarium quiddam, quale opus est, denotat: sed quiddam proprium, quod ex substantia Patris emersit, ideoc̃q hęc opera nimirum inter res conditas numeres: Verbum contrà, Dei unigenitum Filium esse censeas. Imo, in mundi creatione nõ dixit Moses, In principio genuit Deus, ne-
Gen. 1 que in principio erat: sed, In principio fecit Deus cœlũ et terram. Necq; ad eũ modum Dauid, Manus tuæ genuerunt me: sed, fecerunt me, & formauerũt me, locutus est: ubic̃q hoc uerbum (fecit) in rebus creatis usurpans. Omnia contrà in diuersum obseruantur, ubi de Filio fit mentio. Non enim ibi dici-
Psal. 44 tur, fecit, sed genuit: &, Eructauit cor meum uerbum bonum. Et in rerũ creatione, In principio (inquit) fecit: de Filio aũt, In principio erat Verbum. Est aũt ea in istis differentia, quòd creaturæ mox post initium condantur, & ꝙ illud, In principio fecit, exordiũ essendi intercapedinatũ afferat: In filio contrà, In principio erat Verbum: Est enim tale ac si diceres, ab initio fecit: eadem ratione, qua Dominus conscius suorũ operum, Pharisæos sub his uer-
Matth. 19 bis docuit: Ab initio qui creauit eos, marem & fœminam ipsos fecit. Ab initio siue post initium, quum nondum essent, factæ & conditæ sunt creaturæ.
Psal. 101 Id ipsum Spiritus Sanctus per Dauidem eloquitur, Et tu ab initio Domine
Psal. 73 fundasti terram: &, Recordare congregationis tuæ, siue synagogæ, quã ab initio condidisti. Manifesto aũt liquet, id quod per initium fit, exordium habuisse ut fieret, & ab aliquo initio Deum congregationem condidisse. Iam, quod dicitur, In principio Deum fecisse, idem esse cum eo, quod est, incepisse facere, ipse Moses clarum facit, quum post omnia opera perfecta subiungit, Et benedixit Dominus septimæ diei, eò quòd in illa ab omnibus operibus requieuisset Deus, quæ facere inceperat. Quapropter, quæ sunt condita, ea aliquando esse inceperunt: è diuerso, Dei Sermo, quum nõ sortitus sit initium essendi, merito quoc̃q non incepit esse, nec̃q incepit fieri, sed semper erat. Et opera quidem in fiendo initium sui adipiscuntur, & principium semper res faciendas antecedit: Verbũ aũt nõ est ex numero eorum quæ fiunt, sed potius eorũ quę principiũ habent, & opifex & conditor, & rerũ factarũ essentia. Nam quæ ex eo ipso ꝙ fiunt, mensurã modumc̃q accipiunt, & ab aliquo initio initiantur, has per Verbum suum facit Deus, ut ea non existere, priusquàm fiant, intelligere posses. Verbũ aũt ut sit, id non in ullo principio, sed in Patre constitutum habet, qui etiam secundum illos principio caret, ut & ipse sine principio in Patre existat, ut Soboles, non ut creatura. Ita scilicet Sacra scriptura differentiam geniti & creati accipit, & id quod est genitum

nitum Filium, nullo unquam initio inchoatum, sed sempiternum esse declarat. Id autem quod factum est opus factoris, non ex factore naturam trahere ostendit. Ita quoq; Ioannes de Filio theologicans, agnoscensq; uocū discrimina, non dixit, In principio factus est, aut conditus est: sed, In principio erat Verbum, ut per geniti naturam hæc uox (erat) subaudiretur: id cauens, ne quis interuallum temporis intercessisse cogitaret, sed semper & æternaliter Filium existere crederet. Istis ad istum modū probatis, qui fit ô Ariani, ut, non intellectis Deuteronomij uerbis, etiā illic denuo uos impios in Dominum exhibeatis, dicentes illum uel opus uel creaturam, uel denicq; quiddam genitum existere? Idem enim, genitum & factum affirmatis significare, etiam isthic non minus q̄ alibi indocti & impij deprehendendi. Istud enim est, quod primum ibi dicitur, Nónne ipse est Pater tuus, qui creauit te, & fecit te? Et paulò pòst in eodē cantico, Deum qui te genuit, dereliquisti: & Dei, qui te educauit, oblitus es. In quibus uerbis, mens scripturæ plane admirabilis: quippe, quæ non in priori dicto posuit illud uerbum (genuit), ne uox ea id discriminis, quod cum uoce (fecit) habet, deperderet, & cauillationem aliquam ita dicendi isti nanciscerentur. Moses certe, ubi statim ab initio Deum ita loquentem introduxisset, Faciamus hominem, postea ad istum modum uerba fecit: Deum qui te genuit, dereliquisti, uocabulis istis ut promiscuis & nullo discrimine uariantibus usus: Idem enim id quod genitum est, & quod factum. Atqui, post hoc uerbum (condidit) & (fecit) tum demum (genuit) adiecit, ut ipse locus sui aliquam interpretationem habere uideret. Nam in hoc uocabulo (fecit) uerè declarat id quod est humanæ naturæ, nimirū, quòd opera sunt & res creatæ: in uoce autē (genuit) ostendit Dei erga homines, ex quo creati erant, humanitatem: & postquā ingratos se super ijs rebus exhibuissent, iam inde Moses per impropriū dicit: Hanc uicem Domino redditis: deinde subinfert, Nónne ipse est Pater tuus, qui creauit te, & fecit te, & possedit te? Ac rursum, Sacrificauerunt dęmonijs & non Deo, dijs quos non nouerāt quosq; incognitos habebāt Patres eorū, Deum qui te genuit, dereliquisti. Deus enim, non solum eos homines fecit, sed & filios appellauit, quasi qui illos genuisset: nam ea uox (Filius) hic eam significationem habet, quam hoc uocabulum (genuit) in se possidet: quemadmodum per Prophetam loquitur, Filios genui & extuli. In summa, ubicunq; Scriptura Filium significare proponit, non per (creauit), sed omnino per uocabulū (genuit) denotare solet. Et hoc ipsum Ioannes uidetur ostendere, dum inquit, Dedit ijs potestatem Filios Dei fieri qui credunt in nomē ipsius, qui non ex sanguine, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt: etiam hic pulchre se tuente uocabulorum obseruatione. Nam illud gigni, significat hic non naturales, sed adoptatitios nominibus filiorum appellari: Illud porro uerbum (geniti sunt) ideo usurpatum est, quòd plane illis nomen, filij, esset inditū. Sed populus, ut Propheta ait, uilipenderunt benefactorem. Cæterum, Dei beneuolentia est, q̄ quorū sit conditor, horum postmodum per gratiam Patrem se faciat: Facit aūt se Patrem, quum, qui iam conditi sunt (ut inquit Apostolus) susceperint in cordibus suis Spiritum Filij, clamantem, Abba Pater. Isti sunt qui suscepto Ver-

Deut.32
Deut.32
Deut.32
4.Reg.22
Ioan.1
Gal.4

bo,acceperunt poteſtatem filios Dei fieri. Aliter enim nunc̄p efficerẽtur filij,quum natura res creatitiæ ſint, niſi eius qui natura eſt Filius, Spiritum ſuſceperint. Quapropter ut hoc fieret,Verbum caro factum eſt, ut hominem capacem Deitatis faceret.Eundẽ hunc intellectũ & Malachias adfert: Nónne Deus creauit nos? &, nónne unus Pater omnium noſtrum? Etiam hic primo ordine conſiſtit(creauit)& ſecundo ordine(Pater),ut & ipſe oſtenderet nos quidem ab initio creaturas eſſe, Deumq̄p per Verbum ſuum eſſe noſtrum conditorem: poſtmodũ uero liberos effici, & ex eo tempore Deus,qui conditor noſter eſt,Pater noſter appellatur. Pater igitur proprie ad Filium refertur,non ad creaturam: adeo,ut inde certum ſit, non nos natura eſſe filios, ſed eum, qui in nobis eſt, Filium eſſe:ac uiciſſim Deum non eſſe ex natura noſtrum Patrem, ſed eius qui in nobis eſt, Verbi: in quo, & per quem clamamus Abba Pater. Quemadmodũ aũt illud uerum eſt: ita & Pater, in quibus uiderit Filium ſuum, illos & ipſe filios uocat, & dicit (genui) quandoquidem gignere,filij: facere aũt, operum ſignificationem inſinuat, eaq̄p de cauſa nos non primum gignimur,ſed creamur. Siquidem ſcriptum eſt,Faciamus hominem,poſtmodũ recepta Spiritus gratia, dicimur quoq̄p tandẽ & generari. Quinimo & magnus ille Moſes in cãtico ſuo cum probo intellectu primum(creauit)deinde(genuit)ſubiunxit, ne, ſi audirent ſe genitos eſſe,obliuiſcerentur ſuæ primordialis naturæ: ſed ut cognoſcerent ſe ab initio quidem creatos eſſe: & quanq̄p per gratiam generari dicuntur, quaſi filij, æquè tamen ipſos homines ex natura eſſe, creaturasq̄p permanere.Porro,quòd non idem ſit, id quod creatum & genitum eſt, ſed à ſe inuicem diſſideant,& natura uocum,& diſcrimine ſignificationum, in Prouer-
Prou.8 bijs oſtẽdit: quũ enim dixiſſet, Dominus creauit me initium uiarum ſuarũ,
Prou.8 ſubintulit, Ante omnes colles genuit me. Si igit̃ natura & eſſentia alicuius generis creaturarum Verbum fuiſſet, ac non potius diſtãtia inter genitum & creatum reperiretur,non ſubintuliſſet,genuit me:ſed ſatis fuiſſet, creauit me,utpote,ea dictione tantundem ſignificante,quantum in uerbo(genuit) intelligere potuiſſes. Nũc autem quum dixiſſet, creauit me initium uiarum ſuarum ad opera ſua, ſuperinduxit non ſimpliciter, genuit me, ſed cum appendice coniunctionis: tanquam qui cauere & conſulere uellet huic uerbo(creauit)addidit hunc comitatum, ante oẽs colles genuit me. Nam(genuit)coniunctim illatum cum (creauit) unam eandemq̄p ſententiam conficit,declaratq̄p hoc uerbum(creauit)ad certum quid referri,& cauſam ipſam cur creauerit. Illud aũt uerbum (genuit) prius eſt ſignificatione,q̄p hoc uerbum (creauit). Quemadmodũ uiciſſim ſi dixiſſet,Dominus genuit me,ac deinde ſubiungeret,ante omnes colles creauit me:omnino illud dictũ,creauit me,præcederet tempore,& ſi hoc dictum,genuit me,poſitu non præcederet:ita,quum dixit primo loco,creauit,deinde ſubſtituit, ante omnia genuit me,neceſſario demonſtrat,ipſum hunc prius genuiſſe,q̄p creauiſſe. Nã quum dicit,ante omnia genuit me, alium ſe eſſe & diuerſum à reliquis omnibus oſtendit,quum ſuperius probatum ſit,nihil ex rebus creatis ante alia ſui generis conditum fuiſſe, ſed omnia ſimul uno eodemq̄p mandato facta eſſe.Atq̄p ideo,ea quæ adhærent poſt hanc uocem,creauit, addita non ſunt

huic

huic ſententiæ, ubi dicit, genuit me: ſed ubi, creauit, dixerat, ibi ſubiunxit initium uiarum. Contrà, ubi ait, genuit me, nõ appoſuit initium uiarum, ſed illam appendicem, ante omnia. Iam, ſi is qui ante omnia exiſtit, nõ eſt primus omnium, ſed alius diuerſuſq; ab omnibus, in quorum numero etiã primus ille cenſetur, ſatis liquet eum alium eſſe à rebus conditis, & planè conſtat, Verbum, quũ aliud eſſet ab omnibus, & ante omnia, poſtea incepiſſe creari initium uiarum ad opera, per aſſumptionem humanæ naturæ, ut (quemadmodũ dixit Apoſtolus) qui eſt initium & primogenitus ex mortuis, in omnibus primatum habeat. Tali igitur ſubſiſtente differentia, inter creauit me, & genuit me, & inter initium uiarum, & ante omnia, ille qui eſt omniũ hominum creator, is (ut dixi) poſtmodum etiam Pater hominum efficitur, ob conſtitutum in hominibus domicilium ſui Verbi. Cæterum, in Filio id in contrariam uicem retorquetur. Deus enim quum natura Pater ſit ſui Filij, poſtea eius factor & creator efficitnr, quum factitiam Filius & creatitiam carnem homo factus induebat. Quemadmodũ enim homines accipientes Spiritum Filij, filij per eum efficiuntur: ita quoq; Verbum Dei, quum induerit hominum carnem, creari & fieri dicebatur. Si igitur nos naturales filij ſumus, certum eſt & illum naturaliter eſſe creaturã, & factitium quiddam: ſin aũt nos per gratiam & adoptionẽ efficimur filij, clarum manifeſtumq; eſt, etiam Verbum in noſtri gratiam hominẽ factum de ſe merito hæc uerba dixiſſe, Dominus creauit me. Deinde, re creatitia indutus quum ſecundum corpus ſimilis noſtri factus eſſet, merito iam inde frater noſter & primogenitus ob ſimilitudinẽ corporis appellatus eſt. Et ſi enim poſt nos, noſtri gratia homo factus eſt, & frater noſter ob corporis ſimilitudinẽ, ſed tamen inde primus & eſt, & dicitur, eò quòd omnibus hominibus perditis ex præuaricatione Adæ, eius caro ante alios ſeruata ſit & liberata: nec mirum, quum ea eſſet corpus ipſius Verbi: deinde nos, utpote illi cõcorporales, per illud corpus in ſalutem uindicamur. Corpore enim illo Dux & Dominus noſter in regnum cœlorũ ad ſuum Patrem accedit, dum inquit: Ego uia & ianua, & per me omnes neceſſe habent introire. Vnde etiam primogenitus ex mortuis dicitur, non quòd primus noſtrum ſit mortuus: nos enim præmortui eramus, ſed q; pro nobis ſuſcepta morte eaq; abolita, primus inter homines reſurrexerit, & pro nobis ſuum corpus excitauerit: quo excitato, nos quoq; deinde ab illo & per illũ excitamur ex mortuis. Quod aũt primogenitus naturæ rerum appellatur, id non ideo fit, quaſi ipſe cæteris creaturis coexæquetur, aut quòd primus illarũ ratione ſit temporis: qui enim id fieri queat, quum unigenitus ſit Dei? ſed ob Verbi ad noſtram humilitatem demiſſionem, id nomẽ illi inditur, qua ratione etiam plurimorũ efficitur frater. Siquidem unigenitus, eò quòd nulli alij ſunt fratres, unigenitus nominatur: primogenitus autẽ contrà, quia plures ſuperſunt fratres. Ideoq; nuſq; in Scripturis appellatur primogenitus Dei, neq; creatura dei, ſed iſta omnia, unigenitus, & Filius, & Verbum, & Sapientia ad Patrem referuntur, ibiq; ſuam proprietatem habent. Vidimus enim gloriam eius ut gloriam unigeniti Patris ſui. Et, miſit Deus Filium ſuum unigenitum: &, In æternum Domine Verbum tuum permanet: &, Verbum erat apud Deũ:

Ioan. 10

Ioan. 1
Ioan. 3
Pſal. 118
Ioan. 1

1. Cor. 1 &, Christus Dei Virtus, Dei Sapientia: &, Hic est Filius meus dilectus: &,
Matth. 3 Tu es Christus Filius Dei uiuentis. Porro, quòd primogenitus dictus est,
Matth. 16 id ad eius demissionem, qua se ad genus creaturarum humiliauit, respectū habet: creaturarū enim primogenitus nominatur. Istud autē uerbum (creauit me ad opera) causam, cuius gratia creatus sit, cōplectitur: operum enim gratia creatur. Si igitur unigenitus est, ut est, ne pro primogenito interpretentur. Sin uero primogenitus est, ne habeatur unigenitus. Nō enim idem potest unigenitus et primogenitus esse, nisi alio atq; alio referatur, ut unigenitus quidem habeatur, ob generationem ex Patre, ut dictum est: primogenitus uero, ob condescensum ad creaturas, & multorum fratrum, quæ inde efficitur, cōgermanitatem. Quū igitur duo ista inter se ita cōtraria sint, merito quis dicat obtinere potissimum in Verbo proprietatem unigeniti? eò quòd non sit aliud Verbum, aut alia Sapientia, quàm ipse, qui solus unicus ac uerus est Patris sui Filius: & non cum causa adiuncta, ut in superiori distinctione tractauimus, sed simpliciter unigenitus Filius, qui est in sinu Patris appellatus: primogenitus aūt dictus cum additamento causæ: creaturarum enim gratia primogenitus est factus: quam causam Paulus etiam suis
Rom. 11 uerbis implicuit, dū ait, In eo creata sunt omnia. Quòd si omnia ab eo creata sunt, aliud ipse à creaturis, & nequaquā creatura fuerit, quum sit creator omnium: neq; ideo, quia ex Patre est, primogenitus appellatur, sed quia in eo rerum natura est condita. Et, quemadmodū ante rerum naturā ipse erat Filius, per quem rerū natura condita est: ita quoq; antequam uocaretur primogenitus omnis creationis, nihilo minus ipse erat Verbum apud Patrē, & Deus erat Verbum. Verum, istud minime intelligentes impij, circumuagantur, & his Verbis sese ingerūt, si primogenitus est omnis creationis, certum est eum unum esse ex rebus creatis. Stulti, si omnino omnis creationis primogenitus est, diuersum ergo quiddam à rebus creatis fuerit: non enim dixit, primogenitus est omnium aliarum creaturarū, ne ueluti unus ex creaturis, ob cognationē haberetur, sed uniuersæ creationis, ut diuersum quiddam esse à creaturis intelligeretur. Ruben certe non primogenitus omniū liberorum Iacobi, sed tum ipsius Iacobi, tum fratrum est dictus, ne alius à liberis Iacobi existimaretur. Apostolus aūt non ita de Domino loquitur, ut sit primogenitus omnium, ne aliud q̄ nostrum corpus circūferre crederetur: sed ut sit primogenitus ob multos fratres, frater nimirum inter multos fratres futurus ob similitudinem carnis. Si igitur Verbum, unum ex rebus conditis esset, diceret Scriptura eum primogenitum esse aliarum creaturarum: nunc, quum Sancti eum appellent primogenitū totius creationis, manifesto ostenditur, Filium Dei diuersum esse ab omni creatura, & nequaq̄ rem conditam. Nam si res cōdita sit, ipse quoq; sui ipsius primogenitus fuerit. Quomodo igitur, ô stulti, idem primus & secundus esse poterit? Deinde, si creatura est, & omnis creatura per illū facta est & in eo consistit, quomodo potest creare creaturā, atq; unus esse eorum, quæ in ipso consistunt? Veritas ipsa tam absurdam opinionem refutat, docetq; eum primogenitū inter multos fratres appellatum fuisse ob carnis nostræ cognationem: primogenitū quoq; ex mortuis, eò quòd per eum, & cum eo resurrectio mortuorum

tuorum inceperit. Primogenitū porro omnis creaturæ, eò quòd Pater ſuo in homines amore, per Verbum ſuum non ſolum omnia cōdere, uerū etiā, quia creaturam, de qua loquitur Apoſtolus, accepta reuelatione filiorum Dei, liberare uoluerit ab omni ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei. Atq; ita creatura in libertatem uindicata, futurum eſt, ut & ſit Dominus noſter & iſtius & omnium adoptiuorum filiorū primogenitus: & ut in ipſo qui primus dicitur, ĩ qui poſt ipſum ſubſequuntur, quaſi ſuo principio conſerti coaptatiq; perdurare queant. Arbitror iam ipſis impijs hanc ſuam ſententiam pudori eſſe: aut ſi ea nondum pudori eſt, & pro creatura eum omnino inter creaturas primogenitū appellari uelint, animaduertant ſe illum brutis & inanimatis germanum & æqualem facere: nam & illa rerum naturæ partes ſunt, & neceſſum eſt, eum qui primogenitus nuncupatur, tempore duntaxat primum eſſe, genere aūt & ſimilitudine congruere cum omnibus. Quum igitur talia dicant, nónne omnium impietatē longe tranſmittunt? aut quis eos ferat, talia loquentes? aut quis eos, uel ea tantūmodo cogitantes non odio habuerit? Omnibus enim liquet illum non propter ſe, quaſi & ipſe creatum quiddam eſſet: neq;, quia cognatam eſſentiam affinemq; habebat cum rebus creatitijs, nomine primogeniti uocatū eſſe, ſed quia, quum primum conderet creaturas, attemperauit & demiſit ſe ad earum rationem, ut illæ ad eſſentiam peruenire poſſent, quæ alioqui nō tuliſſent eius naturam, indilutum illum ſcilicet & patrium ſplendorem, niſi pro Patris ſui in homines amore, accōmodans ſeſe eas arripuiſſet, & ad exiſtendi facultatem protraxiſſet: altera deinde cauſa eſt huius nominis, quòd, ubi ſeſe denuo creatis cōdeſcēdendo attemperârat, ipſa creatura in ius filiorum adoptata ſit, ut ita per omnia eius primogenitus efficeretur, tum in creando, tum in inferendo ſeipſum pro omnibus in mundum. Ita enim ſcriptū eſt, Quum induxerit primogenitum in mundum: additum deinde, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Audiant Chriſti perduelliones, & ſeipſos dirumpant, eo q; eius ingreſſus in mundum cauſam dederit, ut primogenitus omnium appelletur, ita ut Patris quidem unigenitus, quoniam ex eo ſolus & unicus eſt: creaturæ aūt primogenitus, quoniam omnes per eum ius filiorum adoptionemq; adipiſcuntur. Quemadmodum porro inter fratres primogenitus, & ex mortuis primitiæ dormientium factus eſt: ita quoq;, quia oportebat eum in omnibus primatum habere, etiam principium uiarū efficitur, ut qui in ea inſiſtimus, perq; eum (qui ita de ſe loquitur, Ego ſum uia & ianua) ingredientes participesq; redditi cognitionis de Patre, audiamus & nos quoq;, Beati immaculati in uia: &, Beati mundo corde. Iam, quū ipſa ueritas declaret, Verbum non eſſe ex natura rem conditam, cōſequens eſt, ut deinde dicamus, cur principium uiarū appelletur. Quoniam prima per Adam & uia, & ianua perierat, & ex paradiſo ad mortem deuergebamus, dictumq; nobis fuit, terra es & in terram abibis: ideo Verbum Dei hominum amore, & Patris uoluntate induit creatitiam carnem, ut eam quā mortalem reddiderat primus homo præuaricatione, ipſe proprio ſanguine ſui corporis uiuificaret, & renouaret nobis uiam recentem & uiuam, per uelū (ut Apoſtolus dixit) hoc eſt, per carnem ſuam. Quod etiam alijs uerbis ſignificat:

1.Cor.3

Pſal.118

Matth.5

gnificat,ubi ait, Si qua in Christo noua creatura: &, Vetera transierũt, ecce noua facta sunt omnia. Quòd si creatio innouata fuit, oportuit in hoc genere aliquẽ esse primũ: merus igitur homo & puluereus, quales nos facti eramus ex præuaricatione, is esse nõ poterat, eò q; in prima creatione fides ab hominibus seruata nõ fuit, eorũq; culpa prima creatio perierat. Opus ergo fuit instauratore prioris creaturæ, & qui nouam creaturã conseruaret. Non igitur ex genere hominum alius quispiam, sed ipse Dominus ut principiũ esset, condi uoluit, quo efficeretur uia nouæ creaturæ, ac de se merito diceret: Dominus creauit me principium uiarum suarum ad opera sua, ne ulterius secundum primam illam uiam homo uiueret, sed quasi subsistente nouæ creaturæ exordio, Christum in se posidens huius nouæ creaturæ prin-
Ioan.14 cipem, in reliquũ tempus se ei comitẽ præberet, qui ita de se loquitur, Ego
Ephes.5 sum uia: idq; in erudiẽdis Colossensibus Apostolus dixit, Ipse est caput Ecclesiæ, qui est exordium primogenium ex mortuis, ut in omnibus primatũ haberet. Si enim (quemadmodũ dictum est) ob resurrectionem è mortuis ipse nuncupatur principium: tunc autẽ resurrectio facta est, quum nostram carnem gestans dedidit se ipsum pro nobis in mortem: manifesto patuerit,
Prou.8 id quod ipse de seipso dicit, Dominus creauit me principiũ uiarum suarũ, non substantiam, sed eius aduentum in carnem significare. Corpori enim mors peculiaris est, & quemadmodũ ipsa mors peculiare quiddam & proprium est corporis: ita quoq; aduentui carnis proprium & peculiare fuerit illud dictum: Dominus creauit me initium uiarum suarum. Ita enim Domino iam secundum humanitatis rationem creato, primoq; eorum authore effecto, qui denuo recuperabantur, primitiasq; nostras ea quã assumpsit carne obtinente, bono consequio & ordine fit, ut post eum populus ille fu-
Psal.101 turus procreetur, loquente Dauid: Scribatur ea in generationem alteram,
Psal.101 & populus qui creabitur, laudabit Dominũ. Et rursus, Et renouabitur Do-
Psal.70 mino generatio quę uentura est: Et, Annunciabũt iustitiam eius ei populo, qui nascetur, quem fecit Dominus. Siquidem nõ amplius audituri sumus:
Gen.2 In quacunq; die comederitis ex ea, morte moriemini: Sed, ubi ego sum, ibi
Ioan.14 etiam & uos futuri estis: adeo ut nos ipsi de nobis hæc uerba proferamus, Eius opus sumus conditi ab eo ad bona opera. Cæterum, quia homo opus Dei, perfectus quidem ex creatione, sed defectuosus tamẽ ex præuaricatione, per peccatum mortuus erat, indecensq; fuit Dei opus in ea imperfectitudine manere: ideo super ea re obseruationes factæ sunt ab omnibus Sanctis: quod apud Dauidem inuenias Psalmo 137, Dominus retribuet pro me. Domine, opus manuum tuarum ne despicias. Atq; hinc est, quòd perfectum Dei Verbum, imperfectum corpus sibi circũponit ac creari ad opera pronunciatur, ut pro omnibus, nostro debito soluto, ea quæ deerant homini, perficeret. Deerat aũt homini immortalitas, & uia ad paradisum: Et hoc
Ioan.17 est quod à Saluatore dicitur: Ego te glorificaui in terra, opus absolui, quod
Ioan.17 dederas mihi, ut facerem. Et, Opera quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea:
Ioan.5 Rursum, Ipsa opera quæ facio, testantur de me. Quæ aũt hic dicit opera sibi tradita esse à Patre ad perfectionẽ, ea sunt ad quæ ipse creatur, dum in Pro-
Prou.8 uerbijs dicit, Dominus creauit me initiũ uiarum suarum ad opera sua. Idem enim

enim utrobiq; in uerbis est: Dedit mihi Pater opera: &, Creauit me Dominus ad opera. Quo tẽpore igitur suscepit opera perficienda ô Christi perduelles? inde enim illud (creauit) intelligetur, num in ipso initio, quũ ex nõentibus ad essentiam ea produxit? Id si dixeritis, falsum dixeritis: nondum enim tum ulla opera erant, & sermo indicat, eum, quæ iam erant, tractanda suscepisse. Sed neq; pium est in id tempus referre, quod prius fuit, quã Verbum caro fieret, non superfluus reddatur eius aduentus, quum horum causa ille suum aduentum instituerit. Restat igitur, ut dicamus eum, tum quum homo factus erat, opera curanda suscepisse. Tũ enim ea perfecit, curatis uulneribus nostris, donataq; ex mortuis resurrectione. Si aũt tum, quum Verbum caro factum esset, data sunt ei opera, manifesta res est, eum, quum homo fieret, tum ad opera creatum fuisse. Non igitur illud uerbum (creauit) significatorium fuerit eius substantiæ, ut iam sæpius dictum est, sed corporalis natiuitatis. Tũ enim, quia ex præuaricatione opera mutila erant, & clauda reddita, dictum fuit, eum corporaliter creari, ut ijs absolutis & integritati restitutis, repræsentaret Patri Ecclesiam (ut inquit Apostolus) nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed sanctam & incõtaminatam. Perfectum igitur in eo est, & restitutũ, quemadmodũ ab initio fuerat, humanum genus, imo potius maiori gratia imbutum est. Excitati enim ex mortuis, non ulterius mortem formidamus, sed in Christo regnabimus perpetuo in cœlis. Id autem tum factum est, quum Dei Verbum Deo proprium, & ex Patre natũ, quod ex Patre exijt, induerat carnẽ, & homo effectus erat. Si enim ille, quũ iam creatura esset, homo fuisset redditus, mansisset homo ita ut erat, nihil coaptatus & coalescens cum Deo. Qui enim, si ille creatura fuisset, per creaturam creatori coaptari & cõseri potuisset? Aut quod subsidium à similibus ad similia peruenisset, quum & illa æquè subsidij egestate laborassent? Quomodo porro, si creatura fuisset Verbum, sententiam Dei abrogare potuisset, aut dimittere peccatum? quum sit scriptũ apud Prophetas, id Dei esse opus. Quis enim Deus sicuti tu, auferens peccata, & superans iniquitates? Lata enim sententia à Deo fuerat: Terra es, & in terram abibis. Si igitur mortales facti erãt, qui fieri potuit, ut à rebus creatis peccatum solueretur? liberauit ergo eos Dominus, ut ipse suis uerbis professus est: Nisi uos Filius liberauit, eoq; quia liberauit, certum indubitatumq; reddidit, se non esse creaturam, aut quippiã aliud ex rebus conditis, sed proprium Verbum & Imaginem substantiæ Patris: qui ab initio hanc sententiam tulerat, quiq; solus peccata remittit. Quoniam igitur loquutus erat in Verbo, Terra es, & in terram abibis, probe & cõgruenter per idem illud Verbum & libertas, & rescissio cõdemnationis perfecta est. Sed poterat (aiunt) Deus, etiamsi Saluator creatura existeret, uel loqui tantũmodo, & ita soluere maledictionem. Illud ipsum etiam ijs ab alio quopiam obtrudi poterit. Poterat etiam sine ullo aduentu Christi, solũmodo loqui Deus, & soluere maledictionẽ. Cæterum spectandum est isthic quid hominibus sit utile, non, quid situm sit in uiribus Dei. Siquidem poterat etiam ante exædificatam arcam Noe, eos qui præuaricati fuerant, interimere: sed tamen non, nisi ædificata arca, illud facere sustinuit. Poterat etiam sine Mose dun-

Ephes. 5

Mich. 7

Gen.

taxat loqui, & sic educere populũ ex Ægypto, sed utile erat id per Mosen fieri. Poterat sine iudicibus conseruare populum, sed erat ex re populi, suis temporibus iudicem exurgere. Poterat etiam ne semel quidem uenire Deus: aut si ueniisset, non tradi Pilato, sed tamen sub consummationem seculorum uenit, & quum ad mortem quęreretur, seipsum indicauit: Ego sum (inquiens). Quod enim facit, id ipsum & utile est hominibus, & aliter fieri nõ decuit. Porro, quod utile & decorum est, id cura sua & prouidẽtia instruit.

Ioan.12 Venit igitur, non ut sibi ministraretur, sed ut ipse ministraret, nostramq; salutem operaretur. Quinimo, qui poterat ex ipso cœlo legem dictitare, norat utile esse hominibus, si è Synai eã promulgaret, idq; ideo fecit, ut & Moses adscendere posset, & illi de proximo sermonem audientes, melius crederẽt. Atq; adeo ipsa rei ratio, negociiq; cõditio, hac in parte spectari debuit. Si enim ob uires suas, per quas id potuit, uerbo edixisset, & ita maledictio aboleretur, imperantis quidem potẽtia in conspicuo pateret, homo tamen eiusmodi effectus fuisset, qualis Adam ante præuaricationem fuerat, extrinsecus accipiens gratiam, non aũt eam suo corpori coagglutinatã tenens. Talis siquidem antea fuit, quàm in paradiso collocaretur: forsitan etiam deterior euasisset, utpote qui iam præuaricari didicerat. Quod si euenisset, ut à serpente deciperetur, iterũ opus fuisset Dei loquẽtis imperio, ut ita maledictio solueretur, atq; eo modo necessitas eius rei in immensum recurrisset, & nihilo ob id minus remãsissent homines obnoxii, seruiẽtes peccato: ac proinde semper peccantes, semper opus haberent ueniæ condonatore, neq; unquam illis à uindice satisfieri posset, semper legi ob carnis infirmitatem succumbentibus. Rursus, si Filius creatura esset, nihilo minus homo mortalis remaneret, utpote non coaptatus Deo: Non enim creatura per creaturam Deo coaptata fuisset, quum ipsa coaptatorem requisisset. Neq; pars rerum creatarum, salus esse poterit rerum creatarum, quum illa ipsa quoq; salutis sit indiga. Ne igitur illud fieret, mittit Deus Pater Filium suum, & ille efficitur Filius hominis, creatitiam carnem assumẽs, ut quoniam omnes obnoxii erant morti, ipse aũt alius atq; diuersus ab omnibus, pro omnibus suũ corpus morti offerret. Ac deinceps ueluti omnibus per eum mortuis, sermo

1.Cor.5 eius sententiæ impleretur: Omnes enim mortui sunt in Christo: omnes itẽ per eum renascuntur, ut liberi iam inde à peccato, & ea, quæ per peccatũ fit, maledictione, uerè permaneant in æternum à mortuis excitati, & immortalitate & incorruptibilitate induãtur. Verbo siquidem amicto indutoq; carne, quemadmodũ sæpius ostensum est, omnis morsus serpentis penitus in carne extinctus est, & si quid ex carnalibus motib⁹ suppullulabat, rescissum

Ioan.5 est, pariterq; sublata est peccati assecla mors, ut ipse inquit: Venit princeps

Ioan.5 mundi huius, & in me nõ inuenit quicq;. In hoc enim manifestatus est (scripsit Ioannes) ut solueret opera diaboli, quibus solutis, omnes ob cognationem carnis Christi, à carne in libertatem uindicati sumus, ac iam deinde & nos quoq; coaptati sumus Verbo. Coaptati aũt Deo, non amplius in terra permanemus, sed ut ipse locutus est, ubi ipse est, ibidẽ & nos futuri sumus, neq; iam in reliquum tempus serpentem formidabimus. Confectus enim in carne persequẽte eum Saluatore, audit deinceps, uade post me Sathana:

atq;

atq; ita ex paradiſo eiectus eſt in ignem æternum: Neq; nobis cauendũ erit à maleſuada fœmina. In reſurrectione ſiquidem neq; in matrimonium ducunt, neq; ducũtur: ſed tales ſunt, quales ipſi Angeli: & in Chriſto IESV noua creatura erit, neq; uel maſculus, uel fœmina, ſed omnia in omnibus erit Chriſtus. Vbi porrò Chriſtus, q̃d genus ibi metus aut periculi fuerit? Atqui illud fieri non potuiſſet, ſi Verbũ creatura fuiſſet. Aduerſus enim creaturam creaturæ coniunctam, diabolus perpetuo uires pugnãdi habuiſſet, & homo intermedius formidine mortis ſemper laboraſſet, non habens in quo, & per quem Deo coaptaretur, & liber ab omni metu euaderet. Quapropter ipſa ueritas declarat non eſſe Verbũ rem creatitiam, ſed potius rerum opificem. In hoc ſiquidem aſſumptum eſt ab illo creatitium & humanum corpus, quò illud ut opifex & conditor renouaret in ſe, ac Deificaret, atq; ea ratione nos omnes in regnum cœlorum itidem ac ſeipſum introduceret. Rurſus, Deificationem in ſe non ſenſiſſet homo creaturæ coaptatus, niſi Filius, uerus Deus extiſſet, neq; adſtitiſſet Patri homo, niſi naturaliter uerum Patris Verbum fuiſſet, quod carnem induerat. Et quemadmodum neq; à peccato, neq; à maledictione uindicati fuiſſemus, niſi uerè ea naturaliterq; humana caro fuiſſet, quam Verbum ſibi induerat: nihil enim nobis cõmune cum re aliena: ita quoq; non Deificatus fuiſſet homo, niſi naturaliter ex Patre uerum ac proprium illius Verbum fuiſſet, quod caro factum eſt. Ideo enim ea coaptatio inſtituta eſt, ut Deitas uera, & ut ſic dicam, naturalis, uerum & naturalem hominem ſibi cõſereret, & ſtabilis efficeretur hominis ſalus ac Deificatio. Quapropter, qui negant eum ex Patre eſſe, naturalemq; eius & ſubſtantiæ ipſius proprium Filium, negent quoq; eundem ueram, & humanam carnem aſſumpſiſſe ex Maria ſemper Virgine. Nihil enim nobis hominibus inde emolumenti, aut cõmodi, niſi Verbum naturalis ſit ac uerus Dei Filius, niſiq; uera ſit caro, quã aſſumpſit. Sed aſſumpſit ueram carnem, etiam ſi inſaniat Valẽtinus. Eſt quoq; naturaliter Verbum uerus Deus, etiamſi rabiant Ariani, & in illa carne factum eſt initium nouæ creaturæ, eò quòd ipſe creatus ſit homo pro nobis: & uiam illam nobis renouauit, ut dictum eſt. Verbũ igitur ex natura, neq; creatum aliquid, neq; opus fuerit. Idem enim ſunt, & creatura, & factũ, & opus: & ſi creatura, uel factum quiddam eſſet, utiq; etiam opus eſſet. Eaq; de cauſa non dixit, creauit me opus, neq; cum operibus fecit, ne aut naturâ, aut ſubſtantiâ, creatura uideretur eſſe: neq; ut faceret opera, ideo eum crearit, ne denuo iuxta ueſaniam impiorũ, quaſi organũ quoddã uideretur propter nos creandos inſtitutum: neq; item dixit, ante opera creauit me, ne, ut eſt genitũ quiddam ante omnia, ita quoq; creatus ante omnia opera, nihil diſcriminis ſtatuere crederetur inter gigni & creari: ſed cum ſumma cautione locutus eſt, ad opera creauit me, quod idẽ eſt ac ſi diceres, Pater me ad carnẽ fecit, authoriq; fuit, ut homo fierem: ut rurſum iſthinc demonſtrari poſſit, illum non eſſe opus, ſed genitũ quiddã: Vt eñ is qui ingreditur ædes, nõ eſt pars aliqua ædiũ, ſed diuerſum quiddam ab ædibus: ita quoq; qui ad opera creatur, alius natura fuerit, quàm opera: Si ergo pro ueſtra ſententia Verbum Dei opus cenſendum eſt, agite quæſo, dicite mihi uos Ariani, qua manu, aut quanam ſapien-

Luc. 10
Marc. 12

sapientia opus istud confectum est? Omnia enim opera, quæ facta sunt, ma
Esa.66 nu & Sapientia Dei facta sunt, loquente ipso Deo, Manus mea fecit hęc o-
Psal.101 mnia. Dauide quoq; attestante, Tu Domine ab initio fundasti terrā, & ope
ra manuū tuarum sunt cœli: ac rursum Psalmo centesimo quadragesimo se-
cundo, Memor fui dierū priscorū, meditatus sum in operibus tuis, in factis
manuū tuarū meditabar. Ergo, si in manu Dei, omnia quæ facta sunt, abso-
lutionē perfectitudinemq; suam acceperunt, & scriptū est, omnia per Ver-
1.Cor.1 bū facta esse, & citra eum factū esse nihil: Et rursus, Vnus Dominus IESVS,
per quē omnia, in quo omnia, euidens cōspicuumq; est, illum opus esse nō
posse: quippe, qui ipse sit manus & Sapientia Dei. Id cognoscētes etiā Mar
tyres illi Babylonij, Ananias, Azarias, Mizael, refutant Arianorū impieta-
tem: dicentes enim, benedicant omnia opera Dominū, tum ea quæ in cœ-
lo sunt, tum ea quæ in terris degunt: in ea summa, omnes creaturas ut opera
adnumerarunt, sed in numero eorū Filiū ipsum non cōstituerunt. Non em̄
dixerunt, & tu Verbum benedic, & hymnū cane tu Sapientia, ut ostende-
rent alia omnia esse ex eorum catalogo, quæ & opera sunt, & hymnum can
tant: Verbū contrà, non esse opus aut ex cœtu canentiū, sed potius cum Pa
tre decantatur, adoratur, & Diuinis laudibus celebratur, quum sit & Ver-
bum illius, & Sapientia, & operū architectus. Id quoq; Spiritus in Psalmis
Psal.32 cum pulchra obseruatione elocutus est: Rectum est Verbū Domini, & om
Psal.103 nia opera eius in fide. Quemadmodū & in alio Psalmo recēsuit, Quàm ma-
gnifica sunt opera tua, omnia in Sapiētia fecisti. Iam si Verbum opus esset,
plane Verbū in Sapiētia factum fuisset, neq; illud ab operibus discrimina-
sset Scriptura, neq; ista quidē opera dixisset, illud uero sapientiā dei nomi-
nasset: nunc illud ab operibus segregans Scriptura, probe ostendit, Sapien
tiā opificem esse, non opus. Eadē quoq; distinctione & Paulus usus est scri
bens ad Hebræos, Viuidum est enim Verbū Dei, & efficax & penetrātius
omni gladio ancipiti, & pertingēs usq; ad internodia animæ & spiritus, cō
pagines q; simul & medullas, facultatemq; habet iudicandi de cogitationi-
bus, ac nulla creatura est inuisibilis coram illo: omnia aūt nuda sunt & con-
spicua oculis eius, apud quem nobis sermo. Ecce, tibi res conditas creaturā
appellat: Filium aūt pro Verbo Dei agnoscit, ac talem, qui sit aliud à rebus
creatis: ac rursum quum ait, Omnia esse nuda & aperta oculis eius, ad quē
nobis est sermo, alium illum à rebus omnibus ostendit, ac proinde ille iudi
candi potestatem habet: creata aūt obnoxia sunt singula pro se, ut illi ratio-
nem reddant. Atq; ita uniuersa creatura nobiscum cōgemiscente, pro libe-
ratione ex seruitute corruptionis, satis ostenditur alium esse Filium à crea-
turis. Si enim creatura esset, & ipse quoq; unus ex numero gentiū esset,
opusq; haberet eo, qui ipsum & Filium redderet, & à seruitute cum cæteris
uindicaret. Quòd si omnis creatura una gemiscit & suspirat libertatem à ser
uitute corruptionis, nec Filius unus ex catalogo suspirantium est, aut eorū
qui libertate indigent, sed potius est qui filios nos reddit, & liberat omnia,
Ioan.8 cum dicat Iudæis eius temporis: Seruus non manet in æternum in familia,
sed Filius in æternum manet. Si igitur Filius uos liberaret, uerè liberi eritis:
luce clarius ex istis deprehenditur non esse creaturam Verbum Dei, sed Fi-

lium

lium uerum & genuinum Patris ſui. De hoc igitur dicto: Dominus creauit me initium uiarum ſuarum, tametſi pauca iſta ſint, tamen ſufficere arbitror, quæ doctoribus occaſionem præbeant maioris copiæ ad tollendam hæreſim Arianam. Cæterum, quoniam proximum deinde uerſiculum lectitantes hæretici, prauiter de eo quoq; ſentiunt, in quo ſcriptum eſt: Ante æuum fundauit me, arbitranturq; illud ad Deitatem Verbi, non ad aduẽtum eius in carne referendum eſſe, neceſſum, ut hoc quoque uerſiculo explicato, eorum errorem aperiamus. Scriptum ita habet: Deus Sapientia fundauit terram. Si igitur Sapientia terram fundauit, qui fit, ut ille fundator fundamentum fiat? ſed prouerbialem ſpeciem & illud quoq; dictum habet, eiusque ſenſus inueſtigandus eſt, ut cognoſcamus, Patrem quidem Sapientia architectari & fundare terram, ut ſit firma & permaneat: Sapientiam uero fundari propter nos ut initium fiat, & fundamentũ nouæ noſtræ creaturæ, & inſtaurationis noſtræ. Certe non dixit, ne in iſtis quidem uerbis, ante æuum Verbum aut Filium me fecit, ne quaſi initium fiendi uideretur adipiſci: id enim ante omnia exquirendum eſt, an Filius ſit, & principaliter ſuper ea re Scripturæ excutiendæ ſunt. Hoc ſiquidem ita eſſe, poſt interrogationẽ Apoſtolorum Petrus ſua reſponſione declarauit, quũ ait, Tu es Chriſtus Filius Dei uiui: illud quoq; pater Arianæ ſectæ imprimis percunctatus eſt, Si tu es Filius Dei, &c. Nam hoc nouerat uerum eſſe, & columẽ noſtrę Fidei: & ſi Filius eſſet, iam finem inſtare ſuæ diabolicæ tyrannidi: contrà, ſi creatura eſſet, fieri non poſſe, quin unus ex poſteris Adæ eſſet à ſe decepti: ac proinde ſi res ita ſe haberet, nihili eum eſſe faciendum: Et hoc ipſum fuit, cur eius temporis Iudæi ſtomacharentur, quũ Dominus ſe Filium Dei, & Deũ ſibi Patrem eſſe pronunciaret. Nam ſi ſe unum ex creaturis nominaſſet, aut aliquid ex operibus Dei, non obſtupuiſſent hæc audientes, neq; pro blaſphemia talia uerba imputaſſent, quum ſcirent & Angelos ad Patres profectos eſſe: ſed quia ſe Filium dicebat, ſatis animaduertebant, non eſſe in ijs uerbis notam aliquam aut characterem creaturæ, ſed eſſe indicium Deitatis, & naturæ Paternæ. Oportuit igitur Arianos, quanquàm imitatores patris ſui diaboli curioſe obſeruare, ut ſi dixiſſet, Verbum aut Filium me fundauit, ſentirent ea quæ ſentiunt: quòd ſi ita locutus non eſſet, abſiſterent ea admentiri & cõminiſci, quæ non ſunt. Non enim dixit, ante æuum Verbũ aut Filium me fundauit, ſed ſimpliciter, fundauit me, ut denuo oſtenderet (quemadmodũ dixi) ſe non ſui cauſa, ſed propter eos qui ipſi inædificandi erant, ita de ſe ipſo prouerbialiter locutum eſſe, idq; quum cognitum haberet Apoſtolus, dixit: Aliud fundamẽtum nemo poteſt collocare, præter id quod poſitũ eſt, quod eſt IESVS Chriſtus: quiſq; aũt uideto, quomodo ſuperinædificet. Neceſſum autem eſt fundamentũ tale eſſe, qualia ea quæ ſuperinædificantur, ut congruant inter ſe. Verbum igitur quatenus Verbum eſt, non habet aliquos qui ſecũ congruant, unigenitũ enim eſt: cæterũ, quatenus homo factus eſt, ſimiles ſibi & congruentes habet, utpote, cum quibus etiam ſimilem carnem induerit. Quocirca quantum ad humanitatem, fundatur, ut & nos ſuper eum ueluti precioſi lapides inædificemur, efficiamurq; templum habitantis in nobis Spiritus Sancti. Vt aũt ipſe fundamen

Prou. 8

Prou. 3

Matth. 16

1. Cor. 3

tum

tum est,nos aũt lapides super eam inædificati, ita ipse rursum uitis est, nos autẽ palmites cohærentes,& conserti,non substantia Deitatis, id enim impossibile, sed ratione humanæ conditionis: palmites siquidem consimiles esse oportet uiti.Iam,quia nos similes secundum carnem illi sumus, & quia alioquin hæreticos humana sentiẽtes, exemplis humanis refutare oportet, ijsdem uerbis,quibus suprà,utendũ existimo.Non dixit igitur,fundamentum me fecit,ne ueluti operis,& rei principio aliquo inchoatę,in hoc dicto improbam occasionem ad impietatem expiscarentur: sed, fundauit me, inquit:Iam,quod fundamentum fit,fundatur quidem per lapides illi superiectos,sed non simpliciter:tum enim proprie fit,quũ pro saxo è monte tollitur, & in imis terræ collocatur: Hactenus enim, dum in monte saxum est, nondum adhuc uel fundamentum,uel fundatum esse dici potest:sed quum usus postularit,& in effossa terra collocatũ fuerit,tum deniq;, si ei loqui cõcederetur, diceret de seipso, fundauit me, quum ita ex monte in istum locũ transuectum esset. Ita quoq; & Dominus, quum fundatus esset, non initiũ existendi accepit, utpote iam antea Verbum, sed quum nostrã carnem induisset,quam ex Maria decisam accepit,tum inquit,fundauit me,quod idẽ ualet,ac si diceret, Verbum cum essem, terreno corpori me iniecit:ita enim nostri gratia fundamentũ efficitur,cum,quæ nostra sunt,accipit,ut nos ueluti incorporales,coaptati'q; & colligati in eo per similitudinẽ carnis,in uirum perfectũ euadentes,immortales incorrupti'q; permaneamus.Illud porro,quod scriptum est, ante æuum,&,antequã terra conderetur,&,antequã montes firmarentur,neminẽ perturbet:pulchre enim & illud cum istis uerbis coniunctũ est,fundauit me,&,creauit me: Id enim rursus dispensationẽ
Tit.2 incarnationis eius attingit: Gratia siquidẽ Patris erga nos nuper apparuit (ut Apostolus inquit) quum ad nos Christus deuenisset: sed tamẽ illa antè præparata destinata'q; fuit,q̃ nos efficeremur,quin potius ante constitutionem mũdi.Causa'q; eius rei quodãmodo & bona & admirabilis. Non congruũ enim erat Deo,postea tandẽ de nobis deliberare,ne aliquid nostri uideret ignorasse. Creans igitur nos per suũ Verbum omniũ rerũ Deus, cognita habens nostra melius q̃ nosmetipsi, prospiciens'q; nos bonos quidẽ creatos, sed postea tamẽ præuaricatores futuros præcepti sui, ejiciendos'q; ex paradiso ob cõtumaciam, ipse ut humanus & bonus, iam antea instituit in Verbo suo nostræ salutis procurationẽ: ut, quamuis decepti à serpente excideremus, non tamẽ penitus extincti maneremus, sed habẽtes in nobis per Verbum iam antè præparatam redemptionẽ & salutem,iterũ resurgentes immortales perseueraremus,cum Filius pro nobis initium uiarũ creatus fuisset: & qui primogenitus est creaturæ, primogenitum se fratrum reddidisset: & qui primitiæ est mortuorum, resurrexisset. Id Diuus Apostolus ille Paulus scribẽdo ita esse docet, dum illa Prouerbij dicta (ante æuum) &
2.Tim.1 (priusquã terra fieret)exponit in sua ad Timotheũ epistola,Collabora Euãgelio secundũ uirtutẽ Dei, qui nos liberauit & uocauit uocatione sua sancta,non secundum opera nostra,sed secundũ propositum suum,& gratiam quæ data est nobis in Christo IESV,ante tẽpora æterna.Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri IESV Christi,qui destruxit

quidem

quidē mortē, illuminauit aūt uitam. Ad Ephesios itē: Benedictus Deus & Ephes.1
Pater Dñi nostri IESV Christi, qui benedixit nos in omni benedictione
spirituali, in cœlestibus in Christo. Quemadmodum elegit nos in se ante ia Ephes.1
cta fundamenta mundi, ut sancti essemus & incontaminati coram ipso, quū
iam animi beneuolentia prædestinasset, ut nos sibi in filios adoptaret per
IESVM Christum. Quomodo igitur elegisset nos anteq; fieremus, nisi ut ip-
se dixit, in eius animo iā antea præfigurati delineatiq; fuissemus? aut quo-
modo omnino, priusq; homines crearemur, nos designasset in adoptiuos
filios, nisi ipse Filius ante æuum fundatus fuisset, suscepta nostri procuratio-
ne? aut quomodo, ut Apostolus ait, hæredes participes ue prędestinati fuis-
semus, nisi ipse Dominus ante æuum fundatus fuisset, ut ipse iam tū propo-
situm haberet, ut omnem pro nobis, quæ contra nos erat, iudiciq; hæreditatē,
in se per carnem reciperet, ut ita iam nos in illo filij redderemur? Aut quo-
modo ante æterna tempora acciperemus, nondum conditi, nisi in Christo
IESV dona gratiæq; repositæ fuissent, quæ ad nos peruenirēt? Ideoq; in iu-
dicio, quum unusquisque pro ordine suo meritisq; quod æquū est, receptu
rus est, dicit, Agite benedicti Patris mei, pro hæreditate uestra possidete re- Matth.26
gnum uobis præparatum à primis mundi fundamentis. Quomodo igitur,
aut in quo, anteq; nasceremur, id præparatum esset, nisi in Domino ante æ-
uum in hoc ipsum fundato? quo nos, quasi super eum inædificati, ut lapides
bene coaptati, participes redderemur eius, quæ ab illo deriuatur, uitæ & gra
tiæ. Eaq; res ita acta est (quatenus pio homini utcunq; in mentem uenire po
test) ut, quemadmodū iam antea loquutus sum, resurgentes à morte non di
urna, æterna uita frui possemus: quod nulla ratione fieri licuisset, quatenus è
terra oriundi sumus, nisi ante æuum præparata fuisset nobis in Christo salu
tis spes. Verbum igitur in nostram carnem ingrediens, creatumq; ut esset
principium uiarum, ita fundatur, quemadmodum Pater uoluit (sicuti dictū
est) ante secula, & anteq; terra fieret, & montes collocarentur, aut fontes emi
carent, ne, quum terra & montes speciesq; rerum, quæ ante oculos est, præ-
terierint in consummatione instantis seculi, simili ratione & nos quoq; inue
terasceremus, sed postea uiueremus habentes in nobis in ipso Verbo quod
nos elegit, præparatam ante secula uitam & benedictionem spiritualem: ita
enim poterimus non uitam quidem hāc nostram temporariam habere, sed
in posterum uiui in Christo perseuerare. Cæterum, quia ante ista omnia, ui-
ta nostra fundata fuit & præparata in Christo (non enim in alio quopiam ui
tam nostram fundari decuit, nisi in domino ante secula existente, per quem
& secula condita sunt) ideo fit, ut uita nostra in eo nitente & cōstabilita, pos
simus & nos quoq; uitam æternā obtinere. Deus enim utpote bonus, sem-
per hoc uoluit, cognoscens nostram infirmam naturam egere suo auxilio &
conseruatione. Ac quemadmodum sapiens architectus secum destinans do
micilium ædificare, simulq; cupiens id denuo instaurare, si post ædificatio-
nem uitiū fecerit, prēparat inter hos cogitatus materiam, eamq; opifici sup-
peditat ad instaurationem: atq; ut ibi apparatus renouationis tempore æ-
dificationem antecedit, eodem pacto nostræ ante nos salutis renouatio fun
datur in Christo, ut in Christo, nostri recuperatio instauratioq; fieri posset.

Voluntas certe destinatioq; eius rei ante secula instituta fuit: res tamen ipsa tum demum peracta est, cum necessitas hoc ipsum requirebat, & ipse Saluator aduenisset. Ideo enim Dominum pro nobis oportebat in cœlo esse, ut nos eò reciperet in uitam æternam. Sufficiunt igitur ista ad documentū, nō esse creaturam Verbum Dei, & rectam istius proloquij sententiam. Verum tamē, quia hoc ipsum scrutinio expensum ponderatumq;, rectam in omnē partem significationem habet, consequens fuerit, ut mentem uerborum explicemus. Quid scis, an tam multis refutationibus in pudorem erubescentiamq; redigi queant? Opus igitur denuo superioribus uerbis: de eodem enim intellectu Prouerbioq; & Sapientia tractandum. Quippe, qui non dixerit seipsum naturaliter creaturam, sed sub prouerbiali schemate, se creatam à Domino, certumq; est ibi mentem aliquam latere: non ea quidem quæ in præsentia sese offert, sed abstrusam penitus, quam tamen reperire liceat, si uelamen phraseos & prouerbij detraxeris. Quis enim creatricem Sapientiam de se ipsa audiens loquentem, Dominus creauit me ad opera sua, non statim quærat, quid sibi hoc uelit? aut qui fieri posset, ut creatrix creetur? Quis item audiens, unigenitum Filium Dei, initium uiarum creari, non expiscatur eius rei intellectum? secū admirans, qui fieri posset, ut unigenitus, multorum aliorum primus & principium fiat? ænigma nimirum est. Sed tamē ingeniosus parabolas, & tenebricosum sermonem, dictaq; & ænigmata sapientum facile intellexerit. Vnigenita igitur, ipsaq; ex se Sapientia Dei, opifex
Psal.103 est & creatrix rerum omnium: Omnia enim (ut inquit) in Sapientia fecit, & impleta est terra creaturis tuis. Cæterum, ut res non solum conditæ essent, sed & bene conditæ essent, placuit Deo, ut sua ipsius Sapientia se creaturis accōmodaret, quò formula aliqua, speciesq; saltem imaginis suæ omnibus rebus tum publice, tum priuatim inseri posset, ut illæ eo modo scitæ sapientesq; effectæ dignæ uideri possent, quę opera Dei censerentur: ut enim Verbi siue Rationis Dei, nostra ratio simulachrum existimandum est: ita quoque eius Sapientiæ hæc nostra sapientia Imago quædam existimari debet, in qua uim sciendi sentiendiq; adepti, capaces efficimur creatricis Sapien-
Ioan.14 tiæ, & per eam cognoscimus Sapientiæ Patrem. Nam qui habet, inquit, Filium, habet & Patrem: & qui accipit me, accipit & illum, qui me misit. Quia igitur istiusmodi sapientia & in nobis, & in omnibus operibus inserta est, non iniuria ea quæ uera est Sapientia & architectrix rerum, quæ ad idæam suam congruunt, sibi ipsi inter loquendum imputans, hunc uerborum modum concepit, Dominus creauit me in operibus. Quæ enim nostra sapientia loqueretur, ea Dominus tanq; propria sibi suis uerbis usurpat. Nō enim creatur creatrix, sed propter imaginē sui rebus creatis ingenitam, ipsa se cre-
Matth.10 ari dicit. Et quemadmodū ipse Dominus locutus est, qui uos excipit, me excipit, eò q; formula eius in nobis sit: ita quoq;, tametsi res creatæ id ipsum non sint quod ille est, tamen ob simulachrum Dei, & formulam, quæ in creatis est, ueluti ipse crearetur, ad hunc modum loquutionem moderatur, Dominus creauit me initium uiarum ad opera sua. Eadem ratione etiam in operibus indita est Sapiētiæ effigies, ut (quemadmodū dixi) mundus per eam agnosceret suum opificem, Rationem uidelicet siue Verbum, & per Verbū

Patrem

Patrẽ. Et illud ipsum est, quod Paulus ait: Id quod intelligibile est Dei, manifestum est illis: Deus enim illis manifestauit, siquidem inuisibilia eius, ex creatione mundi operibus animaduersa perspiciuntur. Quapropter ratione suæ essentiæ, Verbum creatura haberi non potest, sed de nostra, quæ in nobis est, sapientia, in Prouerbijs sermo habetur. Quòd si illud non credũt, agite mihi iam respondeãt, sitne aliqua sapientia in creaturis, an non? quod si non sit, quid est quod Apostolus ita reprehendit & incusat mundũ? Quoniam in Sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum. Aut, si sapientia non est, quomodo multitudo sapiẽtum in Scripturis reperitur? Sapiens enim perterritus declinauit à malo, & cum sapientia ædificatur domus. Et Ecclesiastes, Sapientia hominis faciem ipsius illustrabit: & temerarijs increpat dicẽs, Ne dixeris, qui fit, ut dies priores fuerint meliores, q̃ isti sunt? quoniam non in sapientia super ea re percunctatus es. Sin aũt est Sapientia, eamq̃, ut Sirach dicit, effudit super omnia opera sua, & pariter in omnem carnẽ pro ratione suæ donationis, & subministrauit eam ijs, qui ipsam diligebãt, istiusmodi effusio, non substantiam unigeniti effusam indicat, aut eius quæ ex se est, & ipsissima sapientia, sed illius quæ ad huius imaginem in mundo est delineata, an incredibile uidebitur, si ipsa opifex rerum, & uera Sapiẽtia, cuius simulachrnm præ se fert, ista in mundum effusa sapientia, rerumq̃ scientia, ita de se loquatur quasi condita sit, Dominus creauit me ad opera sua? Non enim sapientia quę in mundo est, creatrix est, sed ipsa creata est in operibus, secundum quam cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Eam, si homines in seipsis habeant, cognoscent ueram Dei Sapientiam, & ipsi agnoscentur, quoniam Dei Imaginem in se possident. Et quemadmodũ, si quis regis filius, patre eius uolente ædificare ciuitatem, in singulis operibus præscribat nomen suum tutelæ causa, quo simul & inuiolata permaneant titulo reuerentiaq̃ nominis, simul ut ex ea inscriptione in memoriam ueniant ipsius & patris sui, & ab eo rebus iam ex sentẽtia cõfectis, percunctetur quis de ciuitate, quomodo eam cõdiderit: Isq̃ tum respondeat, se bene eam exædificasse: nam secundũ patris uoluntatem, suam imaginẽ singulis operibus impressam esse, eò q̃ nomẽ suũ ubiq̃ sit inditum, & quasi inædificatum. Id si dicat, non substantiam suam singulis iniunctam significat, sed simulachrum sui, sub nominis sui titulo: Ita quoque ad similitudinem istius exempli, ad eos, qui in rebus creatis sapientiam admirantur, uera Sapientia in hæc uerba respondebit: Dominus creauit me in operibus suis: mea siquidem formula est in eis, & ego me ita attemperaui opificio. Neq̃ in admiratione ponendum est, si imaginem illam quæ in nobis est, pro sua sibi arroget in loquendo Filius, quum etiam alibi hoc ipsum non uereatur dicere, quippe, qui Paulo tum temporis Ecclesiam persequente, in qua formula eius & imago residebat, quasi ipse persequutionem pateretur, in hæc uerba locutus sit, Saule, quid me persequeris? ac proinde, ut si dixisset, ea quæ imago archetypæ Sapiẽtiæ est, quæq̃ in creatis sita est, Dominus creauit me in operibus suis, nemo in admirationem raperetur: Ita si uera & opifex rerum Dei Sapientia, unigenitumq̃ Dei Verbum de ijs loquatur, quæ sunt simulachri sui, quasi de se ipsa: Creauit me ad opera, nullus

Rom. 1

1. Cor. 1

Eccls. 8

Act. 9

omissa ea sapientia,quæ est in mundo, & rebus ingenita, existimarit hoc ipsum de archetypæ,exemplarisq; Sapientiæ natura esse intelligendum, ne uinum aqua miscendo ueritatem circumueniat. Ea enim Sapientia creatrix & opifex rerum est,cuius simulachrum rebus conditis impressum est,ut effigiata illa,& imitatitia cum effigie & exemplo archetypo similitudinem haberent.Principium autem uiarum appellat,quia ista imitatitia sapientia est, ueluti rudimentum elementumq; ad cognoscendum Deum.Huic enim pri
Prouerb.1 mitus aliquis quasi uiæ insistens,eamq; obseruans metu Dei,qui,ut ait Salomon,principium sapientiæ est:deinde magis ac magis animo ac mente adscendens,animaduertensq; in rebus tantum artificij,tandem eò peruenerit, ut in initio Patrem deprehendat,sicuti Dominus testatur,Qui uidit me, uiIoan.14 dit & Patrem meum:Et ut Ioannes ait:Qui confitetur Filium,etiam Patrem habet.Porro ante æuum fundauit me, inquit, quoniam in hac forma imitatrice Diuinæ Sapientiæ,opera firmitudinem accipiunt: deinde, ne quis audiens de huiusmodi sapientia rebus ingenita & inserta persuaderet sibi ueram eam Dei Sapiẽtiam esse,ipsumq; Filium Dei creaturam esse, necessariò subintulit,Ante montes,& ante terram,& ante aquas, & ante colles genuit me,ut sub his uocibus(ante omnem creaturam) quibus omnes res cõditas cõplectitur, declararet se non ipsa sui essentia rebus creatis inditam esse. Si enim ad opera creata est,& ante opera existebat,euidens nimirum, eam,antequã crearetur,fuisse.Sequitur igitur illam natura essentiaq; rem creatitiam non esse,sed ut ipsa subintulit,genitũ quiddam existit. Quid aũt inter se discriminis habeant,genitum & creatũ esse,in superioribus ostensum est. Iam quod subiungitur,cum præpararet cœlum,aderam illi:sciendum est, non ideo hæc Sapientiam dixisse,quasi non per eam Pater cœlum fecerit, quum ambiguum non sit,omnia per Sapientiam facta esse,& sine ea factum esse nihil,sed hanc esse mentem uerborum, omnia quidem in me & per me facta sunt:sed tamen quum necessitas postularet, sapientiam ingigni inseriq; operibus,ipsa quidem substantia eram cum Patre:cæterum,condescensu attemperationeq; mei ad res creatas, concinnabã mei imaginem in meis operib⁹, ut quasi iam unius corporis membra,nulla pars mundi seditione laboraret, sed omnibus inter se mutuus parilisq; consensus esset. Quotquot igitur recto intellectu,pro data ipsis sapientia,se spectatores præbent rerum conditarum,poterint dicere etiam ipsi, dispositione tua permanent omnia. Contrà,qui hac in parte oscitabundi negligentesq; sunt, audient hoc in se congruere,prædicantes sese sapientes esse,infatuati sunt:quoniam,quod intelligibile est Dei,manifestũ est illis:Deus enim ipsis manifestauit, quippe, quũ inuisibilia eius ex creatione mundi, animaduersis operibus perspiciantur, perspicitur quoq; ęterna eius Potentia ac Deitas:Ita fit,ut careant omni excusatione,quòd,quum Deum cognitum haberent, non ut Deum uenerati sunt,sed seruierunt creaturis potius,quàm creaturarũ conditori,qui est benedictus in secula:Quin & pudore,quũ ista audient,perfundantur. Quandoquidem in Sapientia Dei(prout superius dictum est)nõ cognouit mun
1.Cor.1 dus per sapientiam Deum,placuit Deo,per stultitiam prædicationis seruare credẽtes.Non enim amplius,ut superioribus ætatibus, per imaginem &

umbram

umbram eius sapientiæ, quæ in rebus deprehenditur, uoluit Deus innotescere, sed ipsam ueram Sapientiam carnem iussit assumere, & hominem fieri, mortemq; crucis sustinere, ut per Fidem quæ in eum est, omnes iam deinceps credentes seruari possint. Eadem illa ipsa Sapientia est Dei, quæ prius per imaginem sui rebus creatis inditã, qua de causa etiam creari dicitur, manifestauit se ipsam, & quæ per se suamq; indolem Patrem nobis manifestum reddidit, postmodum ipsa & Verbũ & Ratio Dei caro facta est, ut ait Ioannes, & post abolitam mortem, & seruatum genus nostrum, magis ac magis semetipsam, et per se, suum Patrem declarauit, ut his uerbis innuitur: Des eis ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem emisisti IESVM Christum. Impleta est igitur uniuersa terra cognitione eius. Vna enim eademq; cognitio est, & Patris per Filium, & Filij per Patrem. Et hoc est quod gaudet Pater, eoq; gaudio exhilaratur in Patre ipse quoq; Filius, quum dicat: Ego erã cui aggratulabatur: quotidie aũt exhilarabar in cõspectu eius. Hæc rursum ostendunt, Filium non esse alienigenã, sed propriam ex Paterna substantia & genuinam Sobolem. Ecce nõ nostra causa (ut asserunt impij) genitus est, neq; ex non entibus ad essentiam emersit. Non enim extrarium quippiam aliunde sibi acquisiuit Deus, quod gaudium illi conciliaret: sed in eo dicto nota est indiciumq; proprij & sibi consimilis Filij. Quando enim fuit, quum pater non lætabatur? si autem semper lætabatur, semper erat in quo lætabatur. In quo porro lætatur Pater, nisi quum intuetur seipsum in sui ipsius Imagine, quod est Verbum eius? Quòd si etiam in filijs hominum exhilarabatur absoluto terrarum orbe, ut in Prouerbijs scriptum est, nimirũ eandem quoq; & illud superius intelligentiam habuerit. Exhilarabatur enim eo modo, non ex superuentitio gaudio, sed quòd tum quoq; uideret ad sui Imaginem opera esse condita: adeo, ut illa exhilaratio Dei, ex Imagine ipsius causam trahat. Aut, quomodo porro Filius exhilarari posset, nisi eo modo quo se intuetur in Patre? Idem enim inter se ualent hæ duæ sententiæ: Qui uidit me, uidit & Patrem meum: Et, Pater in me, & ego in Patre. Inanem igitur esse uestram gloriationem undecunq; ostensum est, ô Christi perduelles, & frustra triumphum simulastis, & iactitatum ubiq; à uobis, Dominus creauit me initium uiarum, deprauantes intellectum uerborum, ac potius uestra cõmenta, q; mentem Salomonis depromentes. Ecce enim uestra sententia, nõ nisi merum et inane phantasma apparet. Illud contrà, quod in Prouerbijs habetur, & reliqua prius dicta, Filium commonstrant non esse ex sua substantia & natura rem creatitiam, sed stirpem Patris, Sapientiam & Verbum uerum, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Ioan. 1

ATHANASII ARCHI-
EPISCOPI ALEXANDRIAE
contra Arianos, Sermo quartus.

SEMEL Ariani ſtatuentes (ut ex re apparet) defecto
res ſeſe præuaricatoresq; ueritatis exhibere, in ſe
traducere omnino uelle uidentur, quod ſcriptum
Prouer. 18 eſt: Impius quum in profundum malorum deue=
nerit, contemnit. Neq; enim confutati quieſcunt,
neq; perplexi inopesq; quod reſpondeant pudeſi
unt, ſed plane meretricis uultu depuduerũt aduer=
ſus omnes in impietatibus ſuis. Nam quæ cauilla=
bãtur uerba: Dominus creauit me: &, Tanto præ=
Heb. 8 ſtantior Angelis factus, & primogenitus: &, Fidelem illi, qui ipſum fecerat:
quũ rectæ eſſent ſententiæ, & piæ in Chriſtum, neſcio quo pacto iterum at=
que iterum quaſi ſerpentis ueneno perfuſi, neq; intuentes quod oportuit,
neq; quæ legunt intelligentes, cœperunt uerbis tanq; ex barathro impij ſui
Ioan. 14 pectoris eructatis, ſuggillare et irridere id, quod à Domino dictũ eſt: Ego in
Patre, & Pater in me: dicẽtes, Quomodo poteſt iſte in illo, ille in iſto recipi?
aut quomodo omnino poteſt pater cũ ſit maior, in filio, qui minor ſit, cõpre
hẽdi? Et quid miri, ſi Filius in Patre ſit, quũ etiã de nobis ſcriptũ ſit, in eo ui=
uimus, mouemur, & ſumus? Cæterũ, id merito illis pro ipſorũ ueſania pecto
ris accidit, cũ Deum arbitrentur corpus eſſe, neq; intelligũt quid nam ſit ue=
rus Pater, uerus Filius, neq; quid ſit inuiſibile lumen & æternũ, & iubar eius
inuiſibile, neq; quid ſit inuiſibilis ſubſtantia, character, & imago incorpora=
1. Cor. 2 lis: Nã ſi cognouiſſent, nõ Dominũ gloriæ ſannis & ludibrijs nefarie tracta
uiſſent, neq; incorporalia corporaliter excipientes, quæ probe dicta erãt, in=
terpretationibus deprauaſſent: par erat certe, uel ſolum id audientes ex
Chriſto, eius uerbis fidem adhibere. Quandoquidẽ ſimplex Fides præſtan=
tior eſt q; curioſa probabilitas. Verũ, quia & iſtud ad ſuam hæreſim propha
nare aggreſsi ſunt, neceſsitas nos cogit, ut horũ malitioſam uecordiã refute=
mus, & ueritatis ſenſum aperiamus ad cõfirmationẽ hominũ fidelium. Neq;
Ioan. 14 enim ut illi arbitrantur, uiciſsim in ſe tranſuaſantur: dum ait, Ego in Patre, &
Pater in me, quaſi in uaſa inania alter in alterũ refuſus, ut Filius impleat Pa=
tris capacitatem, & Pater uiciſsim Filij, & neuter ſit ex ſe uel plenus uel inte=
ger. Id enim propriũ eſt corporũ: quapropter id uel ſolo dictu prorſus nefa=
riũ haberi debet. Plenus ſiquidẽ & integer eſt Pater: & plenitudo Deitatis
eſt Filius: neq; tamẽ rurſus uti in ſanctis hominibus, intra quos receptus De
us, ipſos fortificat: ita quoq; ac ſimili ratione in Filio agitur: Ipſe enim Filius,
Patris eſt Fortitudo ac Sapientia: & res quidem conditæ eius participatu in
Spiritu ſanctificãtur, quũ tamen ipſe, qui Filius eſt, nõ iſtiuſmodi communi
catu Filius efficiatur, ſed genitura. Neq; rurſum ita Filius eſt in Patre, ut nos
in eo uiuimus, mouemur, & ſumus, quia ipſe eſt Vita, & è Patre quaſi ex fon
te dimanat, in qua omnia uiuificantur & conſtant: ſiquidẽ uita nõ per uitam
uiuit,

uiuit,alioqui omnino uita nõ esset,sed ipsa potius omnia uiuificat. Age, inspiciamus nũc Asterij sophistæ,istius hæreseos patroni,ratiocinationes. Istius cm̃ generis sunt,in quibus se aliquo modo æmulũ Iudæis prębuit.Liquidũ, inquit, manifestumq; est,ideo illũ dixisse,se in Patre esse, ac Patrẽ uicissim in ipso,quoniã ne sermonẽ quidẽ quẽ exordiebat, sui ipsius aiebat esse, sed Patris:neq; sua itẽ opera esse,sed Patris,qui eam ei potestatẽ faciendi dederat.Id si puer aliquis simpliciter dixisset,ueniam ex ætate mereretur,sed in eo cui nomen sophistæ est ex sapientia,cuiusq; professio omnium rerum scientiam promittit,quantopere(quæso)uituperandum,& qui fieri potest, ut non se istis rationibus alienum ostendat ab Apostolo,elatus disertis sapientiæ uerbis,sibiq; persuadens,ijs sese decipere posse, quum interim ipse non intelligat quæ dicat,neq; de quibus asseuerationes faciat. Quæ enim Filius propria cõgruentiaq; sibi ut Filio,ut Verbo Sapiẽtiæq; & Imagini substantiæ Patris prolocutus est,ea iste ad res conditas transmittit, eaq; promiscuè & Filio & creaturæ associat, Verbumq; quod est Patris sui Potentia, potentiam accipere sceleratus inducit,ut cõsequentiã habeant impia ipsius uerba, quum ait,Filium in filio ius filij adoptionemq; obtinuisse, & Verbum à uerbo potestatem mutuatum esse: neq; uult illum ut Filium ista de se pronunciasse, eumq; ut discentẽ & eruditione proficientem, cum alijs creaturis in ordinem cogit.Si enim ea de causa, quòd hæc uerba sua non essent, quæ referebat,sed quia Patris etiam erant opera quæ patrabat, in hunc sermonem prorupit,Ego in Patre,& Pater in me,quur est,quòd Dauid quum uerba facit,ita sermonem moderatur: Audiam, quid in me loquatur Dominus Deus:& Salomon quoq; itidẽ,Mei sermones dicti sunt à Deo: Et Moses uerba sua,ut à Deo accepta,subministrabat, singulisq; Prophetarũ non sua, sed quæ Dei erant,eloquebantur: Sanctisq; itidem, opera quæ faciebant,non sibi quasi propria ipsorum, sed Deo qui eam potestatem concesserat, uendicabant. Atque hinc est,q; Helias & Helizæus Deum inuocabant,ut mortuos suscitarent:& ex eadem ratione idem ad Naaman Syrum loquitur,quem purgarat à lepra,ut cognoscant Deum esse in Israel: ita & Samuel quoq; in diebus messis precatus est Deum,ut pluuiam largiretur:ita & Apostoli professi sunt,nõ suis se uiribus miracula,sed Domini gratia designare: colligiq; ex tot exemplis,cõmunem esse hanc uocem omnibus, ut quilibet possit dicere:Ego in Patre,& Pater in me:& non unum esse Filium Dei Verbum & Sapientiam,sed istam ex multis unum esse.Atqui,si res ita habuisset,nequaquam ita Dominus locutus fuisset,neq; oportuisset illum ad hunc modum uerba concipere:Ego in Patre,& Pater in me, sed potius, & ego quoque in Patre,& Pater quoque in me,ut nihil sibi proprium eximiumq; apud Patrẽ habere declararet,sed cõmunem cum omnibus gratiam possidere. Sed non ita est,ut illi arbitrantur,qui,quum non censent eum esse genuinum Filium, in Filium genuinum mendacia fingunt,cui soli competit illud dictum: Ego in Patre,& Pater in me.Est enim Filius in Patre,quatenus intelligere conceditur,eò quòd quicquid est Filius,id uniuersum sit propriũ substantiæ Patris:ueluti ex lumine,proradiationem:& fluuium,ex fonte,ut qui Filium uideat,id uideat quod est Patri suum ac propriũ,ac intelligat,q; Filius sit, eam

Ioan.14

Ioan.14

essentiam ex Patre esse, atq; ita eum in Patre existere. Estq; uice uersa Pater in Filio, eò quòd id, quod est Patri proprium ac suum, idipsum sit Filius, ut in radijs sol, mens in ratione, fons in flumine, atq; ita quis uidens Filium, uidet id quod propriũ est substantiæ Patris, & intelligit Patrem in Filio esse. Nam quum species Deitasq; Patris, essentia sit Filij, bene consequitur, ut Filius in Patre existere dicatur, & Pater in Filio. Ideoq; merito, quum antea dixisset: Ego & Pater unum sumus: subintulit ista, Ego in Patre, & Pater in me, ut identitatem Diuinitatis, unitate essentiæ demonstraret. Vnum enim sunt, non ueluti unum in duas partes diuisum, ut nihilo plus sint q̃ unũ, aut unum duobus nominibus geminatum, ut idem nunc Pater, nunc sui ipsius sit Filius. Id enim, quum Sabellius sentiret, hæreseos damnatus est: sed duo sint, eo quòd Pater, Pater sit, non Filius: & Filius uicissim Filius, & non Pater, sed tamen eadem natura: nihil enim dissimile inter genitum, & genitorem, quippe, qui sit eius Imago, & eo q̃ omnia Patris sint & Filij, ac proinde Filius non alius Deus est: non enim aliunde existere intelligitur, alioqui cõplures essent dij, si præter Deitatem Patris, aliam Deitatem excogitaremus. Nam, quanq̃ alius est Filius, quatenus est genitus: attamen idem existit, quatenus est Deus. Siquidem unum sunt Pater & Filius, suitate & proprietate naturæ & identitate unius Deitatis, ut modò dictum est. Quippe, quũ & ipsum iubar lumen sit, neq; diuersum à sole, neq; alia lux, neq; secundum participatum, sed proprie quiddam ex eo genitum. Iam quod ita genitum est, necessum est, ut sit cum gignente eadem lux. Neq; est ut quispiam ea dixerit duo lumina, duo tamẽ sunt sol & iubar, una tamen solis lux in ipso iubare ubiq; illuminans. Eadem ratione Filij Diuinitas, Patris est: unde & indiuisibilis est, atq; ita unus Deus, & non alius præter ipsum. Cum igitur ad eum modum unum sit, unaq; sit illis Deitas, eadem dicuntur de Filio, quæcunq; de Patre dicuntur, excepto, quòd Pater non appellatur: qualia sunt, Deus, ut Deus erat Verbum, ut omnipotens, ut hæc dicit, qui erat, qui est, & qui uenturus est, & Dominus, & unus dominus IESVS Christus, & q̃ lux sit, ut ego sum lux, & q̃ deleat peccata, ut uideatis, inquit, q̃ Filius hominis habeat potestatem in terra dimittendi peccata, & quæcunq; alia inueneris. Omnia enim (inquit ipse Filius) quæcunq; habet Pater, mea sunt, ac uice uersa, omnia mea tua sunt, & qui audit ea quæ sunt Patris de Filio dicta, is uidebit Patrem in Filio, & Filium in Patre, cùm ea quæ dicuntur de Filio, eadẽ quoq; dicantur de Patre. Qui autem, ea quæ sunt Patris, de Filio pronunciari possent, nisi quia Filius ipsius natus est? aut qui uicissim ea quæ sunt Filij, propria Patris fuerint, nisi quia Filius propria fœtura est & partus substantiæ Patris: Iam, quum substantiæ Patris proprium germen sit Filius, merito Filius, quæ sui Patris sunt, sibi addicit: unde rite & congrue post hoc uerbũ, Ego & Pater unum sumus, subintulit, ut cognoscatis & me in Patre esse, & Patrem in me: Huic dicto illud rursum adiũxit, Qui uidit me, uidit & Patrẽ meum: atque ita est ubique unus & idem intellectus in tribus istis sententijs. Qui enim eo modo cognitum habet, Patrem & Filium unum esse, ille quoque cognitum habet Patrem in Filio, & Filium in Patre esse: nam Filij Diuinitas Patris est, illaq; ipsa in Filio consistit, & qui illud cõprehendit, is quoq;

Ioan.10 Ioan.14 Luc.7 Luc.10 Ioan.10 Ioan.14

quoq; sibi persuasum habet, quòd qui uidit Filium, uiderit & Patrẽ, quippe, cũ in Filio sit & cõspiciat Patris Diuinitas, id ab exẽplo regiæ imaginis cõmodius intelligas: quando quidẽ in imagine, species regis et forma apparet, & in rege imaginis species: sine enim omni discrepantia, uultus regis in imagine expressus est, ut qui uidet imaginem, uideat in ea regẽ: & uicissim, qui regem intueatur, agnoscat illum ipsum eundem esse, qui in imagine repræsentatur. Cæterum, quia in ambobus nulla est dissimilitudo, si quis post cõspectam imaginem, uelit regem uidere, huic ad eum modum ita imago iure loqueretur: Ego & rex unum sumus: ego enim in illo sum, & ille in me: & quod in me animaduertis, id quoq; in eo animaduertas: & quod uideris in illo, uideris & in me. Qui igitur adorat imaginem, in illa adorat ipsum regẽ, quippe, cum ipsa imago nihil aliud sit, q̃ regis forma ac species. Quoniam autẽ Filius est Imago Patris, necessum est ut cogites Deitatem & proprietatem Patris, ipsam essentiam Filij constituere. Et hoc est, quod ait, Qui quum in forma Dei esset: Nec non & illud, Pater in me. Nõ aũt ex parte aliqua forma Deitatis conficitur, sed ex integra Deitate Patris, essentia Filij consurgit, & solidus Deus: ideoq;, quum par esset Deo, non rapinam arbitratus, esse se æqualem Deo. Ac ediuerso, quoniam Filij Deitas & species, nullius alterius est q̃ Patris, inde est illud, quod dixit, Ego in Patre. Ita Deus fuit in Christo, mundum sibi reconcilians: nam propria substantia Patris, Filius est, in quo creatura Deo reconciliabatur: ita fit, ut quæ operatur Filius, opera sint Patris: quippe, quum species Deitatis Paternæ, quæ author fuit talium operum, Filius existat: ita quoq; qui uidit Filiũ, uidit Patrẽ: In Paterna siquidem Deitate subsistit & conspicitur Filius: & eius Paterna species ostendit in ipso ipsius Patrem. Atq; ad istum modum existit Pater in Filio, & Patris in Filio proprietas & Diuinitas ostendit Filium existere in Patre, & semper indiuisibilem ab eo esse. Cæterum, qui audit & uidet ea quæ dicuntur de Patre, illa ipsa quoque de Filio dici: non ideo scilicet, quòd per donationem, aut participatum Paternæ substantiæ ista Filio superueniant, sed quia ipsa essentia Filij proprium sit germen Paternæ substantiæ, is recte intelliget, quod superius dictum est: Ego in Patre, & Pater in me: &, Ego & Pater unum sumus. Est enim Filius, qualis Pater, eò quòd omnia Patris habeat, ideoq; unà cum Patre cõsignificatur: nemo enim quenquam Patrem appellarit, cui nõ sit Filius. Qui igitur Deum, conditorem nominat, non omnino secundum superius dicta rem declarat: est enim etiam ante res conditas, conditor. Qui autem Patrem dicit, statim unà cum Patris uocabulo, Filij naturam significat. Ideoq;, qui in Filium credit, in patrem credit: In eum enim qui proprius est patris substantiæ, credit, atq; ita est una Fides in unum Deum: & qui adorat, & ueneratur Filium, in Filio adorat & ueneratur patrem: quando quidẽ una est Deitas, ac proinde una ueneratio, una adoratio in Filio, eaq; per Filium confertur in patrem: & qui ita adorat, unum Deum adorat: Vnus enim Deus est, & non est alius præter eum. Cum igitur solus pater dicitur Deus, uel quum unus Deus esse Deus pronunciatur, aut quum illud, Ego sum, & præter me non est Deus: aut quum istud, Ego sum primus, & post hæc futurus, recte illa omnia dicuntur. Vnus enim solus Deus & primus est. Neque

Philip. 2

Ioan. 14

Ioan. 10

Deut. 3

Apocal. 1

ea

ea ad demolitionem Filij referuntur, absit: est enim ille ipse in uno primo & solo, ut unius solius & primi unicum Verbum, Sapientia & Splendor. Est autem ipse & primus & plenitudo primæ & unicæ Deitatis, in totum interim ipse plenus ac integer Deus. Non igitur ea uerba ad illius abnegationē spectant, sed ad tollēdum, ne quispiam existimetur talis, qualis est Pater, aut quale Patris Verbum, ipsaq; Prophetæ sententia omnibus patet. Cæterum, quia impij & ista quoq; uerba abripiunt ad blasphemiam Domini, nobisq; conuitiose obijciunt, En, inquientes, quum unus, & solus, & primus appelletur Deus, qui fit, ut uos Christū Deū nominetis? Si enim esset alius Deus, non se solum, aut unicum Deum appellasset. Necessum est igitur, ut & horū uerborum intelligentiam recludamus, quatenus fas est, ut omnes inde cognoscant, Arianos nil nisi Dei perduelliones esse. Si igitur Filio certamen cū Patre & hostilitas: aut si eo modo, quo Dauidi de Adonia & Absolone renunciatum fuit, pater filium uicissim obtuetur: legantur & proferantur istiusmodi Arianorum uoces, ne si quādo dicat Filius seipsum Patrem, per defectionem nonnullos ad se à suo Patre abducat. Sin autem qui cognoscit Filium, melius inde cognouerit Patrem, cum ipse Filius Patrem manifestet, & prędicet, & in Verbo Patrem liquidius uisurus sit, quemadmodum dictum est: cumq; ueniens Filius, non seipsum, sed patrem glorificarit, ita uerba faci
Luc.18 ens ad eum qui ipsum conueniebat: Quid me bonū dicis? nemo bonus, nisi unus Deus: respondensq; item interroganti, Quod præceptum in lege ma-
Deut.16 ximum esset? ad istum modum loquutus sit: Audi Israel, Dominus qui est Deus tuus, solus est dominus: rursusq; turbis uerba faciens, Descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem patris, qui misit me: Ac
Ioan.16 discipulos instruens, Pater (inquit) meus maior me est: & qui me honorat, honorat eum qui misit me. Quòd si Filius talem se erga patrem exhibet, quid'nam inter illos inimicum aut contrarium, ut talem intellectum ex istis uerbis colligas? Quinimo, si Verbum est Filius patris, quis ita demens, exceptis Christi perduellibus, ut existimet deum ita hæc uerba de solo & unico Deo fecisse, ut Verbum criminaretur, ac tolleret? Non ea est sententia Christianorum, absit: quoniam non ob Filium ista sunt scripta, sed ad demolitionem falsorum, & ab hominibus fictorum numinum: dictiq; istius sententia recta & iusta ratione nititur. Quandoquidem, illi qui supplices sunt falsis numinibus, deficiunt à uero Deo, ideo Deus qui bonus est, & homi-
Deut.3 num curam gerit, reuocans istos palabundos errones, ait: Ego solus sum Deus, & præter me non est Deus, & quæcunq; sunt istius generis dicta, nihil aliud sibi uolunt, q̄ ea quę non sunt, uituperent, & ad deum conuertant: non aliter quàm si quis per diurnum tempus sole iam lucēte, lignum temere depingat, in quo ne imaginaria quidem species lucis appareat, asseratq; hoc lignum authorem esse diurni luminis: sol contrà, id uidens, occlamet: ego solus sum diurna lux, neq; est alia lux præter me, non respectu sui iubaris illud dixerit, sed ob ligneæ imaginis imposturam, & dissimilitudinem uanissimę
Deut.3 apparentiæ. Eadem ratione dictū est: Ego sum Deus, & non est alius præter me, ut à falsis numinibus homines abduceret, quo deinceps condiscant ipsum esse uerum Deum. Certe Deus hæc loquens, per Verbum suum loquutus

quutus est,nisi & hoc quoq; adijciant nostri temporis Iudæi, eum non per Verbum suum loquutum fuisse.Imo sic dictum est, quantumcũq; etiam insaniant diabolici isti:factum est enim uerbum ad Prophetam, istaq; ipsa auditu ab illis percipiebantur. Iam si per eum sermo ille fiebat, & per eum illa ipsa dicebantur,nec est inter ea quæ dicuntur aut fiunt à deo, quod non in Verbo & dicatur & fiat:sequitur igitur,ut Prophetæ illi, eorum uerborum authores non fuerint,ô Christi perduelles,sed per alium, eumq; prorsus ab ipsis diuersum,eos sermones habitos fuisse. Nam pro similitudine superiore,si sol ea loqueretur quæ superius finximus, ideo haud dubie loqueretur, non ut à se suum iubar segregaret,sed ut in iubare lucem suam declarans,refelleret errores.Non igitur ad demolitionem Filij,neq; propter eum istiusmodi uerba pronunciata sunt,sed ad ignominiam refutationemq; mendacij. Ab initio siquidem non talia uerba ad Adamum protulit, quanq; tum Verbum apud ipsum erat per quod omnia fiebant: nec mirũ, quum per id temporis nulla idola colerentur:uerum,cum iam homines contra ueritatem insurrexerant, sibiq; pro libidine deos instituebant, tum demum istiusmodi uerbis opus fuit, quo falsa numina tollerentur. Quin et ego hoc libens addidero,istiusmodi uerba ob Christomastygas iam tum antea prædicta fuisse,ut cognoscerent eum Deum esse,quem alienum extraneumq; à Patris substantia, nec uerum Deum, nec unius & primi Imaginem aut Filium esse uolunt.Quapropter,quũ Pater solus Deus & uerus appellatur, non ad exauctorationẽ eius appellatur qui dicit,Ego sum ueritas, sed ad demolitionem eorum qui ex natura tales non sunt,qualis est Pater & Patris Verbum, neq; ueri dij sunt.Ita enim illi in more est,in mentione alterutrius se cum patre coniungere:quale est quum dicit:Et quem misisti IESVM Christum, qui si creatura esset,nõ ita coaptasset se aut cõnumerasset cũ suo creatore. Quæ enim cõmunio aut societas uero & non uero: Nunc autẽ,qui se coaptat patri,ostendit se naturæ patris esse, deditq; nobis, ut illũ cognosceremus esse ueri Dei uerum germen.Id ipsum quoq; in epistola sua diserte expresit: Et sumus in uero Filio eius IESV Christo,hic est ille uerus Deus, & uita æterna.Iam quum Propheta dicat de creatione mundi, Qui solus extendit cœlos:& quum ipse Deus ita de se uerba faciat,Ego solus extendi cœlum, cuiuis liquet ac in manifesto est,sub hoc uocabulo unius,unũ quoq; eius Verbũ intelligi,in quo omnia sunt facta,& sine quo factum est nihil. Quocirca, si illa omnia per Verbum facta sunt,nimirum in hoc dicto:ego solus extendi cœlos,Filiusq; intelligitur per quem etiam cœlum sit cõditum:Ita quoq; cum dicitur, Vnus Deus:&, Ego solus:&,Ego primus,in uno,solo, & primo consignificatur,& cointelligitur Verbum ipsius: ita ut sub nomine lucis,radij quoque lucis subaudiũtur. Cæterum,ista subintellectio nusq; locũ habet, nisi in solo Verbo, eò quòd reliqua ex nihilo emerserint conditore Filio:qua in re immensum discrimen, quum Filius sit ex substantia patris, eiusq; uerissima proles. Quocirca sententia ea quam pro hæresi sua adferũt stulti,dum allegant,Ego primus,&c.illa potissimũ eorum uesaniam redarguit:Ego(inquit Deus)sum primus, & postea.Si igitur Filius quasi connumerandus cũ posterioribus se,primus dicitur,ut illa ab eo proxima sequentisq; Iob.9

tisq; ordinis habeantur, erit ipse nimirum pro uestra sententia creatura, & tantummodo tempore prior, atqui illud omnem impietatē transcendit: contrà, si uerba ea, Ego sum primus, reliquaq; istiusmodi eò diriguntur, ut declaretur, eum non ex aliquo esse, neq; aliquem ante illum extitisse, sed ipsum esse primordium, & causam omnium, & ut subuerterentur ethnicorum fabulæ, certum est, quum Filius appellatur primogenitus, non ideo appellari primogenitum, quòd unus sit è numero creaturarum, sed ad declarationem ipsum esse architectum rerum omnium, quiq; ius filiorum, adoptionemq; cæteris conciliauit. Nam quemadmodū Pater primus est, sic & ipse quoq; primus est, utpote Imago primi, & in quo qui primus est, consistit, & germen ex Patre, & in quo omnis creatura creatur, & ius filiorū, adoptionemq; nanciscitur. Verum, contra ista rursus obnituntur suis cōmentitijs fabulis, dum aiunt, non ea ratione Patrem, & Filium unum esse, aut ea similitudine coniunctos, quam Ecclesia agnoscit, sed eo duntaxat modo, quem ipsi adferunt. Aiunt enim, quandoquidem ea quæ uult Pater, uult et Filius, neq; cogitationibus eius, neq; iudicijs refragatur, sed ubiq; cum eo consentit: & quia ijsdē dogmatibus imbuitur, rationesq; illius cohærent cum Patris doctrina, ideo ipse & pater unum sunt. Certe, ista nonnulli ex eorum grege non solum dicere, sed scriptis quoq; committere ausi sunt, quo quid improbius aut importunius? Si enim ea ratione idem habendi sunt pater & filius, atque eo pacto Verbum patri simile existimatur, nimirum necesse est & Angelos, aliaq; nobis excellentiora, principatus, potestates, thronos, dominationes, cæteraq; quæ in cœlo apparent, solem, lunam, stellas, ita filios habenda esse, ut Christus est Filius, ac de illis quoq; hoc dictum pronunciari, & ipsa & patrem, unum esse, & unumquodque eorum & Imaginem Dei & Verbum esse, cū ea quæ uelit Deus, & ipsa quoq; uelint: cum neq; in iudicijs, neq; in placitis quicquam differant aut dissentiant, sed in omnibus se obsequentia præstent creatori suo. Non enim in sua gloria permanerent, nisi quæ pater uult, & ipsa uellent. Siquidem ille, qui non mansit, sed diuersi animi & factionis fuit, audiuit, Quomodo cecidisti è cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Qui ergo fit, ut cum ista istiusmodi sint, solus tamen Filius unigenitus & Verbum & Sapiētia appelletur: aut cur, cum tot sint similia patri, solus hic sit Imago? cū etiam hac ratione complures inter homines patri similes reperiuntur. Multi enim Martyres extitere, & ante Martyres Apostoli, & Prophetæ, & ante Apostolos & Prophetas, Patriarchæ, plurimiq; etiamnum sunt, qui seruant præcepta patris, misericordes uidelicet, qualis est pater cœlestis, & qui hoc ipsum moribus præstant, Estote imitatores Dei, ut Filij dilecti, & ambulate in dilectione sicuti Christus dilexit uos: nec pauci sunt qui se præbent imitatores Pauli eodem modo, quo ille fuit Christi: quorum nemo tamen neque Verbum, neq; Sapientia, neq; unigenitus Filius, neque Imago fuerit. Neq;
Ioan.10 quisq; eorum ausus est dicere, Ego & pater unum sumus: aut, Ego in patre,
Ioan.14 & pater in me: sed ab omnibus dicitur, Quis similis tibi inter deos Domi-
Mich.7 ne? aut quis æquabitur Domino inter filios Dei? Nam quominus ille solus sit Imago uera & genuinus patris sui, nihil inde obstaculi nascitur, quòd & nos ad imaginē Dei creati recitemur, & quòd gloria & imago Dei, nuncupati

cupati ſumus, cum id non ex noſtra indole fiat, ſed ob Imaginem Dei, & ueram eius gloriam in nobis habitantem, quæ quidem ipſa eſt Ratio ſiue Verbum Dei, quod noſtri gratia poſtmodum caro factum eſt: inde enim datum eſt, ut hoc nomine dignati ſimus. Cum igitur tam indecora & abſurda ſit eorum ſentẽtia, neceſſum eſt ſimilitudinem hanc & unitatem ſolummodo ad naturam Filij referri: Nam ſi ita hæc uerba non tractes, nihil quicquam ſupra conditionem creaturarũ habebit Filius, neq; Patri ſuo, ſed dogmatibus patris ſimilis erit: patriſq; diſſimilis, eo quòd pater, pater ſit, dogmata uero prȩcepta patris ſint. Si igitur, quantum ad dogmata & doctrinã, ſimilis eſt patri filius, pater ergo pro eorũ opinione nomine dũtaxat pater erit, neq; Filius fuerit undiquaq; indifferẽs Imago patris, imo prorſus nihil proprium cum patre, nullã omnino ſimilitudinẽ habebit. Quid enim ſimilitudinis aut proprietatis mutabili cũ patre? Atqui Paulus ſimilia cũ Chriſto docens, non eſt, quantũ ad ſubſtãtiam attinet, Chriſto ſimilis. Iſti igitur qui talia ſentiunt, mentiuntur: Filius aũt & pater ea ratione unum ſunt, qua antea declarauimus, atq; ita ſimilis eſt patri, & ex patre, & ut ad patrẽ comparatus Filius, mutuo relatu inde ſpectetur & agnoſcatur, nõ aliter q; ſplendor ad rationem ſolis æſtimatus: ac proinde cum res ita ſe habeat, operante Filio, pater operari intelligitur, & ueniente Filio ad Sanctos, pater is eſt, qui in Filio uenit, quemadmodũ ipſe in ſuis promiſsis oſtendit: Veniemus ego & pater meus, & manſionem apud eum faciemus, quoniã in Imagine conſpicitur pater, & in Splendore Lux conſiſtit, atq; ideo dante patre gratiã & pacem, eandem ipſam Filius eſt qui donat: ut Paulus ſubindicat in epiſtolis, Gratia (inquiens) uobis & pax à Deo patre noſtro, & IESV Chriſto. Rom. 1
Vna enim atq; eadem gratia eſt patris in Filio, ſicuti una lux eſt ſolis in iubare, cum illuminandi uis à ſole per radios proficiſcatur. Idem rurſus bene precatus Theſſalonicẽſibus, Ipſe aũt, inquit, Deus & pater noſter, et Dominus IESVS Chriſtus dirigat uiã noſtrã ad uos: ubi unitatẽ patris & Filij cõſeruauit. Nõ enim dixit, dirigant, quaſi à duobus id donareẽ, duplexq; gratia eſſet, ſed dirigat (inquit) ut oſtẽderet patrem per Filium eam gratiam dilargiri: Fieret omnino, ut hinc impij erubeſcerẽt, niſi obſtaret frontis uoluntatiſq; contumacia. Nam ſi unitas non eſſet, nec proprius ſubſtantiæ paternæ partus eſſet, ut iubar ſolis, ſed diſcreparet natura à patre, ſufficeret patrẽ iſta ſolum dare, nulla ex creaturis in ratione dandi in ſocietatẽ admiſſa: nũc ipſe donandi modus clare demonſtrat unitatem patris & Filij: Nunquam enim quiſpiam precaretur accipere à Deo, & ab Angelis, aut ab ullis rebus creatis. Neq; quiſquam hanc uerborũ formam concepit, Det tibi Deus & Angelus, ſed contrà, à Patre & Filio propter unitatem, uniformemq; rationem dandi. Siquidem per Filium dantur ea quæ in dationem ueniunt: Nihil autem eſt omnium, quod non per Filium efficiat pater: ita enim qui accipit, tutam & certã gratiam adipiſcitur. Iam ſi Iacob in benedicendis nepotibus Effraim & Manaſſe ad iſtum modũ locutus eſt: Deus qui aluit me à pueritia mea uſq; in hũc diem, Angelus qui liberauit me ex omnibus malis, benedicat pueros iſtos: non tunc aliquem Angelorum creatorũ, & qui natura Angeli erant, in unum copulauit cum creatore Deo, neq; omiſſo nu

tritiò ſuo Deo, ab Angelo benedictionem ſuis nepotibus poſtulauit: ſed quia diſertè locutus eſt de Angelo qui illũ ab omnibus malis liberauerat, ſatis præ ſe tulit, non ex creatitijs Angelis aliquem, ſed Filium fuiſſe Patris, quem Patri in ſuis precibus conſociauit, per quem Deus liberat quos uult. Hunc enim magni conſilij Patris Angelum nouerat, nec aliũ, niſi illũ ipſum qui benedicit & liberat ex malis, ſuis uerbis expreſſit. Non enim ille ſibi à deo, nepotibus aũt ab Angelo benedictionẽ dari uoluiſſet, ſed eundẽ illum quem interpellabat, Non dimittam te (inquiens) niſi benedixeris mihi. Is e-
Gen.33 nim erat Deus, ut uerba Iacobi clare teſtantur: Vidi Deum facie ad faciem, illum ipſum (inq̃ꝫ) precatus eſt, ut nepotibus benediceret. Angeli ẽm proprium eſt, Dei mandatis inſeruire, ac proinde aliquando progreditur, ut eij ciat Amorrhæos: aliquando amandatur ut tueatur populũ in itinere. Cæterum, illud ipſum quod fit, non eſt opus eius, ſed Dei, qui imperat & emittit eum: eiuſdem quoq; eſt, ut liberet quos uoluit liberari. Non igitur alius, q̃ ipſe Dominus Deus fuerit, qui ei apparens ita locutus eſt: Ecce ego tecũ ſum, conſeruans te in uia, quacunq; ieris, & non alius. Idem denuo apparẽs repreſsit inſidias Laban, interdicens Labani, ne cum Iacobo uerbis aſperioribus ageret: neq; Iacob quenq̃ præter Deũ inuocabat: Eripe me (inquiens) Domine è manibus fratris mei Eſau: Idem cum uxoribus uerba conſerens, locutus eſt: Non datũ eſt Labani à Deo, ut malefaceret. Dauid quoq;
Pſal.119 nullũ alium, quàm deũ pro ſui liberatione inuocabat: Ad te Domine in tri-
Pſal.119 bulatione mea clamaui, & exaudiſti me: Domine libera animã meam à labijs iniquis & à lingua doloſa. Huic quoq; hoc beneficium acceptũ ferens,
Pſal.17 loquutus eſt uerba odæ ſuę in decimoſeptimo Pſalmo, In die qua liberauit eum Dominus ex manibus omnium inimicorum ſuorum, & è manibus Saul. Et dixit, Diligã te domine fortitudo mea & corroboratio mea, & re-
2.Tim.4 fugiũ meum, & liberator meus. Poſtremo Paulus, Dominus me ex omnibus liberauit, & liberaturus eſt, in quem ſperauimus. Porro, non alius fuit q̃ Deus, qui benedixit Abraham, & Iſaac, & Iacob. Iſaac quoq; Iacobo in hæc uerba bene precatus eſt: Deus meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te, & eris in cœtus populorum, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris mei. Vides non alterius q̃ Dei eſſe benedicere aut liberare: Neq; alius fuit, qui liberauit Iacob, q̃ Dominus: liberatorẽ aũt Patriarcha inuocabat ſuper nepotibus ſuis. Clarũ igitur eſt Patriarchã nõ alium in ſuis precibus copulaſſe cũ Deo, quàm hoc Verbũ, quod Angelum ideo nominauit, quia ſolus is eſt, qui Patrẽ reuelat, quod etiã ab Apoſtolo factitatũ eſt, cum
Rom.1 inquit, Gratia uobis & pax à Deo Patre noſtro & IESV Chriſto: ita enim certa & firma efficitur benedictio, ob indiuiſibilitatẽ Filij cũ Patre: & quia una eadẽq̃ꝫ gratia eſt, quæ donatur, & ſiue Pater det, per Filiũ datur hoc ipſum quod datur: ſiue rurſum Filius muneretur, pater tñ eſt, qui per Filiũ, &
2.Cor.2 in Filio hoc ipſum munus prę̃ſtat. Gratias ago, inquit Apoſtolus ad Corinthios ſcribẽs, Deo meo undiquaq; ueſtro nomine ſuper gratia Dei, quæ data eſt uobis in Chriſto IESV. Illud ipſum quoq; in luce & proradiatione lucis cõſpexeris. Siquidẽ, quod illuſtrat lux, hoc ipſum quoq; irradiat iubar, illuſtratio aũt qua irradiat iubar, ex luce proficiſcitur: Ita quoq; conſpecto

Filio

Filio conſpicitur Pater: Filius enim Patris iubar eſt, atq; ea ratione Pater & Filius unum ſunt. Cæterũ, tale quid de rebus creatis haudquaq; dixeris: nõ enim operãte Patre operatur aliquis Angelorum, aut quiſq; alius ex rebus creatis: Nec mirum, quũ nihil iſtorum agendi uim cauſamq; poſſideat: ſed ipſi potius ſint, qui conduntur, maxime quia ſegregati ſunt, diſſidentq; ab eo qui ſolus natura eſt & exiſtit: tum quia ipſi ex genere operũ ſunt, ac proinde operari nequeant quæ Deus operatur. Nam quanq; omnia operari uidentur, non tamen donante Deo, ſimul cum eo condonare: aut conſpecto Angelo, quiſpiam dixerit ſe Deum conſpexiſſe. Angeli enim (quemadmodum ſcriptum eſt) adminiſtratorij ſunt ſpiritus, qui ad negocia obeunda emittuntur, & Patris donationes per Filium elargitas, renũciant illis qui accipiunt. Quin & ipſe Angelus uiſus conſpectusq;, ſe mitti à domino confitetur, quemadmodũ & apud Zachariam, & apud Deiparam confeſſus eſt Gabriel. Et qui Angelum uiderat, nouerat quid uiderat, eumq; Angelum eſſe intellexit, & non Deum. Nam & Zacharias Angelum uidit: Eſaias aũt Dominum, Manue rurſus Angelum, & Moſes dominum: Gedeoni rurſus Angelus, & Abrahæ Deus apparuit, necq; tamen is qui deum uidit, Angelum uiderat: necq; qui Angelũ uidit, deum ſe conſpexiſſe arbitratus eſt. Plurimũ ſiquidem, imo potius in uniuerſum naturis diſſidẽt res creatitiæ cum creatore ſuo deo. Quòd ſi aũt miſſo aut cõſpecto Angelo, is qui hoc uidit, Dei uocem audierit: quemadmodũ in rubo euenit: ſiquidem ibi Angelus dei è rubo cõſpectus eſt, & uocauit dominus Moſen è rubo his uerbis: Ego ſum deus patris tui Abrahæ, Iſaac, & Iacob, non tamen ob id Angelus ille erat deus eorum, ſed in Angelo loquebatur Deus: & is quidem qui ſentiebatur oculis, Angelus erat: deus aũt in ipſo loquebatur. Nam quemadmodum in columna nubis uerba ad Moſen in tabernaculo faciebat, ita quoq; in Angelis apparens, per Angelum loquebatur. Cæterum, ea quæ loquitur deus, manifeſtum eſt eum loqui per Verbum ſuum, & non per alium. Verbum aũt, utpote non ſegregatum à Patre, necq; diſſimile, necq; alienum, quæ cunq; ab eo opera fiunt, ea quoq; opera Patris æſtimanda ſunt, idemq; amborum opificium: & quæ dat Filius, Patris donatio eſt: & qui Filium uidit, nequaq; Angelũ, aut aliquid quod maius eſt Angelis, aut ullã deniq; creaturam, ſed ipſum Patrẽ uidit: & qui Verbum audit, cognitum habet ſe Patrem audiſſe: quemadmodum qui à iubare irradiatur, certum habet, ſe à ſole illuminari. Hocq; ita à nobis intelligi uolens, Sacra ſcriptura iſtiuſmodi exempla in mediũ produxit, quibus & proditores Iudæos pudefacere, & Græcorum calumnias refellere poſſumus, qui dicunt, & ſimul arbitrantur, nos, quia Trinitatẽ agnoſcimus, plures deos agnoſcere. Non enim, quemadmodum exemplo ſupradicto ſimilitudineq; oſtẽditur, tria principia aut tres patres introducimus, ſicuti Marcioniſtæ, cum non tres ſoles ad comparationem adducamus, ſed unicũ ſolem eiusq; ſplendorem, unicamq; ex amborum lucem: ita unum principium agnoſcimus, cõditoremq; dicimus nõ alium modũ quàm unius numinis rationẽ habere, eo quòd ex ipſo ſoboles nata ſit. Iuſtius ergo Ariani de multis, ſiue de nullis numinibus crimen ſuſtinuerint, quippe, qui Filium aliunde quàm ex Patre profatũ, & creaturã ue- Exod. 3

lint:& Spiritum Sanctū,quum non esset, ad essentiā peruenisse deblaterēt. Si enim Verbum aut Deum esse negent, aut ob Scripturas lingua dūtaxat profiteantur,sed tamen non propriū quiddam esse ex substantia Patris concedent,fieri non potest,quin plura numina introducant, ob diuersitatē naturarum,quas in personis Trinitatis constituunt: Nisi scilicet,quemadmodum ex participatu cætera quoque omnia numina appellantur, ita quoq; Verbum non uereantur numen facere. Quod si statuant,maiori adhuc impietate laborauerint,quum unum ex uulgo & promiscuo grege Verbū esse opinētur. Sed absit,ut unq; huiusmodi cogitatio alicui ex nostris in mentem ueniat. Vna enim forma Deitatis,quæ est etiā in Verbo: & unus Deus Pater in seipso,ut tamen in omnibus sit: & in Filio appareat, & ex Filio agnoscibilis deprehensilis'que sit: nihilo tamen minus per omnia penetret, idemq; ita in Spiritu Sancto cōsistat, ut tamē in omnibus per Verbū in Spiritu operetur & agat. Atq; ita unum per Trinitatē confitemur Deum,multoq; pientius loquimur, quàm si hæreticorū multiformem, multifariamq; Deitatem reciperemus, eò quòd unam simplicemq; in Trinitate Diuinitatem sentiamus. Nam,si tale Verbum nō est,sed ex non ente,ens euasit, creaturaq; facta est, & opus quoddam existat: relinquitur, ut uel non sit uerus deus,quum sit ex numero creaturarū: aut si pudore cōfusioneq; fracti à Sacris scripturis,deum illum uerum esse confiteantur,necessario fit, ut duo simul numina agnoscant,alterum creatorem,alterum creatum:duobusq; dominis inseruiant, alteri ingenito,alteri genito & creato, & ut duas fides habeant,unam in uerum deum,alteram in conditicium & fictum ab ipsis, quē ipsi deum uocant. Necessum est quoq; eos ita obcæcatos, cum adorant increatum,depugnare cum creato: & cum addunt se creaturæ,auersari creatorem. Non enim fieri potest, ob eam quæ in ipsis est naturarum diuersitatē, & dissimiles in agendo uires,ut hunc in illo,aut illum in hoc agnoscas & uideas. Quapropter,cum Ariani eiusmodi sententiæ sint, uitari omnino non potest, quin plura numina consocient: Id enim facinus eorum, qui ab uno deo desciscunt. Cur igitur Ariani cùm hoc sensu sint, sese non adnumerant gentilibus? siquidem ambo,omisso creatore deo,creaturæ inseruiant. Sed illi,ad circūueniendos simpliciores, uocabulum ethnicorum subterfugiūt: similem tamen cum illis sententiam fouent. Etenim sophisma illud quod soliti sunt dicere(Non proferimus duo ἀγένητα)id deprehendūtur ad simpliciorum impostura dicere. Nam quum inquiunt se non duo ἀγένητα statuere,duo numina constituunt,eaq; diuersæ naturæ: alterum increatum, alterum creatum. Iam si Ethnici uni increato inseruiunt & multis creatis:isti aūt uni increato & alteri creato, ne ita quidem quicq; discriminis inter ipsos & Ethnicos fuerit,quum is qui ab ipsis creatus censetur, unus sit ex multitudine gentilium deorum: & uicissim gentiles dij eandem cum isto unico naturam possideāt, itidēq; sint creaturæ miseri, & cū maximo damno mulctati, dum de Christo male sentiunt: Exciderunt enim à ueritate, & Iudæorum proditionem transcēdunt,abnegantes Christum,& cum ethnicis uolutantur,creaturis diuersisq; numinibus inseruiētes. Vnus enim est deus, & non plures:& unum istius Verbum, & non plura. Nam deus est Verbum, solumq;

lumq; illud habet Patriam formam, quod ipsum cùm esset Saluator noster, confudit Iudæos, dicens, Pater qui misit me, ille testimonium dedit de me, Ioan.5
neq; uocem eius unquam audiuistis, neq; formam conspexistis, neq; Verbum eius habetis in uobis permanẽs, quoniam ei, quem misit ille, fidẽ non habetis. Pulchre hic Verbum cõiunxit formæ, ut palàm faceret, se esse Verbum Dei, & Imaginem, & Characterẽ, & Speciem sui Patris, Iudæosq; qui loquentem non receperant, non recepisse Verbum, quod est Forma Dei. Hoc cum Patriarcha Iacob uidisset, benedictionem meruit, & pro Iacobo Israel appellatus est ab eo, quemadmodũ Sacra scriptura testatur. Sol autẽ illi exoriebatur, cum transiret Species Dei. Hoc aũt erat quod dicebat, qui uidit me, uidit & Patrem meum: &, Ego in Patre, & Pater in me est: &, Ego & Pater unum sumus: ita enim unus est Deus, & una in Patrẽ & Filium Fides: & quia Verbum est Deus, fit ut & Dominus & Deus noster sit, quandoquidem unius proprius est & indiuisibilis Filius, idq; secũdum proprietatem & peculiaritatem substantiæ. Sed ne ita quidem ad pudorem cogun tur Ariani, quibus hæc uerba in ore sunt: Non ut uos dicitis, sed ut nos uolumus: inuenimus enim interea aliquid noui, quod dicamus, ex quo priores nostras sententias subuertistis. Ita enim Patrem & Filium unum esse dicimus, & ita Patrem in Filio esse, & Filiũ in Patre, sicut & nos in illo esse possumus. Hoc enim in Euangelio Ioannis Christus de nobis dignatus est loqui: Pater Sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum, Ioan.17
quemadmodũ & nos. Et paulo post, Non pro illis rogo tantum, sed etiam Ioan.17
pro his, qui credũt per Verbum eorum in me, ut omnes unum sint, quemadmodũ tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum fiant, ut mundus credat te me misisse: & ego gloriam, quã dedisti mihi, dedi eis, ut unũ sint, quemadmodũ & nos unum sumus, ego in illis, & tu in me, ut sint perfecti in unum, ut cognoscat mundus, quòd me miseris. Imo, ut inuenirent cauillationem dolosi, ista adiecerunt: si, quemadmodũ nos in Patre unum sumus: ita ipse & Pater unum sunt, & ita in Patre ille ipse existit: qui fit ut ex istis uerbis, Ego & Pater unũ sumus: &, Ego in Patre, & Pater in me: pro- Ioan.10
prium & similẽ substantiæ Paternæ eum esse colligatis? Necesse siquidem Ioan.14
est, & nos quiddam proprium substantiæ Patris esse, aut illum ita esse alienum ab ea re, quemadmodũ & nos alieni sumus. Istiusmodi illi per deliriũ garriunt. Ego autẽ in illorũ peruersitate animi nihil uideo, nisi irrationabilem improbitatẽ & diabolicam uecordiam, ac par est, ut & ipsi pro diaboli more loquantur, Adscendamus in cœlũ, & similes erimus Altissimo: quippe, qui ea quę pro munere & gratia donantur hominibus, paria uelint esse cum donatrice Diuinitate. Audientes siquidẽ homines appellari filios dei, arbitrati sunt se pares esse, æquales q; uero & naturali Filio Dei. Iidem rursum audiẽtes ex Saluatore, ut sint unum, quemadmodũ & nos, sumpta per errorem nimia ferocitate, existimant sese ita futuros, ut Filius est in Patre, & Pater in Filio, nihil interim uidentes, ex istiusmodi opinatione ruinam patris sui diaboli esse cõciliatam. Si enim (ut sæpiùs iam dixi) idem Verbũ est in nobis, quod est in Deo, neq; id ullã prẽter quàm ex modulo tẽporis differentiã habet, esto, sit simile Verbum Dei nobis, & eundẽ locum nobiscũ

apud Patrem possideat,neq; unigenitũ,neq; solũ Verbũ aut Sapientia Patris appelletur,sed sit illud nomen omnibus nobis,qui illi similes sumus,ex æquo cõmune: Æquum enim est,ut quibus una natura, illis quoq; cõmune sit uocabulum,etiamsi temporibus à se inuicem discrepent: homo enim Adam,homo & Paulus,homo etiam is qui iam nascitur,neq; interualla tẽporum generis naturam immutant: Si igitur Verbum tempore duntaxat à nobis differt,æquum erat & nos tales esse,qualis est ille. Atqui, neq; nos Verbum,aut Sapientia:neq; ille creatura, aut opus existimari potest: alioqui,cur omnes ex uno sumus,cum tamen ille solus sit Verbum? Cæterum, si illis decorum est talia audire, nobis tamen q̃q; maxime indecorum est, uel semel de illorũ blasphemijs cogitare. Quòd si huiusmodi dicta minime curiose excuti oportuit,quum se oculis ultro ingerat tam clara & pia sentẽtia, & tam recta Fides:tamen ut etiam hic declarentur impij esse:age cõpendio, ut à Patribus didicimus, ex ipso dicto, illorum in opinando diuersitatẽ refutemus. Mos est Diuinæ scripturæ, res naturales hominibus in similitudinem & exempla proponere:id aũt facit,ut ex illis naturalibus,motus hominum qui ultro uoluntate suscipiuntur,manifestius appareant: eorumq; mores,uel mali,uel iusti,magis in conspicuo sint. In malis quidem moribus, ut cum dicit:ne sitis sicuti equus & mulus, in quibus non est intellectus: aut cum eos incusat, qui tales facti sunt:Homo(inquiens) quum esset in honore,non intellexit:comparatus est iumentis nullo intellectu præditis,& similis factus est illis: aut rursum, equi salaces facti sunt. Saluator quoq; Herodem, qualis esset, declarans, ad istum modum locutus est: Dicite uulpi illi. Discipulos itẽ his uerbis admonuit: Ecce emitto uos,ut oues,in medio luMatth.10 porũ:sitis igitur prudentes ut serpentes,& simplices sicuti columbæ. Quæ quidem uerba ideo locutus est,non ut naturaliter iumenta efficeremur,aut serpentes,& columbæ: non enim tales ipse nos condidit, ac proinde nihil tale ipsa natura recipit: sed ut nos luporum quidem impetus affectusq; irrationales defugeremus,serpentis autẽ prudentiam animaduertentes,non sineremus nos fraudibus circũueniri:& ex columba mansuetudinem mutuaremur. Ex rebus aũt Diuinis similitudines uicissim hominibus decerpens,
Matth.7 Saluator ait:Sitis misericordes ut Pater uester cœlestis misericors est. Et,eritis perfecti ut Pater uester cœlestis perfectus est. Dixit illud, non, ut essemus tale aliquid,quale Pater est,quod fieri nequit,quum creaturę simus,& è nihilo conditi,sed quemadmodũ, ne iumenta efficeremur, sub his uerbis interdixit:Nolite fieri sicut equus & mulus,ne eorũ irrationabilitatẽ æmularemur:ita et hoc quoq;,nõ ut essemus,qualis Deus est,prolocutus est,Sitis misericordes ut Pater uester:sed ut respectu beneficiorũ eius, quæcunq; bona facimus, non propter homines, sed propter illum faciamus, ab eo,& non ab hominibus mercedem captantes:& ut nos,quamuis ipse solus sit Filius naturalis & uerus,& unigenitus,filij quoq; efficiamur,non quidem ut ille, naturales & ueri: sed per gratiam eius qui nos uocat: & ut nos quanquam homines terreni sumus,Dei tamẽ appellatione cohonestemur: non, quòd tales simus, qualis uerus Deus aut illius Verbum: sed pro ea ratione & modo,quo uoluit is qui hoc largitus est, Deus: itidem quoq;, ut Deus,

misseri-

misericordes efficeremur,nõ adæquati Deo: neq; naturales aut ueri benefactores redditi: non enim ex nostris rebus est, quod benefacimus, sed ex Dei,ut quæ per gratiam Dei ad nos perueniãt, ea & nos alijs impertiamur sine curiositate delectus,sed simpliciter studio benefaciendi in omnes porrecto: Hac enim ratione saltem aliquo modo eius imitatores effici poterimus,& non aliter,quatenus ea quæ à Deo sunt,inuicem in nos mutuo subministremus. Vt igitur bene & recte eo sensu hæc uerba intelliguntur, ita quoq; in uerbis Ioannis similis intellectus constituendus est, & non prout Filius est in Patre,ita & nos simus. Qui enim, aut unde id fieri poterit, cum ipse sit Verbum & Sapientia Dei, nos autẽ terreni: ipse natura & essentia Verbũ,& uerus deus? ita enim loquitur Ioannes: Scimus uenisse Dei Filiũ, & dedisse nobis intellectum, ut cognoscceremus uerum Deum, & sumus in uero,nimirũ in Filio eius IESV Christo. Hic est uerus Deus & uita æterna: nos contrà,non natura, sed adoptione & gratia filij reddamur per eum, idq; participatu ipsius Spiritus: quotquot enim (inquit) receperunt eum, dedit illis,qui crediderunt in nomine ipsius, potestatem ut efficerentur filij Dei. Quapropter ille quidẽ est ueritas, quæ ita loquitur, Ego sum Veritas: ideoq; quum Patrẽ suum alloqueretur,dixit, Sanctifica eos in ueritate tua: tuus sermo ueritas est. Nos aũt contrà, per imitationem uirtute imbuimur, & reddimur filij. Non igitur ut nos essemus,qualis ipse,dictum est ab eo,ut unum sint,quemadmodũ & nos sumus: sed ut quemadmodum ille, utpote Verbũ in Patre suo est,ita quoq; & nos aliqua similitudine & rudi formula,dum in eum respicimus, efficeremur unum, una inter nos & mutua concordia animi & spiritus unitate: nec dissentiamus ut Corinthij,sed ita cõcordes simus,ut quinq; illa milia in Actibus Apostolorum,qui quasi unus homo censeri poterant. Vt enim filij,non aũt ut ille Filius,& ut dij, non aũt ut ille ipse Deus, & misericordes, ueluti Pater,non ut Pater,sed ita unum sitis quemadmodũ Pater & Filius,non, quòd futuri simus ita ut Pater naturaliter est in Filio,aut Filius in Patre: sed pro nostra natura & quatenus fieri potest,ut inde formulam similitudinemq; mutuemur,discamusq; nos oportere unum esse, ea ratione quam in miserendo paulo antè didicimus. Similia enim cum similibus naturalem quandam coniunctionem & coadunitionẽ habere solent: siquidem omnis caro secundum suum genus in unum conciliatur. Nobis quidem igitur dissimile est Verbum, quod tamen simile est suo Patri. Quapropter, illud quidem natura & ex uero unum est cum suo Patre: nos aũt inuicem inter nos cognati, & ex uno omnes progeniti, & una omnium hominum natura, unum inter nos affectu & animo efficimur, habentes pro archetypo exemplari Filij cum Patre naturalem unitatem. Vt enim mansuetudinem de se docuit his uerbis: Discite à me quòd mitis sum, & humilis corde: non quidem ut coæquemur illi, quum hoc sit impossibile: sed ut in eum respicientes, mansueti perseueremus in omni tempore, ita etiam isthic uolens nos uero & firmo,& indissolubili inuicem affectu cõciliatos esse,ex sese mutuatus est exemplum, & dicit: Vt sint unum quemadmodum & nos,utq; in nobis est indiuisibilis unitas, ita quoq; & ipsi addiscentes ex nobis indiuisibilem nostram naturam,inter se perpetuo concor-

Ioan.5

Ioan.14

Ioan.17

Matth.11

diam ſeruent: certior enim imitatio hominibus, quæ ductum rerum naturalium ſequitur. Cæterùm, nos quidem ij ſumus, nec ullo unquam tempore ratione generis immutamur: mores contrà hominum inconſtantes ſunt, poſſunt tamen ad immutabilem naturam reſpicientes, mala defugere, & ad bona ſeipſos reformare: nam ita hoc dictum (ut & ipſi in nobis unum ſint) rectam accipit interpretationē. Certe, ſi poſsibile eſſet, ut ita eſſemus, ut eſt in Patre Filius, uerba illa ad iſtum modum cōcipienda fuiſſent, ut & ipſi in te unum ſint, ſicuti Filius eſt in Patre: nunc autē ad iſtam formā locutus non eſt, ſed quum dixiſſet (in nobis) rei diſcrimen differētiamq; expreſsit: nimirum, ipſum ſolummodo in ſolo Patre eſſe, ut unicum & ſolum Verbum, & unicā & ſolam Sapiētiam: nos aūt in Filio eſſe, & per Filium in Patre, id nihil aliud ſibi uult, q̄ homines quoq; pro noſtra unitate tales inter ſe fieri poſſe, quales nos inter nos unū ſumus natura & ueritate, quod alioqui nūquam fieret, niſi exemplum unitatis in nobis didicerint. Hoc aūt uerbū (in nobis) hanc habere ſignificationē audias ex Paulo ita loquente: Hæc quidem figurate tranſtuli in me, & Apollo, ut in nobis diſcatis non inflari, ſpiritu q̄ turgeſcere, ſuper id quod ſcriptum eſt. Illud igitur uerbum (in nobis) non eſt idem cum eo, ut eſt Filius in Patre: ſed exemplum eſt & ſimilitudo, quaſi ſi dicas, ex nobis condiſcant: ut enim Paulus eſt forma Corinthijs, ita Patris & Filij unitas præſcriptum quoddam & documētum eſt omnibus, ſecundum quod poſſunt diſcere, dum reſpiciūt naturalem unitatem Patris & Filij, quomodo & ipſi debeant inter ſe unū fieri per cōcordiam animorum. Quòd ſi aliter reſpondendū eſt ſuper hoc dicto, poteſt hoc uerbū (in nobis) idem ualere ſignificatu, ac ſi dicas, Patris & Filij uiribus effici, ut unū fiant. Sine Deo enim hoc fieri nequit, idē q̄ uidere licet in Diuinis eloquijs: ut, In Deo faciemus potentiam, & in Deo tranſgrediemur murum, & in te inimicos noſtros cornu uentilabimus. Liquet igitur, nos in nomine Patris & Filij unum factos, poſſe retinere firmum dilectionis uinculum. Rurſus
Ioan. 17 eandem ſententiam extendens Dominus: Ego (inquit) gloriam, quam dediſti mihi, dedi illis, ut ſint unum, quemadmodū nos unum ſumus. Recte quoq; & hic non dixit, ut unū ſint in te, quemadmodū ego ſum: ſed quemadmodum nos ſumus. Qui enim dicit, quemadmodū, nō identitatem, ſed ſimilitudinem & exemplum eius, de quo loquitur, ſignificat. Verbum igitur, iure & eſſentialiter idētitatem naturæ cum Patre obtinet: nobis autem datum eſt, ut imitemur, quemadmodū dictum eſt: nam ſtatim ſubintulit, Ego in illis, & tu in me, ut abſolute in unum perficiantur. Quo loco in poſterum maius quiddā, & perfectius à nobis Dominus poſtulauit. Certū enim eſt Verbum in nobis eſſe factum, quippe quod noſtrum corpus induerit, Tu autē in me Pater: tuū enim ſum Verbum, & quia tu in me, eo quòd tuū ſim Verbum, ego porro in illis per corpus meum: & quia per te in me hominum ſalus perficitur, rogo te, ut & ipſi fiant unum, ſecūdum rationē mei corporis, & ſecundum eius perfectitudinem, ut & ipſi perfecti reddantur, quum habeant cū corpore meo unitatem, & in eo unū fiant, & quaſi, quos ipſe geſtem, pariter unum corpus fiant, & unus ſpiritus, & in uirum perfe-
Rom. 12 ctum euadant: Omnes enim eiuſdem participes, unum efficimur corpus,

unum

unum Dominum habentes. Hunc intellectum, quum hæc uerba possideant, magis ac magis redarguitur peregrina ista opinatio perduellium Christi. Rursus easdem uoces repeto: Si simpliciter & absolute pronunciasset, ut unum sint in te, uel ut ipsi & ego in te unum sumus: habuissent isti Dei oppugnatores aliquam improbam occasionem: nunc autē non simpliciter dictum est, sed quemadmodū tu in me, & ego in te, ut omnes unū sint. Hic, quum rursum inferat hanc uocem, quemadmodū longissime eos abesse declarat, quàm ut fiant, qualis ipse est in Patre, eamq; longinquitatē metiendā esse non loco, sed natura. Nihil enim ratione loci procul est à Deo, sed duntaxat qualitate naturæ omnia longe ab eo cōsistunt: &, ut superius dixi, nō identitatem, non paritatem ostendit, quum usurpat hoc aduerbium (quēadmodū), sed exēplum eius rei de qua loquitur, aliqua in parte spectandū præbet, uti ex ipsis Seruatoris uerbis cognoscere licet. Quemadmodū em̄ Ionas erat in uentre balenæ tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & Filius hominis in corde terræ. Non igitur Ionas ut Dominus fuit, neq; Ionas ad inferos descendit, neq; balena infernus fuit, sed neq; deglutitus Ionas reduxit deglutitos iam antea à balena: sed solus ex ceto, cui hoc iniunctū fuit, egressus est, neq; ulla isthic identitas, aut paritas deniq; in hac uoce (quēadmodum) significatur: sed aliud atq; aliud: similitudinem tamen quandam ostendit in Iona, ob triduanum illud tempus: ita nimirum & nos quoq; (dicente Domino quemadmodū) nō, ut Filius in Patre, neq; ut Pater est in Filio, ita nos sumus: sed quemadmodū Pater & Filius inter se uniūtur, ita nos inter nos per spiritus concordiam unimur. Seruator porro, quemadmodū & Ionas in terra fuit, non ut inde Ionam Seruatorem fuisse, aut Seruatorem ut Ionam deglutitum ad inferos descendisse intelligas, quum longe alia res fuerit: ita quoq;, si nos unum efficiamur, quemadmodum Filius in Patre, tamen non ita erimus ut ipse Filius, neq; pares illi, quippe, qui longe aliud simus: ideoq; illa uox (quemadmodū) addita est, quoniam quæ talia ex natura non sunt, qualia illa, cuius imitationem affectant, non eadem, sed similia redduntur: atq; inde est, quòd Filius simpliciter sine additamento in Patre existat: quippe, cui illud natura competat: Nos contrà, qui id non habemus ex natura, indigemus imagine & exēplo, ut de nobis loquatur, ut sint quemadmodū tu in me, & ego in te: cum autem (inquit) isti ita perfecti fuerint, tūc cognoscet mundus, quòd me miseris: si enim non uenissem, & gestassem horum corpus, nullus illorum ad perfectitudinē adduci potuisset, sed omnes corruptibiles permansissent: Operare igitur (quæso) in illis Pa- Ioan. 17
ter, & quemadmodū dedisti mihi, ut hoc corpus ferrem, ita dones tuū Spiritum, ut & ipsi in eo unum fiant, & perficiātur in me: Siquidem illorū perfectio documento & indicio est, Verbum adueniſſe. Mundus porro uidēs istos cōsummatos, Deoq; plenos, plane crediturus est, q̄ tu me miseris, & quòd ego illinc profectus sim. Vnde enim illis perfectitudo obtingeret, nisi ego qui Verbum tuum sum, istud corpus assumpsissem, homoq; factus essem? & absolui opus, quod iniunxeras mihi Pater, eò quòd homines redempti à peccato, iam non ulterius in morte permansuri sint: sed Deificati, quatenus ad nos respiciunt, uinculum charitatis inter se habituri sint. Ego igitur,

igitur, quatenus datum est simplicius intueri, prolixiori cõmentatione ista interpretatus sum. Ioannes aũt Apostolus in epistola sua breuius & absolutius, scripti mentem manifestaturus est, refutabitq; impiorum sentẽtias, docebitq; qua ratione nos in Deo sumus, & Deus in nobis: & quomodo rursum nos in eo unum efficimur & quantopere disiungatur Deus sua natura à nobis, reprimetq; Arianos, ne in posterum existiment sese futuros, ut Filium, ne & ipsi quoq; audiant: tu aũt homo es, & non Deus: &, Ne extẽdas te cùm pauper sis, ad paritatem cum opulẽto. Scribit igitur Ioannes ad istũ
Ioan. 5 modũ: Per hoc cognoscimus nos in eo manere, & illum in nobis, eò quòd
Ioan. 5 ex Spiritu suo largitus est nobis: Ex gratia Spiritus nobis data, nos in eo sumus, & ille in nobis: & quia ille Spiritus Dei est, & in nobis est, merito & nos cùm habeamus Spiritum, existimamur in Deo esse: atq; is modus eaq; ratio est, qua Deus in nobis existit. Non igitur, ut est Filius in Patre, ita & nos sumus in Patre. Non enim Filius particeps est Spiritus, ut ita per Spiritum in Patre subsistat, neq; accipit Spiritum, sed potius Spiritum omnibus largitur, neq; Spiritus Filium Patri coaptat, sed Spiritus potius id à Verbo accipit. Et Filius quidẽ in Patre est, ut Ratio eius propria & lubar: Nos contrà, sine Spiritu externi sumus, & longe semoti à Deo, sed tamen Spiritus participatu coaptamur Diuinitati, ut nos esse in Patre, non hoc nostrũ esse sit, sed spiritus eius qui in nobis est, & in nobis manet, quãdiu illũ in nobis
Ioan. 17 confessione Fidei retinemus: Rursum, ita loquente Ioanne: Quicunq; confessus fuerit IESVM esse Filiũ dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo. Quæ igitur similitudo aut paritas est nobis cum Filio? Aut qui (quæso) non undiquaq; refellantur Ariani & imprimis à Ioãne, quum aliter Filius sit in Patre, aliter nos, neq; unq; nos, ut ille, futuri simus? neq; Verbũ ita est, quemadmodum nos, nisi hic quoq; per summam improbitatẽ: ut ubiq; audebũt dicere, Filium etiam participatu Spiritus & præstantia operum obtinuisse, ut ipse quoq; sit in Patre. Cæterum, illud nimis est impium uel in cogitationem admittere. Ipse enim Spiritum largitur, & quæcũq; habet Spiritus, ea
Ioan. 17 à Verbo accipit. Igitur quũ Saluator dicat de nobis hæc uerba: Quemadmodum tu in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint, non eadem nos in eo manentes habere significat: ostensum est enim etiã illud satis claro exemplo Ionæ: sed quòd interceſſu gratiæ & dignitatis acceptæ Patri conciliemur (ut Ioannes inquit) ut Spiritum per eum credentibus largiatur, per quem uidemur in Deo existere, eaq; ratione in illo coaptari. Nam, quoniã Verbum est in Patre, & Spiritus è Verbo donatur, ideo uoluntas eius est, ut nos accipiamus Spiritum, quo accepto, cum habeamus Spiritum Verbi qui est in Patre, uideamur & nos per Spiritum unum esse in Verbo, & per eum in Patre. Iam, quum dicit (ut nos) nihil aliud significare uoluit, nisi ut istiusmodi Spiritus gratia in discipulis inconcussa & irreuocabilis permaneat: quod enim per naturã (ut dixi) Filio cõcessum est in Patre esse, hoc nobis irreuocabiliter per Spiritum condonari exoptat: Quod quum Apostolus cognitum haberet, Quis (inquit) nos separabit à charitate Christi? Irreuocabiles enim sunt donationes Dei, & gratia uocationis. Spiritus ergo is est, qui est in Deo, & non nos per nos. Quemadmodũ enim filij & dij, ob

Verbum

Verbū quod in nobis est, existimamur, ita in Filio & in Patre futuri sumus: existimabimurq; in Filio, & in Patre unum esse facti ob Spiritum habitantem in nobis, & re uera in Patre existentem. Cum igitur quis ob scelera sua ab isto dono exciderit (quod firmum est, & sine reuocatione in ijs qui illud retinere uolunt) & in peius mutata sententia illud amiserit, deficit ab eo homine Spiritus paracletus, ac iam inde in eo spiritu est, cui se inter peccandū subiecit: quemadmodū in Saul contigit. Recessit enim ab eo Spiritus Dei, & affligebat illum spiritus malus. Hæc quum audiant Dei rebelles, par erat illos in reliqunm tempus pudore cōsopiri, neq; in posterum sese fingere pares Deo. At illi mentem non animaduertunt: Impius enim (inquit) intelligentiam non nouit, neq; sermones pios sustinet: graues enim illi sunt, uel solo auditu. Vide, q; illi non deficiant in suis impietatibus: sed potius Pharaonis more indurentur. Nam dum Saluatoris acta humana audiunt, eaq; in Euangelijs conspiciunt, obliuiscuntur plane iuxta Samosatensem Paternæ in Filio Deitatis, & audaci lingua ferocientes, dicunt: Quomodo potest Filius ex Patre natura similis illi esse ratione essentiæ? quum ipse de se dicat, Data est mihi potestas, & Pater iudicat neminem, sed omne iudicium dedit Filio: & Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus eius: qui credit in Filium, habet uitā æternā: & omnia tradita sunt mihi à Patre: & nullus agnoscit patrem, nisi Filius, & cuicunq; uoluerit Filius reuelare: & omne quod dedit mihi Pater, ad me ueniet. Hic ita inferunt: si erat ipse (ut dicitis) Filius, nulla fuit illi necessitas accipiendi, sed iam habebat ex natura, nec laborabat eius rei indigentia, utpote Filius: aut quomodo ille fuerit uera ac naturalis Potestas Patris, qui sub tempus passionis hæc uerba usurpauit? Nunc anima mea turbata est, & quid nam dicā? Pater serua me ex hac hora: sed ideo ad istam horam deuenit: Pater glorifica Filium tuum: uenit igitur uox è cœlo, & te glorificaui, & glorificabo: & rursum tale quippiam dixit, Pater, si possibile est, trāseat calix iste: & ista dicens, conturbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, Amen dico uobis, unus ex uobis traditurus est me. De istis omnibus ita loquuntur malitiosi hæretici, si Dei potentia fuisset, nihil illi timoris in hæsisset, sed potius alijs uim potestatemq; tribuisset. Aiūt igitur, si uera Sapientia, & propria Sapientia erat Patris, cur quæso scriptū est: IESVS profecit sapiētia, & proceritate, & gratia apud Deum & homines? & progressus in fines Cæsariæ Philippi, percōctatus est ex discipulis, quē nam ipsum homines dicerent: progressus item in Bethaniam, interrogauit, ubi Lazarus situs esset: quæsiuit itidem ex discipulis, quot nam panes haberent. Quomodo igitur (aiunt) hic Sapiētia fuerit, qui in sapiētia crescit progressusq; facit? eaq; ignota habebat, quæ ab alijs uoluit condiscere? Quin etiam & illud ab ipsis dicitur, Quomodo potest proprium illud Verbum Patris esse, sine quo nunquam Pater fuit, & per quod omnia (ut uos dicitis) fabricatus est, quum in cruce dicat, Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? & ante hoc orauerit, Glorifica nomen tuum, & glorifica me Pater ea gloria, quam habui apud te priusq; mundus fieret: Precatus est quoq; in solitudine, & præcepit discipulis, ut orarent, ne intrarent in tentationem: & spiritum promptum esse dixit, sed carnem infirmam: & de die illa aut hora

Ioan. 20
Ioan. 5
Luc. 10
Ioan. 5
Ioan. 5
Ioan. 17
Ioan. 17
Psal. 22
Ioan. 17

nemo

nemo nouit,nec Angeli,nec Filius. Ex istis uerbis hanc sententiam inferũt: Si pro uestra sententia,ut æternus Filius apud Patrem existebat, neutiq; illi ignoratio fuisset de illa die,sed eam cognitam habuisset,utpote Verbũ & Ratio Patris:Neq; quicquã illũ celasset Pater,utpote,qui cum Patre coexisteret:neq; glorificationem postulasset, quũ in Patre haberet, neq; ulla habendi uota fecisset:nullius enim quũ Verbum sit,indigere poterit:sed quia creatura erat,istiusmodi uerba locutus est, & indiguit illis, quæ non habebat: creaturarum enim proprium est, indigere, & opus habere quibus carent. Istiusmodi sunt sermones quos impij inter loquendum eructant. Atqui par erat in talibus cogitationibus adhuc improbius loqui, nempe illa, cur ulla ratione Verbũ caro sit factum? ac deinde hæc uerba adijcere,Quomodo potuit is,qui Deus erat,homo fieri? aut quomodo potuit qui incorporeus erat,corpus gestare? & adhuc maiori Iudaismo cum Caiapha dicere,cur, cùm plane esset homo Christus, Deum seipsum faceret? Hæc enim istisq; similia tum temporis Iudæi inspicientes,murmure strepitabant: nũc aũt eadem ista legentes Ariani,Fidem abnegant,& in blasphemias præcipitantur.Quòd si quis è diuerso,horũ illorumq; uerba excuteret, deprehenderet eos omnes simul in eandem infidelitatẽ concurrere,similemq; impietatem,bellumq; aduersum nos fouere.Siquidem Iudæi dicebant,Quomodo homo cũ sit,Deus esse possit? Ariani uerò, Si deus uerus ex Deo, quomodo potuit homo fieri? & Iudæi quidem scandalizabantur, & per cauillum dicebant,Si Filius Dei iste fuisset, nõ perpessus esset crucem: Ariani uero ex aduerso è regioneq; consistentes,loquuntur nobis:Quomodo audetis dicere propriũ illum esse Verbum substantiæ Patris, quum corpus habeat ad talia sustinenda? Deinde,Iudæis quærentibus interficere Dominũ, eò quòd Patrem suum Deum esse pronunciasset,seq; illi parem faciebat, operando quæ Pater operatur: didicerunt Ariani & ipsi quoq; dicere, eum non esse parem Deo, neq; Patrẽ proprium aut naturalem Verbi esse Deũ: & qui cum ijs non ita sentiunt, eos requirunt ad necem. Rursus Iudæis ita loquentibus:nonne iste filius Ioseph,cuius nos patrem & matrẽ nouimus? Quomodo igitur dicit, priusquã Abraham esset,ego sum? &, de cœlo descendi? Ariani quoq; istorum asseclæ,paria reddunt:Quomodo potest aut Verbum aut Deus esse,qui dormit ut homo? qui in lachrymas prorumpit & percontatur? Ambo enim isti, cõtemplatione affectionum humanarum quas sustinuit Saluator ob carnem quam habebat, inficiantur proprietatẽ & Deitatem Verbi. Quum igitur sit ista Iudaica uesania, eaq; proditoris Iudæ,aut ex aperto profiteantur sese Caiaphæ,& Herodis discipulos esse, nihil occultantes Iudaismum sub Christianitatis titulo, & penitus abnegent, ut antea dixi, carnalem Saluatoris aduentum: id enim illorum hæresis peculiariter sentit: aut si uerentur propalàm Iudaisare & circuncidi, ut Constantio placentur,ijsq; quos fraudibus deceperunt, ne loquantur quæ sunt Iudæorum:æquum enim est, quorum nomina deprecantur, eorum quoq; sententias refugere.Christiani enim sumus,ô Ariani,Christiani inquam sumus, & propriè ad nos pertinet, bene ex Euangelio de Saluatore sentire: neq; cum Iudæis eum lapidare, si eũ de Diuinitate & æternitate sua audia-

mus

mus loquentem: neq; unà cum illis scandalizari, ubi, ut homo, nostri causa humilibus uerbis utitur. Si igitur & uos uultis Christiani esse, deponite uesaniam Arij, uestrasq; aures sordentes blasphemiarum uerbis, eluite pietatis sermonibus, pro certo habentes omisso Arianismo, reiectaq; Iudæorũ peruersitate, statim uobis è tenebris ueritatis lucem orituram esse, neq; iam inde nobis opprobraturos esse, quasi q duo ęterna statuamus: cognoscetisq; etiam ipsi uos, Dominum nostrũ uerum & naturalem Filium dei esse, & nõ simpliciter æternum, sed ex Patris sui proprietate spectandum esse. Sunt enim & alia ęterna, sed quorum ipse conditor sit: nam & Dauidis uerba sunt, Attollite portas principes uestras, & eleuamini portę æternales. Iam, quum certum sit etiam illas per eum conditas esse, ipsumq; æternorum esse conditorem, quis nostrum unq; dubitaturus est, quin istis æternis ipse sit anterior, illumq; non tam æternitate, quàm ex eo, q; Filius sit dei, spectari, considerariq; debere? Filius enim quum sit, separari à Patre non potest, neq; fuit unquam, quando non erat, sed erat semper: quippe, qui & Imago erat, & Iubar sui Patris. Male igitur eos ea dicta, quæ cauillabantur intelligere, ex paucis uerbis quæ superius tractata sunt, deprehendere licet. Quin & iam quoque in uerbis Euangelicis ad calumniam detortis, eos rectum sensum non tenere, facillime perspicias, si uel nunc scopum Christianę Fidei ante oculos ponas, eoq; pro regula usus, lectioni Scripturæ diuinitus (ut inquit Apostolus) inspiratæ animum intendas. Quem scopum quum Christi perduelliones incognitum haberent, à uia ueritatis deerrauerunt, lapidiq; offensionis impacti sunt, sentientes diuersa ab ijs quæ sentienda erãt. Scopus igitur iste & formula Sacræ scripturę, quemadmodum dixi, ut sentias ibi duplicem esse de Saluatore historiam, eumq; semper & Deum, & Filium esse, quia Verbum sit, & Iubar & Sapientiam sui Patris: postea autem propter nos assumpta carne ex Maria uirgine eundem hominem esse genitum. Atq; id ubiq; per omnem Scripturam significari deprehẽdas, ut dominus ipse dixit, Scrutamini Scripturas, quoniam illæ sunt quæ testimonium perhibent de me: sed ne omnia uerba in unum coaccumulans prolixior in scribendo efficiar, contenti erimus pro omnibus unius duntaxat Ioannis uerbis: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est in ipso, & Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius, gloriam ut unigeniti ex patre. Paulus item, Qui quum in Forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, ut esset æqualis Deo, sed seipsum exinaniuit, serui formam accipiens, in similitudinem hominum factus, & specie inuentus est ut homo, humiliauit seipsum, obediens factus usq; ad mortem, atq; adeo mortem crucis. Nam ex istis, si quis eodem animo perambulet uniuersam Scripturam, uidebit primum hunc fuisse, cui dixerat Pater, fiat lux, & fiat firmamentum, & faciamus hominẽ: eundemq; deinde sub consummationem seculorum missum à Patre fuisse in mũdum, ut seruaretur mũdus per ipsum. Scriptũ est enim: Ecce Virgo in utero habebit, & pariet Filium, uocabuntq; nomen eius Emanuel: quod ex interpretatione significat, nobiscum Deus. Qui igitur Sacras literas in manus sumit,

Psal. 23 Ioan. 1 Heb. 2 Heb. 2 Gen. 1 Esa. 7

is ex ueteri quidem Testamento has sententias colligat: ex Euangelijs autẽ, Dominum spectet hominem esse factum. Verbum enim (inquit) caro factũ est, & habitauit in nobis. Cæterum, homo factus est: & non in hominem, qui iam erat, superuenit: Nam & hoc quoque cognitu necessarium est, ne quando, qui hic ruinam passi sunt impij, etiam alios secum eodem præcipitent: quippe, qui existimant eum, quemadmodum priscis temporibus in unumquemq; ex Sanctis descendit: ita tum quoq; in Mariæ Filium descendisse ut eum sanctificaret, & in eo sese ostenderet, ut in cæteris sanctioribus hominibus fecit. Nam si ita esset, & duntaxat in hominem uenisset, quid nã ea res miri habebat? certe, non obstupuissent illi, qui eum uidebant, neque in hæc uerba prorupissent, unde & quantus est iste? rursumq;, cur tu quum homo sis, Deum temetipsum facis? Siquidem iam assueti erant audire uerbum Domini esse factum, nunc ad hunc, nunc ad illum Prophetam. Iam autem, quia Verbum Dei, per quem omnia facta sunt, sustinuit etiam Filius hominis fieri, humiliauitq; semetipsum serui formam accipiens, inde nimirum euenit, ut crux Iudæis in scandalum cesserit: nobis autem Christus Virtus sit Dei, & Sapientia. Verbum siquidem (ut inquit Ioannes) caro factum est, Scriptura pro consueto more hominem carnem appellante, ut apud Iohe-
Iohel.2 lem Prophetam deprehendas: Effundam super omnem carnem de Spiritu meo. Daniel quoque Astyagi ita locutus est: Non colo idola manufacta, sed Deum uiuum conditorem cœli & terræ, qui dominatum habet in omnem carnem: carnem quippe & ille & Iohel humanum genus appellarunt. Olim igitur ad unumquemq; Sanctorum uerbum factum est, eosq; sanctificauit, qui illud legitimè recipiebant, nec tamen quum illi nascerentur, dictum est Verbum esse carnem factum, neque dum illi patiebantur, scriptum est Verbum passum esse. Contrà, ubi semel Verbum natum ex Maria prodijsset sub consummationem seculorum ad peccata abroganda (ita enim Patri uisum fuit Filium suum mittere, factum ex Muliere, factum sub lege) tum deni
1.Pet.2 que scriptum est, Verbum assumpta carne hominem esse factum: & in ea carne passum esse pro nobis, ut Petrus testatur: Christo enim, inquit, pro nobis passo in carne: ut palàm fieret, omnesq; crederemus, eum, quum semper Deus esset, & sanctificaret ad quos accedebat, disponeretq; omnia pro arbitrio Patris, postmodum in gratiam nostri hominem esse factum, & corporali-
Coloſ.2 ter, ut inquit Apostolus, habitauit Diuinitas in carne. Quæ uerba idem ualent, ac si dicas, quum Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, eoq; utens ut organo, homo factus est propter nos. Ideoq; quæ propria sunt carnis, etiam de illo referuntur: nimirum, quia in carne consistebat: qualia sunt esurire, sitire, pati, fatigari, aliaq; id genus, quæ caro in se recipit. Quin & ea opera, quæ sunt propria Verbi, qualia sunt, mortuos excitare, cæcis uisum reponere, hæmorrhoissam sanare, ea quoq; omĩno corporis ministerio peragebantur: Et quemadmodũ Verbum carnis infirmitates baiulabat ut suas, neq; id mirum, erat enim caro ipsius: ita rursus, quum caro suo ministerio Diuinitatis operibus inseruiebat, illa opera in carne fiebant, quia caro illa e-
Eſa.53 rat corpus Dei. Probe autem Propheta locutus est, Gestauit infirmitates nostras, non autẽ curauit, ne quasi extra corpus humanum consistens, corpusq;

pusq; sanans uti semper fecit, obnoxios iterum morti homines relinqueret. Cæterum, infirmitates nostras ipse baiulat, & peccata nostra ipse gestat, ut in conspicuo sit, eum hominem propter nos esse factũ, & corpus, quod pec cata ferebat, illi esse proprium. Et ipse quidem nihil lædebatur, efferens pec- 1.Pet.2 cata nostra in crucem unà cum corpore suo, ut Petrus dixit, ut nos mortales ita à nostris passionibus liberaret. Quocirca, quũ eius caro patiebatur, ipse non erat extra corpus, ideoq; ea ipsa passio illius nuncupatur. Et quum diui nitus designaret opera Patris, non erat seorsum à sua carne, sed in ipso suo corpore hæc opera patrabat. Ideoq;, quum homo esset factus, hæc uerba u- surpauit, Si non facio opera Patris mei, ne credideritis mihi: sin autem facio, etiamsi mihi nõ credatis, saltem ex operibus credite, ut cognoscatis Patrem in me esse, & me in Patre. Certe, quum necessitas requirebat, ut socrum Pe- tri febrientem excitarit, humano quidem more manum extendit, diuinitus autem morbum cõpescuit: & in cæco à natiuitate, humanum è carne emisit sputum, diuinitus autem oculos aperuit per lutum: in Lazaro autem uocem quidem ut homo edidit, diuinitus tamen ut deus eundem è mortuis excita- uit. Ista autem eo modo facta sunt, eaq; ratione adhibita, ne imaginarium ac non uerum corpus habere crederetur. Congruum enim erat, ut Dominus, quum indueret humanam carnem, eam solide cum omnibus suis passionib⁹ indueret: ut enim hoc propriũ eius corpus, ita & corporis passiones, ipsius passiones appellantur, etsi eæ non pertingerent ad diuinitatem: nam si id corpus alterius fuisset, passiones quoq; illæ alterius dici debuissent. Sin au- tem contrà, Verbi erat ea caro (Verbum enim caro factũ est) necessum est, Ioan.1 passiones carnis, eius quoque dici, cuius est illa caro. Cuius porro dicuntur passiones esse, quales imprimis sunt cõdemnari, flagellari, sitire, crux denicq;, & mors ipsa, aliæq; corporis afflictiones, eius quoq; uirtus & gratia, in ijs quæ per corpus gesta sunt, haberi debet. Ea de causa igitur recte & congru- enter non alterius, sed ipsius Domini passiones appellantur, ut & gratia ab illo descendisse intelligatur, & non alterum coleremus, sed ueram & sync- eram pietatem tueremur. Quod autem neminẽ ex rebus creatis, neq; uulga- rem hominem, sed naturalem & uerum Dei Filium, eumq; hominem factũ ac nihilo minus Dominum & Deum & Saluatorem inuocamus, hoc ipsum quis non admiraretur? aut quis non statueret, rem plane Diuinam esse? Nisi enim opera Deitatis Verbi per corpus patrata fuissent, nunq; homo Deifi- catus esset: rursum, nisi quæ propria sunt carnis, Verbi diceretur, nunquam ad plenum homo ab illis liberatus fuisset. Nam tametsi paulisper quasi da- tis ferijs interquieuissent, peccatum tamen & corruptio æque ita in homine remansisset, quemadmodum in primis hominibus uim suam & tenorem re- tinuit: eaq; res ita demonstrari potest. Permulti fuere uiri Sancti, puri omnis criminis. Siquidem Hieremias ex utero sanctificatus fuit, & Ioannes dum adhuc à grauida matre gestaretur, exultauit in gaudio ad uocem Deiparæ Virginis, mors tamen æque regnauit ab Adam usq; ad Mosen, & in eos qui non peccauerant, ad similitudinem præuaricationis Adæ. Atque ita manse- runt homines nihilo minus mortales & corruptibiles, capaces interim affe- ctionum naturæ. Nunc autem, postquàm Verbum homo factum est, sibiq;

ut propria uendicauit ea quæ sunt carnis, non ulterius illa corpus humanũ, eò quòd ibi Verbum Dei consistat, attingunt, sed ab eo absumuntur, nec iam inde homines secundum suas passiones peccatores & mortui permanent, sed secundum Verbi potentiam resurgentes, immortales & incorruptibiles perseuerant. Vnde, nascente carne ex Deipara Virgine, ipse dicitur natus esse, qui alijs ortum initiumq; existendi præbet, ut nostram originationem in se transferat, nec deinceps, quasi in terra manentes, in terram abeamus, sed ut Verbo cœlesti coaptati coalitiq;, in cœlos subuehamur. Eadem igitur ratione etiam cæteras affectiones corporis non incongruenter in seipsum transposuit, ut iã deinceps non ut homines, sed ut ij, quos ut proprios & pro suis agnoscit Verbum, æternæ uitæ cõsortes efficeremur. Non enim ulterius secundum priorem originem Adæ intermorimur, sed deinceps nostra origine cum omni carnali infirmitate in Verbum translata, è terra excitamur, dissoluto peccati piaculo per eum, qui in nobis & pro nobis piaculum factus est. Ac non immerito: quemadmodum enim in Adam ex terra deriuati morimur, ita denuo ex aqua & Spiritu Sancto regenerati in Christo omnes uiuificamur, quasi caro nostra non amplius terrestris, sed rationalis facta sit, & ut sic dicam, uerbificata ob Rationem siue Verbũ, quod in nostri gratiam caro factũ est. Vt aũt impassibilitatẽ naturæ Verbi, eiusq; ob carnem infirmitates, cognoscamus, operæpretium est, ut maiori diligentia audiamus beatum Petrum. Is enim dignus testis cui de Saluatore habeatur fides, qui ita scribit: Christo igitur pro nobis carne passo. Quocirca, quũ dicitur aut esurire, aut sitire, aut fatigari, aut nescire, aut dormire, aut plorare, aut postulare, aut fugere, nasci itẽ & deprecari calicẽ, & simpliciter quæcunque sunt corporis, tolerare, recte ea omnia de Christo esuriente, sitiente pro nobis, colaphis cæso, laborante, exaltato, nascente, crescente, metuente, latente, atq; ad istum modum loquente: Si possibile est, transeat à me calix iste, calicemq; pro nobis, quantum ad carnem attinet, accipiente, ea inquam, omnia recte de eo dici ac prædicari possunt. Nã & ipse Apostolus propterea ad istum modum locutus est: Christo passo non Deitate, sed carne, idq; pro nobis, ut non ipsius Verbi proprias istiusmodi passiones & naturales, sed carnis esse cognosceremus. Ne quis igitur hominum scandalizetur, sed potius cognoscat Verbum ipsum ex natura sua impatibile esse, sed tamen ob carnem quã induit, ista de eo prædicari, quia & illa propria sunt carnis, & caro illa proprium est corpus Saluatoris. Et ipse quidem impatibilis ex natura perseuerat, nullam noxam ex istis rebus sentiens, sed illas in se profligat: homines aũt, in eum, qui impatibilis est, translatis passionibus suis ibiq; pereuntibus, impatibiles, & ipsi deinde & liberi ab istis calamitatibus in æternum redduntur, ut ipse suis uerbis docuit Ioannes, cùm inquit, Et scitis illum manifestatum esse, ut tolleret peccata nostra, & peccatũ in eo non est. Iam, cum res ita se habeat, non exprobrabit hæreticus aliquis, qui resurgere possit caro mortalis naturæ? aut si resurgat, cur non denuo sitim & esuriem percipit, & mortalis remanet? ex terra enim orta est, & quod illi naturale est ex carne, quomodo in ipsa sopiri poterit? Huic tam contentioso hæretico uel ipsa caro respondebit: Eram quidem ego ex terra secundum naturam mortalis,

1. Pet. 2

Ioan. 17

1. Ioan. 3

mortalis,ſed poſtmodum facta ſum Verbi caro, & ipſe ille qui Verbum eſt & omnino impatibilis eſt,tulit paſsiones meas. Ego aũt libera facta ſum ab illis,utpote,cui non permiſſum ſit,ut iſtis obnoxia ſim, idq; per Dominum qui me ab iſtis rebus uindicauit.Si igitur obiicis,quòd liberata ſim à naturali corruptione,uide ne obiicias, quòd Dei Verbum meæ ſeruitutis ſpeciem aſſumpſerit. Vt enim Dominus,induto corpore,factus eſt homo: ita & nos homines ex Verbo Dei deificamur: eò quòd illud receptum ſit in carne,& iam inde uitam æternam adipiſcimur.Hæc neceſſario prius excutienda fuerunt,ut ſi uiderimus diuinitus eum per organum ſui corporis agere quippiam uel dicere,ut tum in mentem ueniat,Deum eſſe qui iſta operatur: & uiciſsim,ſi uiderimus eum humanitus loqui aut pati, non ignari ſimus, eum, quia carnem geſtet;hominem eſſe factum, atq; inde fieri ut iſta uel dicat uel faciat:rectam enim Fidem bene tuebimur, ſi, quod utriuſq; naturæ proprium eſt,conſideremus,& ab uno utrumque præſtari animaduertamus: id ſi à nobis fiat,nunquam in errorem prolabemur.Contrà,ſi quis ea quæ à Verbo diuinitus patrantur, reſpectu obtuitúq; corporis quod ſolum in oculis habet, neganda putauerit: aut è diuerſo, reſpectu eorum quæ propria ſunt corporis, Verbi in carne præſentiam inficietur,uel ex rebus humanis ſimilia mutuet,quæ de Verbo ſentiat:idem ille profecto ueluti Iudaicus caupo admiſcendo uinum aquæ, aut ſcandalum exiſtimabit crucem,aut ut gentilis, ſtultitiam arbitrabitur Euangelij prædicationem,quod iſtis Dei perduellionibus,rabioſis inquam Arianis,uides contigiſſe. Nam humana Saluatoris noſtri præ oculis habentes,in eam opinionem uenerunt,ut illum exiſtimarint creaturam.Ergo uiciſsim oportebat,dum diuina illius opera contuentur reſpectantes,ut abnegarent corporis illius natiuitatem, ac ſeſe iam inde Manichæis adnumerent. Cæterum, ipſi uel ſero tandem condiſcant Verbum carnem eſſe factum:nos autem ſcopum Fidei retinentes,cognoſcamus quæ iſti male interpretantur,recto ſenſu prædita eſſe.Nam hoc dictum,Pater diligit filium,& omnia dedit in manus eius:&, Omnia mihi tradita ſunt à Patre:&,Ego non poſſum quicquam facere ex meipſo, ſed quemadmodũ audio,ita iudico: & quæcunque ſunt iſtiuſmodi generis ſententiæ, non id indicant,quaſi aliquando ea non habuerit Filius.Quomodo enim quæ habet Pater, non habuerit æternum & unicum Patris ex ſubſtantia Verbum & Sapientia, cuius iſta ſunt uerba? Omnia quæ habet Pater,mea ſunt: & mea,ſunt Patris.Si enim quæ Patris ſunt,ad Filium pertinent,& ſemper illa Pater habet:certum eſt Filium ſemper habere ea, quæ ſunt Patris: quippe, qui ſemper in eo ſit.Quocirca,non ideo quòd aliquando non habuerit,iſtiuſmodi locutus eſt: ſed quæ poſsidet ut Deus, ea poſtulat ut Filius. Nam quæ habet,à Patre habet:Sed ne quis uidens Filium habere omnia quæcunque Pater habet,ex indiſcreta ſimilitudine eorum quæ habentur, Sabelliano more deceptus impie ſentiat, exiſtimetq; Filium etiam Patrem eſſe: ea de cauſa hoc uerbum prolatum eſt,Datum eſt mihi, & accepi:& traditũ eſt mihi:nulla alia de cauſa, q̃ ut oſtenderet ſe Patrẽ nõ eſſe, ſed Patris Verbũ, & æternum Filium:qui quidem ob ſimilitudinem Patris, quæcunq; habet, perpetuo ab eo habet. Verum,quia Filius eſt,ideo perpetuo ex Patre habet,

Ioan.14 Luc.10 Ioan.5 Ioan.14

quæcunq; habet. Quod aũt hæ uoces (datum est) & item (traditũ est) alia q; similia, non diminuant Deitatem Filij, sed potius ostendant eum plane Filium, posis uel ex ipsis uerbis intelligere: Si enim omnia illi tradita sunt, primum quidem alius est, diuersusq; ab illis quæ accepit. Quum enim omniũ sit hæres, intelligendum est solum illũ esse Filiũ, Patriq; suum ac propriũ ratione substantiæ. Si enim unus esset ex numero uniuersitatis, nequaquàm uniuersitatis fuisset hæres: sed & quisq; accepisset pro libito, & Pater dedisset. Nunc, cum ipse omnia accipiat, alius est diuersusq; ab omnibus, & solus proprius sui Patris. Quòd autem illę uoces (datum est) & (traditum est) nusquàm ostendant illum aliquando non possedisse, licitum est ex simili dicto in uniuersum hoc ipsum prospicere. Ait enim Saluator, Quemadmodum Pater habet uitam in semetipso: ita quoq; Filio dedit uitam habere in semetipso. Nam ex hac uoce (dedit) indicat sese Patrem non esse: ex isto autẽ dicto (ita) Filij similitudinem proprietatemq; cum Patre significat. Si igitur aliquando fuisset, quum Pater non haberet: certum est etiam fuisse, quum Filius non haberet: ut enim Pater, ita quoq; & Filius habet. Quòd si illud impium dictu est, pium autem illud, Patrem semper habuisse, qui, quæso, non absurdum, dicente Filio, ut Pater habet, ita & Filium habere, istos dicere, nõ ita ipsum habere, sed aliter? Syncerior igitur, ac maioris fidei sermo Verbi est, quo dicit se ea accepisse, quæ semper habet, quia à Patre habeat. Et Pater quidem à nemine, Filius autem à Patre habet. Vt enim, si ipsum iubar loquatur, omnia mihi donauit lux ut illustrarem, & ex meipso lucem non prębeo, sed ut lux uoluit: ea (si diceret) non indicaret se aliquando non habere, sed lucis se quiddam esse proprium, lucisq; omnia sua esse: ita id quoq; multo magis in Filio intelligendum est: nam omnia Pater dedit Filio: & rursum, Omnia Pater in Filio possidet: Filioq; possidente, Pater uicissim ea retinet. Vt enim Filij Diuinitas, Patris Diuinitas est: ita Pater in Filio uniuersitati rerum prouidentia consulit: Horum igitur uerborũ istiusmodi intellectus est. Cętera rum, ea quæ humanitus de Saluatore referuntur, & illa quoq; piam sententiam in se complectuntur. Ea enim de causa iam prius illa excussimus, ut si audierimus eum percunctantem de Lazaro, ubi nam situs esset: & interrogantem, Quem nam me dicunt homines esse? &, Quot panes habetis? &, Quid uultis ut faciam uobis? cognoscamus ex superioribus dictis uerã inibi esse sententiam, & non scandalizemur, quemadmodum Christi oppugnatores Ariani. Primum igitur, ijs ita impie sentientibus hoc proponendum est, unde nam colligant, eum ea quæ percunctatur, ignorare? Non enim quisquis interrogat, statim ignarus est eorũ, quæ interrogat: sed fit, ut de illis percunctetur, de quibus plenam scientiam habet: certe Ioannes, qui inducit interrogantem Dominum, quot panes haberent, nouerat illum earum rerum ignarum non esse, sed conscium: ait enim, Hoc autem locutus est, ut tentaret Philippum: ipse enim norat, quid facturus esset. Si igitur norat id quod faciundum sibi erat, utiq; ignoratione laborare non potuit, sed cũ scientia interrogationem fecit. Ex ista re, cætera quæ similia sunt, intelligas, nimirũ, q; cum percontatur, ubi Lazarus iaceat: aut dum interrogat, quem nã ipsum homines dicant, non quasi ignarũ, sed ut certũ percontationes suas facere: quip-

Ioan. 5

Ioan. 14

Matth. 16

Marc. 10

pe,

pe,qui sciret quid destinauerat facere: & celerrime eorum sophisma ita excluseris. Quòd si contentiosius premant istas interrogationes,audiãt, in Diuinitate ignorationem non esse,sed id proprium esse carnis, ut iam superius dictum est. Quòd aũt id uerum sit,uide(quæso) Dominum interrogantem ubi Lazarus iaceat,& quum inde adhuc procul ageret, dixisse Lazarũ esse mortuum. Atq; idem ille qui secundum istos existimatur ignoratione laborare,is est, qui cogitationes discipulorum præcognoscebat, certiorq; erat quæ in cordibus singulorum laterent,& quid in homine esset. Et quod magis est,ipse solus cognoscit Patrem,& dicit:Ego in Patre,& Pater in me. Cui uis igitur manifestum est,ignorationem ad carnem pertinere: ipsum autem Verbum,quatenus Verbum est,& omnia antecq; fiant,scientia præcognoscere. Non enim ideo quia homo factus est,desijt esse Deus:neq; quia Deus subsistit,abducit se ab eo quod humanum est,absit:sed potius, quum Deus erat,assumpsit carnem:& in carne existens,deificat carnem: & quemadmodum in ea interrogationes faciebat, ita quoq; & in ea mortuum excitabat: omnibusq; ostendit,se,qui mortuos uiuificaret,& animam reuocaret, multo facilius omnium occulta sibi cognita habere, eiq; certum esse, ubi Lazarus iaceat,sed tamen interrogationibus insistere:faciebat enim & illud optimum undecunq; Verbum Dei, quod omnia propter nos sustinuit, ut nostram ignorationem baiulans,donaret nobis cognitionẽ ueri sui ipsius Patris, sciremusq; ipsum propter nos ad salutem omnium esse missum,quo donono nunq; quicq; fuerit maius. Cum igitur ista uerba calumniantur:Data est mihi potestas:&, Glorifica filiũ: dictumq; item Petri,Data est illi potestas: hoc intellectu ista omnia interpretemur, humanitus illum ob corpus suum ista omnia loqui,non quòd necessitate adigeretur:Sed tamen ipse sibi quasi data confitetur,quæ humanitus acceperat,ut eo,qui Dominus erat, accipiente,& in ipso donatione istarũ rerum residente,gratia ipsa firma permaneret. Nam quod merus homo accipit,id ei eripi potest, cuius rei specimen in Adam uidimus:quippe,qui illud,quod acceperat,perdidit. Vt autem gratia inademptilis esset,firmaq; hominibus custodiretur, ea de causa hanc donationem,ut propriam sibi arrogat,dicitq; se potestatem accepisse, ut hominem,quam semper habet ut deus:dicitq;,glorifica me,qui alios glorificat,ut ostenderet carnem se habere istarum rerum indigam. Ac proinde carne suæ humanitatis hanc glorificationem accipiente,ita loquitur,quasi ipse eam accepisset. Si igitur, ut sæpius dictum est, Verbum homo non est factum, agnoscamus has uoces contra nos esse,quòd acceperit,quòd gloria indiguerit,quod ignorauerit. Sed cur de datore ita sentimus quasi non daret,sed acciperet,eumq; qui alijs suppeditat,indigere arbitramur? & Verbum segregamus à Patre,quasi quod imperfectum sit,& quadam necessitate laboret? humanitatem autem donatitia illa gratia spoliamus? Si enim Verbum ipsum,quatenus Verbum est,accipit, & glorificatum est, & secundum Deitatem suam sanctificatum est, & resurrexit, quæ spes (obsecro) hominibus relinquitur? permanent enim quales erant, nudi, miseri, & mortui, nullum consortium habentes in eis,quæ data sunt Filio. Aut quid aduenit? aut cur Verbum caro factum? Si ideo factum est, ut ea sibi acciperet,quæ se accepisse

Ioan.14

Ioan.17

1.Pet.2

pisse dicit: carebat igitur istis prius, & gratiam potissimum debet corpori suo, eò quòd, quũ in corpus uenisset, tum demum illa acceperit à Patre, quæ non habebat, antecp̃ in carnem descenderet. Quippe, qui iam inde melioris felicioriscp̃ conditionis sit factus per corpus, quàm corpus per ipsum: At illa Iudaica sententia est. Sin autem Verbum, ut liberaret hominum genus, descendit: hominescp̃ sanctificaret, Deificaretcp̃, caro factum est: quum ea de causa caro factum sit, cui iam quæso obscurum fuerit, eum quæ dicit se accepisse, tum demum accepisse, quum caro factum esset? necp̃ sibi accepisse, sed carni? In qua enim erat, quum hoc diceret, huius illa dona æstimanda sunt, quæ per ipsum à Patre conferebantur. Quæ autem postulauerit, uideamus: aut qualia tandem sint, quæ sese accepisse dicebat, ut saltẽ uel inde illi ad pu-
Luc.10 dorem deducantur. Gloriam igitur postulabat, & dixit: Omnia mihi tradita sunt: & post resurrectionem, omnem potestatem sese accepisse dicit: sed tamen antecp̃ diceret, omnia mihi tradita sunt, omnium erat Dominus: siquidem omnia ipsius erant, soluscp̃ Dominus erat, per quem omnia. Et quum
1.Cor.2 gloriam peteret, etiam tum erat gloriæ Dominus, ut Paulus dicit: Si enim cognouissent, nuncp̃ Dominum gloriæ crucifixissent. Habebat enim quæ postulabat, id quod ex his uerbis apparet: Glorifica me (inquiens) gloria quam habebam apud te, antequàm mundus fieret: potestatem aũt quam dicebat se post resurrectionem accepisse, eam habebat priuscp̃ acciperet, etiam ante resurrectionem. Ipse enim per se increpabat satanæ, dicens: Facesse à me Satana: suiscp̃ discipulis contra Satanam potestatem dedit, quũ ipsis reuertentibus aiebat, Videbam Satanã tancp̃ fulgur è cœlo cadentem. Quinimo, quod dixit se accepisse, hoc, priusquàm acciperet, ipsum possedisse in demõstrato est: quippe, qui dæmones expellebat, & quæ ligauerat Satanas, dissoluebat, ut in Abrahamica filia patet, & peccata remittebat paralytico, &
Luc.7 mulieri, quæ pedes unxerat, dixit: Dimittuntur uobis peccata uestra: & mortuos excitauit: & cæco oculos restituit, donans ei uidendi facultatem: istacp̃ faciebat, non supersedẽs donec acciperet potestatem: sed statim faciebat, ut qui iam tum potiretur ea potestate: adeo, ut inde clare innotesceret, eum quæ habebat, ut Verbum, ea tum demum quum homo factus esset, & postquàm resurrexerat, humanitus accepisse: ut per eum homines in terra quidem quasi consortes diuinæ naturæ potestatem haberent contra dæmones: in cœlis uerò ut liberati à corruptione, in æternum regnarent. In summa, id ubicp̃ animaduertendum est, nihil eorum quæ dicit se accepisse, ita se accepisse, quasi non habuisset: habebat enim illa, utpote semper & Deus, & Verbum: Nunc aũt dicit humanitus se accepisse, ut carne eius in ipso accipiente, in posterum ea ex carne illius in nos firmiter possidenda traderent. Nam quod à Petro dictum est, accepisse illum à Deo gloriam & honorem, eo quòd Angeli ipsi subiecti sint, talem in se mentem complectitur: Vt enim interrogabat humanitus, excitabat aũt diuinitus Lazarum: ita quoque hoc uocabulum (accepit) humanitus intelligendum est: ipsa autẽ Angelorũ subiectio, Deitatem Verbi demonstrat. Desinite igitur, ô Deo odibiles, & ne humilietis Verbum, néue adimatis eius Diuinitatem quæ Patris est, tancp̃ illius, qui aliqua necessitate, uel ignorantia laboret, ne, quæ uestra sunt, in

Christum

Christum conijciatis, ut tum Iudæi faciebant, qui illum lapidabant. Non enim Verbi quatenus Verbum est, ista sunt propria, sed hominum: & quemadmodum spuente illo, manumq; extendente, & Lazarū euocante, non dicimus illa hominis esse miracula, etiamsi per corpus cōficiebantur, sed Dei: ita quoq; cum humana de Saluatore in Euangelio referuntur, perpensa considerataq; indole eius dicti, si aliena abhorrētiaq; uidebuntur, non Diuinitati eius, sed humanitati attribuēda sunt. Si enim Verbum caro factum est, ergo carni & sua qualitas, diuersæq; à Verbo affectiones sunt: rursum si caro in Verbo Deum gestat, gratiam inde cōmodaq; percipit. Certe, quanq; opera Patris per carnem faciebat, nihilo tamen minus affectiones carnis in eo apparebant. Quale est, quòd interrogabat, & excitabat Lazarum: increpuit Matri, Nondum (inquiens) uenit hora mea: & statim aquam in uinum mutauit, quia uerus Deus erat in carne, & uera caro in Verbo: ideoq; ex operibus quidem prodebat suam diuinitatem, ex carnis uerò affectionibus declarabat se uerum corpus gestare, quod illi suum ac proprium erat. Cum igitur res sese ita habeat, agite, dictum illud de die, & horam quam nemo nouerat, ne Angeli quidem aut Filius, excutiamus. Hic imprimis & magnopere ignari & cæcutientes, magnam existimant se in eo dicto habere suæ hæreseos causam. Ego aūt eos hoc ipsum caussificantes, & sese instruentes ueluti gigantes, iterum Deum oppugnare conspicio. Dominum enim cœli & terræ, per quem omnia facta sunt, reum ignorantiæ faciunt de die illa & hora: & Verbum, quod omnia nouit, condemnatur ab eis, quasi qui diem illum ignotum habeat: & Filius, qui cognoscit Patrem, incessitur de insciti a diei et horæ: huic insaniæ, quam (quæso) parem inuenias? Per Verbum omnia facta sunt, & tempora & rerū agendarum articuli, nox item & dies, & uniuersa rerum natura: & opifex ab istis fertur suum opus non intelligere? Atqui ipsa series lectionis ostendit, Filium Dei illam diem & horam probe scire, etiamsi Ariani sua insciti a in præceps ruant. Vbi enim dicit, ne Filius quidē, ibi discipulis recenset ea, quæ diem illam antecedunt, dum inquit, ista & ista futura sunt, ac tum denique finis. Iam, qui ea, quæ diem illam antecedunt, eloquitur, omnino in cognitione sua diem habet, quæ post res prænunciatas subsequutura est. Si enim diem nesciret, nunquam ea, quæ diem anteueniunt, designasset: quippe, ignarus quando ea hora futura esset. Ac ueluti, si quis domum aut ciuitatem ignaro, certis signis describere cupiens, ea quæ ante domum uel ciuitatem consistunt, percenseat: & post omnia designata loquatur, iam deinde in proximo tibi est ciuitas aut domus, certe fieri non potest, ut is, qui ita rem demonstratam tradit, incognitum habeat, ubi'nam locorum domus aut ciuitas illa cōsistat: nam si id eum lateret, profecto nunquam indicauerit ea quæ prioribus locis consistunt: quin potius per ignorantiam auditores suos procul à recto diuerterit, aut inter loquendum non animaduerterit se in re significanda limites trāsmittere: Ita quoq; Dominus enarrans ea, quæ præuia sunt ante illam diem & horam, exacte nouerat, nequaquam ignarus quando 'nam illa hora & dies immineret. Cæterū, qua de causa, quum rem cognitam haberet, non diserte eam, dilucideq; discipulis expresserit, nefas quidam arbitror in id arcanum curiosiùs inquirere, quod

Ioan. 2

ipse

ipse tacitum celatumq; esse uoluit. Quis enim norit mentem Domini? aut quis eius consiliarius fuerit? Sed tamen, quur ita sermonem temperarit, ne Filium quidem hoc cognitum habere, quum hoc omnium optime cognosceret, ne id quidem infidelibus obscurum arbitror, eum hic per carnem hominis more, & ex persona hominis locutum esse. Neq; est ut aliquid detrimenti Verbo Dei accidisse putes, quum ignoratio ista ad humanam naturam, cui id peculiare est, solummodo pertineat. Et hoc ipsum eleganter deprehendas, si quo tempore id Dominus locutus est, cum bona conscientia expendas. Non enim in creando cœlo, neq; quum apud Patrem omnia disponebat, neq; anteq; homo fieret: sed cum Verbum caro factum esset, hoc sermone usus est: atq; ideo quicquid post hominem sumptum humanitus loquitur, ea omnia par est humanitati asscribi. Verbi enim proprium est, cognoscere quæ fecerit, horumq; principium & finem non ignorare, quũ eius sint opera: noritq;, quot & q; diuturna ea in condendo esse uoluerit: quapropter si nec rerum singularum principia, nec terminos ignoret, omnino etiam nouerit uniuersalem & communem omniũm finem. Certe in Euange
Ioan.17 lio, ubi de se humano more loquitur, Pater (inquiens) uenit hora, glorifica Filium tuũ: clare præ se tulit de ultima hora uniuersitatis eiusq; fine, ut Verbum quidem, se cognitionem habere, ut hominem uero, in ignoratione uersari. Siquidem hominis proprium est, ignorare, ac præcipue ea, quæ sunt istius generis, & in eo ipso proprium quiddam est beneuolẽtiæ Saluatoris nostri aduersus nos homines. Siquidem homo factus, non erubuit propter carnem ex natura istarum rerum insciam, se ignarum fateri, ut ostenderet se eius rei conscium, ut deum, sed tamen carnaliter ignorare. Quapropter non dictũ est ab eo, ne Filius quidem Dei, ne Diuinitas ignorare uideretur, sed simpliciter ne Filius: ut Filij hominis ista ignoratio remaneret. Atque ea de causa, quum de Angelis loquitur, non addidit altiorem gradum, ut diceret (neque Spiritus Sanctus) sed illud obticuit, duplici ratione rei fidem adstruens: nam si admittas Spiritũ scire, multo magis Verbum quatenus est Verbum, à quo etiam Spiritus accipit, id non incognitum habere admittas. Hic autem, quum de Spiritu taceat, manifesto prodit se de humano suo ministerio locutum fuisse has uoces (ne Filius quidem), eaq; res argumento est, eum humanitus isthic loqui, cum ait, ne Filius quidem nouit: æque tamen clare ostendit sese diuinitus omnia scire: quum enim dicit: Filium diem illam ignoLuc.10 rare, hunc eodem tempore Patrem cognoscere affirmat: Nemo enim (inquit) cognoscit Patrem, nisi Filius: Nemo autem non, præter Arianos, confiteretur, eum qui Patrem cognoscit, multo magis cognoscere uniuersitatem rerum: in qua omnium finis & exitus cõtinetur: quòd si iam definita est dies & hora à Patre, certum est, eam destinationem definitionemq; per Filium decretam esse, nouitq; ille ipse suum ipsius statutum, quum nihil sit omnium, quod non per Filium & factum & definitum sit. Quapropter ipse ut cõditor uniuersitatis, cognitum habet, qualem, & quantam, & quàm diuturnam, & quousq; eam Pater durare uelit: & quousq; status iste rerum in sua magnitudine & latitudine sese immobiliter sit habiturus. Rursum, si omnia quæ Patris sunt, Filij sunt: Patris autem est cognoscere diem illam, ut in uer-

bis

bis Christi testatum uideas: in manifesto est igitur & Filium cognoscere, quum id ut suum & proprium habeat ex Patre. Rursus, si Filius in Patre, & Pater in Filio, nouitq; Pater diem & horam: clarum est, & Filium in Patre existentem, cognoscentemq; ea quæ in Patre sunt, diem & horam non ignorare. Iam, si Filius uera Imago est Patris, nouitq; Pater diem & horam, cui dubium, quin istius scientiæ Paternæ Imaginem Filius quoq; possideat? Miriq; nihil est, si, quum omnia per Filium creata sint, & in eo omnia cõsistant, norit ea quæ condita sunt, quando aut in singulis priuatim, aut publice in omnibus finis immineat. Cæterùm, temeritas Arianorum cum summa absurditate coniuncta, nos ad hanc apologiam descendere coegit: qui dum adnumerant Filium Dei Verbum æternum rebus creatis, eò assuetudine blasphemandi ducuntur, ut etiam Patrem ipsum, minorem rerum uniuersitate uideantur pronunciare. Si enim uerum est, eum qui Patrem nouit, non nosse diem & horam, maior ergo (quod abominor) sublimiorq; ea cognitio fuerit (quod rabiosi illi non abhorruerint dicere) qua non solum tota rerum natura, sed uel minima eius particula cognoscitur, q̃ qua Pater intelligitur. Verùm, illi ita in Spiritum Sanctum blasphemantes, certi sint, se nunquàm huius impietatis remissione condonandos esse, prout Dominus locutus est: nos autem Christi amatores qui Christum gerimus, certum habemus, Verbum, quatenus est Verbum, non quòd ignoraret, ista dixisse, conscius enim erat omnium: sed ut hominis conditionem præ se ferret, in quam istiusmodi generatio competit. Et quia carnem induerat ignorationi obnoxiam, carnaliter locutus est, se nescium esse. Certe, is qui hic dicit, ne Filium quidem id scire, & ignorationem hominum temporibus Noe habitam pro exemplo adducit, statim subintulit: Vigilate igitur, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit: Et rursus, Ea hora qua non putatis, Dominus uester ueniet: propter uos enim ego factus sum, quales uos estis. Atq; inde est quod dixi, neq; Filium scire. Oportuit enim eum, si diuinitus ignorabat, in hanc formam locutum esse: Vigilate igitur, quoniam nõ noui, & qua hora non expecto. Nunc aũt, nequaq; in eum modum locutus est, sed dum ait, uos nescitis, & qua hora nõ expectatis, satis declarauit, hominum esse ignorare, in quorum gratiam ipse similem hominibus carnem gestans, homoq; iam factus, hæc uerba protulit, ne Filium quidem id scire: si quidem carne non nouerat, quamuis ut Deus, illam ipsam horam bene cognitam haberet: quin & exemplum de Noe allegatum, Christi perduellium impudentiam ostendit: nam & illic non ita locutus est, non noui, sed non nouerant, donec ueniret diluuium. Homines quidem non norant, at ille qui illis superinducebat eluuium, Pater nouerat & diem & horam, in qua cataractas cœli adaperuit, & abyssos egurgitauit, Noeq; dixit: Ingredere tu & filij tui in arcam. Iam si ignorasset, non denunciasset Noe, adhuc septem dies & ego immittam inundationem super terram. Quòd si ex similitudine de Noe mutuata, designat diem illam, ac norat tempus diluuij, nouerat ergo diem sui ipsius aduentus. Et in comparatione de septem uirginibus clariùs indicauit, qui nam sint, qui ignorarent diem & horam, inquiens: Vigilate igitur, quia non scitis neq; diem neq; horam. Qui paulo antè dixerat, Nemo nouit, ne

Matth. 24
Matth. 24
Gen. 7
Gen. 7
Matth. 24
Luc. 10

Filius

Filius quidem:nunc,non inquit,ego non noui: sed uos non nouistis. Eadē igitur ratione percontantibus discipulis de fine mundi, recte tum temporis hæc uerba prolocutus est,necꝫ Filium scire,idꝯ carnaliter respectu sui corporis,ut palàm fieret,se ut hominem ignorare,quia hominum est,ignoratione laborare.Nam si Verbum est,& ille ipse est qui uenturus est,idemꝯ et iudex & sponsus,latere eum non potest,quando, & qua hora uenturus sit, & quo tempore dicturus est:Excitare qui dormis,& resurge ex mortuis,& illustrabit te Christus.Nam sicuti ut homo cum hominibus esurit,& sitit & patitur,ita cum hominibus,ut homo,non nouit.Cæterum, quatenus in Patre diuinitus existit,ut Verbum & Sapientia, eatenus certe eum non subterfugit,nec est quippiam omnium, quod illi in occulto sit:ita uicissim humanitùs de Lazaro quærit,quo cum accessisset, eum excitat, non ignotum habens,unde & ex quibus locis eius animam reuocari oporteret.Maius certe grauiusꝯ scire,ubi anima erat,quàm ubi corpus situm esset, sed humanitus percontatur,ut diuinitus excitaret:ita quoqꝫ à discipulis,ubi in partes Cæsareæ progressus esset,percontatur,quamuis id sciret, priusquàm à Petro responderetur.Si enim pater reuelauit Petro de quibus Dominus percontabatur,res manifestaria est, per ipsum Dominum hanc reuelationem Petro
Luc.10 contigisse:siquidem ipse dicit,Nemo nouit Filium,nisi Pater:uel Patrem,nisi Filius,& cuicunqꝫ Filius reuelauerit.Iam, si per Filium, Patris Filiꝯ cognitio reuelatur,in ambiguo non est,quin ipse Dominus,qui percontatur,cum prius reuelasset Petro, ea quæ ex Patre cognouerat, postea humanitus ista interroget,ut & illud ostenderet,quòd quæ carnaliter scisitabatur, ea quū Petrus dicturus esset,diuinitus cognosceret.Nouerat igitur istud Filius,qui nouit omnia,& Patrem suum cognitum habet: qua cognitione nec maius, nec perfectius quicquam fuerit.Hæc quidem sufficiunt ad eorum refutationem:mihi tamen libido est,uicissim interrogare,quò ueritatis hostes, Christiꝯ perduelles magis appareant.Apostolus in secunda ad Corinthios epi-
2.Cor.12 stola in hunc modum scribit, Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, nescio, siue extra corpus, nescio:Deus autem scit.Quid igitur dicitis? nescit ne Apostolus, quid sibi acciderat in uisione? quantumcunqꝫ dicat se nesciuisse:quòd si illum affirmetis nesciuisse, uidete ne qui nō assueti estis cadere, in Phrygum iniquitatem decidatis,qui asseuerant nesciiisse Prophetas,Verbiꝯ ministros,quid facerent,aut de quibus renunciarent.Contrà,si pronuncietis Apostolum dicentem se nesciuisse, nulla isthic ignorantia laborasse, quū haberet in se Christum sibi omnia reuelantem,qui(quæso)non fueritis peruersissimo & reprobissimo animo quū asseueretis Apostolum dicentem se ignorare,scire? & Dominum itidem dicentem se ignorare,nescire? Nam si ideo quia Filius Dei in Paulo erat, nouerat Paulus,quæ dicit se ignorare: quur non multo magis ipse Christus norit,quantumcūꝯ dicat sese ignorare? Apostolus igitur reuelante Domino norat,quid sibi acciderat:nam ideo locutus est,Noui hominem in Christo, & quum nouisset hominem,nouerat quomodo ille raptus esset. Certe Helizæus nouerat quomodo Helias assumptus esset, uerùm quamuis rem certam haberet, tamen discipulis Prophetarum existimantibus Heliam in aliquem

quem montium abiectum esse, principio quidem conscius eorum, quæ uiderat, operam dabat, ut persuaderet id quod res esset: sed ubi illi acrius instarent, silentium tenuit, siuitq; eos ad inuestigationem digredi. Quid igitur? an quia tacuit, rem incognitam habebat? minime gentium, sed tamen quasi ignarus id illis concessit, ut ita negocij fide percepta & rebus exploratis, nihil ulterius ambigerent de Heliæ assumptione. Igitur multo magis Paulus, qui ipse raptus fuit, nouerat quomodo raptus fuerit: siquidem & Helias idem cognitum habebat: à quo, si interrogatum fuisset, dixisset forsitan qua ratione assumptus esset: sed tamen se nō nouisse Paulus dicit, duabus, ut ego existimo, de causis: quarum alteram ipse elocutus est, ne propter excessus reuelationum alium quis eum arbitraretur præ eo quem uidebat: altera deinde causa, ne, quum Saluator se nescire dicat, si ipse se scire fateretur, seruus supra Dominum suum, & discipulus supra Magistrum esse uideretur. Igitur qui Paulo dederat, ut sciret, multo magis ipse scientia instructus fuit. Nam cum diceret ea quæ diem illam præcedebant, nouerat utiq; quando dies illa & hora uentura esset: eius tamen rei quum conscius esset, inquit: ne Filius quidem nouit. Qua gratia igitur dixit per id tempus se nescire, quod ipse, ut Dominus, in sua potestate & cognitione habebat? Ego rem peruestigans, quatenus per coniecturam licet, existimo nostræ utilitatis causa id ab illo factum esse, sed utinam præbeat ille nostræ intentioni intellectum ueritatis: pro mea ergo opinione, utrobiq; Seruator id quod nobis utile erat, procurauit: quippe, qui omnia quæ finem antecederent, præindicarit, ne, ut ipse quoq; uerbis suis præmonuit, ad prodigia illa obstupesceremus, aut turbati percelleremur, sed ex illis finē qui subsequeretur, expectaremus. De die uero & hora, quū diuinitus omnia sciret, carnaliter tamen ob carnem ignorationi obnoxiam, dixit, se eius rei ignarū esse, ne percontantes discipulos, si nulla responsione dignati essent, molestia afficeret, aut reddito responso, contra illorum nostrumq; omnium utilitatem id faceret. Illud plane pro nobis est, q̄ propter nos caro factus, dixerit, ne Filiū quidē id scire. Nec enim in eius uerbis falsi quicq; fuerat, pro hominis enim ratione loquebatur, Non noui: neq; reliquit discipulis occasionem, qua se ad dicendum premerēt. Eo enim q̄ dicebat se ignorare, refrenauit illorum curiositates. Certe in Actis Apostolorum scriptum habetur, quando ueheba-
tur ab Angelis, hominum more adscendens efferensq; in cœlum quam gestabat carnem, quo tempore discipuli hoc intuentes, rursum percontabantur; quando finis futura esset, & quando eius aduentus expectandus, diserte illis & expresse locutus est: non est uestrum cognoscere tempora & rerū Act. 1
agēdarum articulos, quos Pater collocatos habet in sua potestate, neq; per id tempus dixit, ne Filium quidem scire, quemadmodū antea humanitus dixerat, sed non est uestrum scire: iam enim quum caro illius resurrexerat, deposueratq; mortalitatē, ac Deificata esset, non decuit eum carnaliter respondere, utpote iam in cœlum adscendētem, sed ut diuinitus nos doceret, non nostrum esse scire tempora & articulos rerum, quos posuit Pater in sua potestate, sed accipietis uirtutem. Quæ aūt potestas est Patris, nisi Filius? Christus enim Dei Potentia & Dei Sapientia. Nouerat igitur ista omnia Filius,

utpote Verbum & Ratio Patris, & hoc ipsum suis uerbis satis præ se ferebat, minime se eius rei ignarum esse, non aliter q̃ si ad istum modum dixisset: Noui quidem illud, sed non est uestrum scire. Propter uos enim in monte sedens carnaliter locutus sum, ne Filium quidẽ scire, idq; propter uestrũ & omnium cõmodum. Vtile est enim uobis tum de Angelis, tum de Filio istiusmodi negationem scientiæ audire, idq; propter errores, qui alioqui postmodum suboriri possent, ne dæmonibus Angelorũ figuram assumentibus, & de cõsummatione seculi inceptantibus loqui, ullam fidem haberetis, utpote earum rerum ignaris. Et si Antichristus transformata specie asserit se Christum esse, ac de futura cõsummatione instituit loqui, quò audientes in errorem abducat: uos contrà, nostra præmonitione instructi, quod ne Filius quidem id sciat, omnem illi fidem abrogetis. Est & alia ratio, cur inutile sit finem, aut finis diem præsciri, ne si is mature prænoscatur, tempora intermedia neglectim habeãtur, & cõperhendinationibus utant̃ usq; ad dies fini conterminos, ac tum demum causam se habere existiment, cur uigilantes sint. Ideoq; & finem cuiusq; quæ per mortem obuenit, silentio texit: ne occasione istius scientiæ inflati, pro maiori parte temporis, sese negligentes habeant. Ergo utrunq;, & uniuersitatis rerum mundiq; finem, & uniuscuiusq; exitum celatum uoluit. Nam in uniuersitatis fine, finis quoq; singulorum: & in singulorum fine, uniuersitatis finis consummatur: ut rerum incerti, & semper expectatione suspensi, quotidie quasi citati proficiamus, enitamurq; ad ea quæ à fronte sunt, obliti interim eorum quæ à tergo relinquuntur. Quis enim certus diei, in quem finis destinatur, non mediis temporibus supersedere solet? contrà, qui eius rei ambiguus est, singulis diebus se promptum exhibet, eaq; de causa dictis istis subiunxit Seruator: Vigilate igitur (inquiens), quoniã neq; à uobis scitur, qua hora Dominus ue-
Matth. 24 ster uenturus sit. Et, Qua hora non putatis, Filius hominis ueniet. Ergo, ob utilitatem quæ in ignoratione sita erat, dictum est hoc à Saluatore. His em̃ uerbis hoc egit, ut semper accincti & expediti essemus: quasi diceret, Vos quidem nescitis, ego tamen qui Dominus sum, cognitũ habeo, quando statuerim aduenire, etiamsi Ariani me, qui Patris sum Verbum, non expectẽt. Dominus igitur cui melius q̃ nobis exploratum fuit, id ad nostrum commodum cedere, ea ratione discipulos suos cautiores reddidit, atq; inde postea factum est, ut illi ea admonitione instructi, reliquorum errores emendauerint, & imprimis in eo ipso Thessalonicẽsium. Cæterùm, quia Christi perduelles ne ita quidem in se subsidentes cõtrahuntur: libet, quamuis certum mihi sit ipsos habere cor Pharaone obduratius, rursum super his rebus interrogare. In paradiso percunctatur Deus ex Adam, ubi nam esset? à Cain itidem exquirit, ubi Abel frater ipsius esset? Quid igitur isthic dicitis? Si enim eũ ignorare arbitramini, atq; ea de causa interrogationes facere, iam hoc ipso uos Manichæis adiungitis: horum enim est istiusmodi temeritas: Sin aũt publice metuitis Manichæi appellari, necessitas ipsa è uobis extorquebit, ut fateamini, illum minime ignarum interrogasse. Quid absurdi igitur hic, aut quid miri uestris oculis apparet, cur ita uos in ruinam detis, si Filius Deus carnem indutus, ut homo, ex discipulis sciscitetur? nisi scilicet uobis

bis iam ut Manichæis obtrectare libeat, etiam illi interrogationi quæ cum Adamo est habita? Credo id quoq; (quæ est uestra peruicacia in uestris erroribus) quippe, qui ubiq; uicti, tandem etiam uerbis quæ Lucas habet, inceperitis obmurmurare, recte dictis malam & peruersam sententiam affingentes. Sed proferamus ea in medium, ut uel ita eorum peruersus animus innoteſcat. Ait enim Lucas: Iesus profecit sapientia & proceritate & gratia coram Deo & hominibus. Verba quidē ita se habent, sed tamen necessum, ut eos, qui hic offenduntur, uicissim quasi Pharisæos, aut Saducæos interrogem, de quo nam hic Lucas uerba faciat? facit autem de Iesu Christo, sed quid? est ne ille homo, ut uulgus hominum? an deus humanitate & carne indutus? Quod si uulgaris est homo, esto, ut pro cōditione aliorum hominum profectus capiat: At istiusmodi est Samosatensis sententia, quam uos toto animo & ope fouetis, titulo duntaxat Samosatensium, ob metum hominum, repudiato. Quòd si non simpliciter homo est, sed Deus carne indutus, quod omnino uerum est: Verbum enim caro factum est, & Deus cum esset in carnem descendit, quē nam potuit habere profectum, quum par æqualisq; Patri existeret? aut ubi nam (quæso) habuit incrementum Filius, qui semper est in Patre? Si enim cū semper sit in Patre, proficiat, quid nam (quæso) ulterius Patre est, ut inde suum profectū capiat? Pulchrum est hic eadem repetere, quæ de capiendo & glorificando superius tractauimus. Quòd si, quum homo esset, tum tandem incepit proficere: certum est, eum, antequā homo fieret, imperfectū fuisse, & carnē ipsum potius meliorē reddidisse, quàm ipse carnē. Rursum, si Verbum, si Verbum quum esset, proficiebat, qui maior effici potuit, quàm Verbum, & Sapientia, & Filius, & Virtus Dei est: hæc enim omnia Verbum existit. Cuius, si quis, quasi radij alicuius, particeps quoquo modo esse potuit, is statim inter homines omnino perfectus est, & par Angelis efficitur. Nam & Angeli, & Archangeli, Dominationes, Throni, & reliquæ potestates Verbi participes effecti, uident perpetuo faciem Patris eius. Quomodo igitur, qui alijs perfectitudinem præbet, ipse inferior posterioriq; illis profectus capit? Angeli enim humanæ illius natiuitati inseruierunt, & quod à Luca refertur, post Angelorum ministeria gestum refertur. Quomodo igitur ulla ratione in hominis cogitatū descendere potuit? aut quomodo Sapientia in Sapientia progressus fecit? aut quomodo is qui alijs gratiam donat, ut Apostolus Paulus testatur per uniuersam epistolam, gratiam ab illo donari pronuncians: Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus uobis: ipse in gratia profecit? aut enim mentiri Apostolum dicant, aut Filium Sapientiam esse negēt: aut si Sapientia est, ut Salomon loquitur, & Paulus scribit: Christus inquiens Dei Virtus, & Dei Sapientia, quem (quæso) Sapientia profectum cepit? homines certe, neq; id mirum, quum ex numero creaturarū sint, extendi aliquo modo ampliariq; & progressus facere in uirtute possunt, ac proinde Enoch translatus est, & Moses crescens proficiebat. Isaac quoq; ætate proficiens, reddebatur magnus: & Apostolus dixit, ut quotidie protenderemur ad ea quæ ante nos sunt. Quisq; enim habuit in quo proficeret, respiciens ad ulteriorem gradum: contrà uero Filius eius, qui solus est Deus, qui

Luc. 2

1. Cor. 3

(quæso)habere potuit,quo ulterius porrigeretur? ſiquidē omnia in ipſum reſpicientia progreſſus faciant, ipſe uero cum unus ſit, in uno Patre exiſtit, extra quem extendi non poteſt: ſed quia in eo manet,in æternū exiſtit.Hominum igitur eſt proficere,Filius autem Dei quandoquidem non habebat quo proficeret, utpote perfectus exiſtens in ſuo Patre, humiliauit ſeipſum pro nobis,ut in illius humilitate nos magis ac magis increſceremus. Incrementum autem noſtrum non aliud eſt, quàm ut à ſenſibilibus abſiſtamus, & in ipſo Verbo gignamur.Siquidem illius humilitas nihil eſt aliud quàm caro noſtra ab illo ſuſcepta.Non igitur Verbum quatenus Verbum proficiebat:quippe perfectum ex perfecto Patre, nulliusq; rei egens, ſed quòd alios ad proficiendum euehat. Cæterum, etiam hic humano more de profectu locutus eſt, eò quòd hominum ſit proficere. Nam & Euangeliſta accuratè cautéq; uerbis iſtis uſus, profectui magnitudinem ætate comparatā aſſociauit. Verbum autem Deus quantitate non menſuratur,ſed quantitates corporibus attributæ ſunt:corporis igitur erat proficere,quo proficiente,profecit in eo exhibitio Deitatis,coram illis qui ipſum uidebant. Quanto autē magis diuinitas reuelabatur,tanto plenius gratia creſcebat,ut hominis apud homines. Infantulus enim geſtabatur, puer aūt factus remanſit in templo,ſacerdotesq; interrogauit de lege: paulatim aūt corpore adoleſcente, Verboq; ſeipſum in corpore manifeſtante,factum eſt deinde ut agnoſceretur pro Filio Dei, primum quidem à Petro, poſtea deinde ab omnibus. Iudæi aūt tum priſci,tum neoterici iſti,ultro oculos ſuos conniuenter claudunt, ne uideant illud proficere in ſapientia, id non eſſe ipſam Sapientiam proficere,ſed humanitatem potius in ſapientia progreſſus facere.Ieſus autē profecit ſapientia & gratia.Quòd ſi diſertè, ſed tamen cum fide loquēdum eſt,ipſe in ſeipſo profecit, Siquidem ſapientia in ſe ipſa domum ædificauit, & in ſe ut domus proficeret,author fuit:quid nam aūt iſte profectus eſt, niſi ut ſuperius dixi,Diuinitas & gratia,quæ à Sapiētia hominibus datur,expuncto in hominibus peccato, deletaq; corruptione ad ſimilitudinem cognationemq; corporis Verbi. Ita enim augeſcente magnitudine corporis, unà creſcebat in eo Diuinitatis manifeſtatio, innoteſcebatq; apud omnes ipſum eſſe templū Dei,Deumq; in eius corpore exiſtere. Quòd ſi uero cauillentur Verbum carnem effectum, Ieſum nuncupatū fuiſſe, & in eum referant iſtud uocabulum, profecit, audiāt ergo, ne ita quidem id diminuere Paternam lucem, hoc eſt Filium:quū potius oſtendat Verbum hominem eſſe factum, & Verbum carnem geſtaſſe: idq; quemadmodū carne paſſus eſt,& carne eſurijt, & carne fatigatus fuit:ita quoque pro ratione conditionēq; ſuæ carnis,in ſapientia profeciſſe.Non enim ſegregato Verbo abiunctoq; à corpore, profectus iſte, qualis is eſt de quo loquimur, obuenit: ſed quia in carne erat quæ proficiebat, ideo eius, quod in carne ipſius cōtingebat,fuiſſe dicitur. Quod tamen ideo factum eſt,ut hominum profectus inoffenſus & ſine lapſu ob ſocietatem Verbi permaneret.Nō igitur ille Verbi profectus fuit,neq; item caro Sapientia, ſed Sapiētiæ corpus facta eſt caro. Ideoq;, ut prolocutus ſum, non Sapientia quatenus ipſe Sapientia eſt, progreſſus fecit: ſed humanitas in ſapientia profecit, tranſcendens paulatim

tim humanam naturam, deificata nimirum & organum Sapientiæ facta, ut per eum suam energiam exerceret, sapientiaq; inde eluceret, omnibusq; innoteſceret: ac proinde nequaq; locutus est, Verbum, quod Filius Dei est, profecit, sed Iesus, quo nomine Dominus iam homo factus nūcupatus fuit, ut sit humanæ naturæ istiusmodi profectus, quemadmodum superius admonuimus. Igitur, quemadmodū proficiente carne, ipse dicitur proficere, idq; ob proprietatem eius cum corpore: ita quoq; ea, quæ circa mortē obtigerunt, ut conturbari, lachrymari, eodem sensu accipiēda sunt. Sed illi sursum deorsumq; circūcursitantes, & quasi inde hæresim suā cōstituere possint, Ecce, inquiunt, lachrymatus est, dixitq; spiritum suum turbatum esse, deprecatusq; est ut calix transiret: quomodo igitur is, qui ista locutus est, Deus fuerit? aut Verbum Patris? Scripta sunt ista quidem quòd fleuerit, ô dei perduelles, & quòd turbat⁹ fuerit, dixeritq; : Deus meus Deus meus ut quid me dereliquisti? &, Transeat à me calix iste: scripta inquā sunt ista, quis negat? Sed ego uellem uicissim & uos respondere: nam singula uestra elidenda sunt, si homo merus est, qui ista loquitur: lachrymetur & horreat mortem, ut homo: sin aūt Verbum est in carne (nam eadem dicere non debemus grauari) qui potuit Deus timere? aut unde mortem timeret, quum ipse Vita esset, aliosq; è morte liberaret? aut qua ratione dicere potuit, ne timeatis eos qui corpus occidunt, si ipse timebat? aut quomodo cum Abraham colloquium conferens ita locutus est? Noli timere, quia ego tecū sum. Esa.43 Mosemq; audacia corroborans contra Pharaonem, aut uerba faciens cum Iesu Naue, ausus est dicere, fortificare & uir esto? cum ipse expauerit Herodem & Pilatum, & quum aliis se opitulatorem præbuisset, ne metum conciperent? Dominus enim, inquit, adiutor meus, non timebo quid mihi faciat homo: si ipse qui Dominus est mortaliū, mortales præsides expauerit? Psal.55 & uadens contra mortem, mortem exhorruerit? Qui (quæso) nō absurdū impiumq; hunc dicere mortem aut infernum exhorruisse, ad cuius conspectum ianitores inferorum metu se contraxerunt? Quòd si pro uestra opinione, expauerit Verbum: cur, quum multo ante denunciaret sibi à Iudæis insidias fieri, non maturè sese in fugam abripuit? sed contra, quum ad mortem quæreretur, sua semet ipsum uoce indicauit, Ego sum, inquiens? poterat enim non mori, ut ipse professus est, quum diceret, Habeo potestatem Ioan.19 deponendi animam meam, & habeo potestatem desumendi eam, & nullus eam aufert à me. Verū ista quæ exprobratis, non propria sunt naturæ Verbi, in quantum Verbum est, sed eatenus eius sunt, quatenus Verbū in carne erat, quæ istiusmodi affectus patiebatur ô Christi perduelles, ingratiq; Iudæi. Quippe cum ista referātur acta non ante carnem sumptam, sed tum deniq; cum Verbum iam caro factū esset, & homo iam existeret. Tum demū inquā scriptum est, eum ista humanitus dixisse, quamuis interim & Lazarum à mortuis excitarit, & ex aqua uinum fecerit, & cæco à natura uisum restituerit. Atq; adeo qui hæc humanitus dixit, idē quoq; est, qui hæc uerba protulit. Ego & Pater unum sumus. Si igitur ex humanis rebus causam Ioan.10 ducunt, cur humilia sentiant de Filio Dei, uel potius illum ex toto hominem putent, & è terra & cœlo cōstare arbitrentur, cur non ex diuinis ope-

ribus eum Verbum illud esse percipiunt quod in Patre est: ut tandem abnegent suam impietatem. Datur enim illis uidere eum qui ista faciebat, eundē esse qui corpus patibile exhibebat, quatenus permittebat sibi, ut lachrymaretur, ut esuriret, & ea quæ sunt propria corporis in se apparerent. Inde enim innotescebat, eum, quum Deus esset impatibilis, carnem patibilē assumpsisse. Ex operibus aūt palàm faciebat, se Verbum Dei esse, ac postmodum hominem esse factum, quasi qui de se dicere uellet, Si, quia uidetis humanum corpus mihi circūpositum, non potestis credere, saltem operibus
Ioan.14 credite, ut cognoscatis q̄ ego in Patre sim, & Pater in me. Planè mihi uiden
Ioan.20 tur impudentiam simul & blasphemiam induisse isti Christi perduelles: audientes enim, Ego & Pater unum sumus, uim faciunt sentētiæ, quo eam male interpretando corrumpant, dirimant q̄ unitatem Patris cum Filio: Contrà, cum audiūt eum fleuisse, passum esse, sudauisse, nihil omnino hic ad corpus respiciant, sed prorsus ob ea eum creaturis adnumerandum putent, per quem rerum natura condita est. Quid igitur isti à Iudæis differunt? ut enim Iudæi, Dei opera blasphemantes Belzebub asscribebant, ita quoq̄ & isti Dominum istiusmodi operum Authorem creaturis adnumerantes, eandem cum illis inexpiabilem sustinebunt condemnationem: Atqui dece-
Ioan.10 bat eos dum audiunt, Ego & Pater unum sumus, animaduertere ac intueri, unam esse in illo Diuinitatem proprietatem q̄ substantiæ Paternæ, & uicissim dum aiunt de fletu illius, alīs q̄ id genus, ea agnoscere ad corpus pertinere, corporis q̄ propria esse: maxime cum suppetat in utroq̄ genere proba distinctio qua offensam declines: quatenus illa, ut de Deo scripta sint, ista uero ut de homine. Non enim in incorporeo ea quæ corporis sunt locū habere potuissent, nisi corpus putrefactile & mortale assumpsisset. Maria enim mortalis fuit, unde corporis naturā suam accepit, ac proinde fieri non poterat, quin quum esset in corpore patiente, lachrymante, fatiscente, sibi quoq̄ unà cum corpore ea dicerentur accidere quæ propria sunt solius carnis. Siue igitur prolatum fuit, siue conturbatio facta est, nihil id ad Verbū, quatenus Verbum, quod neq̄ plorauit, neq̄ conturbatū fuit, sed propriè ad carnem pertinebat. Siue preces fudit, ut calix trāsiret, alienum id quoq̄ à Diuinitate, quæ nullo metu tenebatur, sed proprium id humanitati. Idem censendū ubi dicit, cur me dereliquisti? nam id quoq̄ quasi eius est, ad eam rationem, quam superius tradidimus: Quanquā re uera ipsum Verbum nihil patitur, cum nullis passionibus obnoxium sit, sunt tamen omnia ista de eo ab Euāgelistis dicta, quia homo erat factus, ac proinde ad eum ut ad hominem referūtur, ut hæc mala carnis alleuans & attollens, cæteros tutos & liberos ab eorum contagione redderet: Neq̄ enim à Patre relinqui potuit, qui semper in Patre est, & antequā hāc uocem ederet, & postquā edidisset: neq̄ par est illum timuisse, quem ianitores inferorū præ metu ex orco, abire permiserunt, adapertis monumentis, multis q̄ corporibus Sanctorū resurgentibus, quæ suis apparuerunt. Igitur obturentur ora omnium hæreticorum, uereantur q̄ statuere in Domino pauorem, quem mors quasi draco refugit, quem tremunt dæmones, & mare extimescit, per quē cœli scindun-
Psal.22 tur, & omnes potestates cōcutiuntur. Ecce enim dicente eo, cur me dereli-

quisti?

quisti? ostendit Pater se, ut semper antea, ita tum quoq; in Filio fuisse. Siquidem terra Dominum suum loquentem sentiens, statim intremuit, uelũ resciſſum est, sol sese in tenebras abdidit, saxa dissilierũt, & qui in saxis mortui siti erant, excitati fuere: & quod in primis admirabile est, illi qui tum aderant, quamuis antea increduli, postea tamẽ uerbis professi sunt, uerũ eum esse Filium Dei. De eo porro quod dixit, si possibile est, transeat à me calix iste. Disce eum qui ista loquitur, antea Petro increpuisse, cum diceret, eum ea non sapere quæ Dei, sed quæ hominum essent. In uotis erat hoc ipsum quod deprecabatur, ut qui eius rei gratia uenerat. Cæterùm, ut eius erat id uelle, qui ea de causa uenerat, ita carnis erat expauescere, ac proinde ut homo hanc uocẽ edidit, utrunq; tamen ab eo dicebatur, ut ostenderet se Deũ esse, quatenus mortem uolebat: hominem autem, quatenus carnem gestaret metu concitatam, propter quam attemperauit suam uoluntatem humanæ infirmitati, ut metu mortis abolito, audacem redderet hominem aduersus mortem. Ecce tibi rem planè admirabilem: quem enim ueluti per pauorem loqui existimant Christi perduelles, iste alios homines incõsueto alioqui pauore interritos reddit. Certè, Beati Apostoli postea istinc animati, ita mortem cõtempserunt, ut non curarint iudices à quibus damnabantur, sed dicerẽt, obediendum esse potius Deo, quàm hominibus. Alíq; itẽ martyres ea fiducia audaciaq; fuere, ut crederent sese potius ad uitam transire, quàm mortẽ sustinere. Qui (quæso) non absurdũ fuerit, famulos Verbi de fortitudine admirationi esse: Verbo autẽ ipsi timiditatẽ asscribere, cuius ui & ope ita illi mortẽ uilipenderunt. Cæterum, ex Sanctorum Martyrum tolerantissimo proposito, & fortitudine ostenditur, Deitatem non fuisse in timore: sed nostrum illum fuisse timorẽ, quem sustulit Saluator. Vt eñ morte mortem abrogauit, & humanitus omnia humana: ita solito pauore nostrum pauorem ademit, illudq; effecit, ne homines mortem timerent. Ista igitur simul & dixit & egit, quia humana erãt, ut hanc uocem æderet: Transeat à me calix iste, &, Cur me dereliquisti? sed tamen diuinitus idem ille soliis deliquium induxit, & mortuos excitauit. Rursum humanitus inquiens, nunc anima mea turbata est: illud aũt diuinitus dixit, Potestatem habeo ut ponam animam meam, & potestatem habeo ut sumam illam: Nam turbari carnis est proprium: potestatẽ autem habere ponendæ aut sumendæ animæ pro arbitrio & ubicunq; placuerit, non proprium est hominum, sed Potentiæ Verbi: homo quippe non ex sua potestate, sed ex necessitate naturæ idq; inuitus ac nolens mortẽ obit: Dominus contrà, ipse quidem immortalis, sed tamen carnem mortalem gestans, potestatem habuit ut deus, segregandi se à corpore, illudq; rursus assumendi quando uellet, de quo & Dauid cecinit: Non derelinques animã meam in inferno, nec dabis ut Sanctus tuus uideat corruptionem, Decuit enim corruptibilem carnem, nõ ut eius natura erat, mortalem permanere, sed ob Verbum quod ipsam induerat, incorruptibilem perseuerare. Vt enim ipse constitutus in corpore nostro, nostra imitabatur: ita & nos, illo suscepto, eius immortalitatis participes reddimur. Nulla igitur de causa scandalum Ariani cauillantur, minutimq; sentiunt de Verbo Deo, si cubi scriptum inueniant, uel quòd contura-

Ioan. 19

Psal. 15

batus fuerit,uel lachrymas effuderit, qui mihi hac in parte uidentur humano ſenſu carere,cum ignota ſit illis humanæ naturæ cõditio,& quid hominibus proprium ac domeſticum ſit. Ideoq; magis admirationi eſſe debuit, quur,quum in carne talibus paſſionibus obnoxia cõſiſteret Verbum, non prohibuerit inſidiatores,neq; uindictam ſumpſerit de interfectoribus,quũ ea res in ipſius poteſtate eſſet: utpote,qui ab alijs mortem depelleret,& extinctos è mortuis excitaret:ſed permiſerit corpus ſuum affligi. Sed ille ea de cauſa uenerat(quemadmodũ prædixi)ut corpore pateretur:quo deinde caro impatibilis immortaliſq; redderetur,& ut ubi in eum contumeliæ, cæteræq; huiuſmodi indignitates illatæ eſſent, nunq; huiuſmodi mala humanũ genus attingerent,ſed plane per eum abolerentur, ac iam deinde in æternũ incorruptibiles,ut templa Verbi permanerent. Quòd ſi Chriſti perduelles iſta cogitaſſent,ſcopumq; Eccleſiaſticum,ut ancorã Fidei,agnouiſſent,neutiquam naufragiũ circa Fidem feciſſent, neq; tanta impudentia uſi fuiſſent, ut reſiſterent etiam illis,qui ipſos à lapſu excitare conantur, nec eos potiſſimum pro hoſtibus haberẽt, qui ipſos pietatis admonitos uolunt. Sed hæreticus,ut res ipſa docet,prauum omnino & undiquaq; corruptum animũ ad impietatem habet. Ecce enim ubiq; refutati, declaratiq; nullius ſcientiæ eſſe, erubeſcere tamen nequaq; poſſunt: ſed quemadmodũ in fabulis Ethnicorum celebrata hydra,ſublatis prioribus ſerpentibus,alijſq; pullulantibus,peruicaciter contendebat nouo ſemper obiectu anguium contra eum, qui ipſi ſuos ſerpentes tollebat: ita quoq; iſti execrabiles homines animo ethnico,deiecti ab illis, quæ obijciebant, alias reperiunt Iudaicas & ſtultas controuerſias,& quaſi ueritatem hoſtem haberent,cõminiſcuntur noua,ut ita ſe magis Chriſti perduelles & oppugnatores declarẽt:quippe, qui poſt tot refutationes, quibus uel diabolus ipſe horum pater reiectus cõfuſusq; retro abijſſet,rurſum ex peruerſo corde noua alia cõminiſcuntur,& his qui dem admurmurãt: iſtis uero inſuſurrãt, alios rurſum ueluti culices bombo circumſtrepũt his uocibus utentes. Sint iſta ad iſtũ modum interpretanda, & uincite rationibus,& demonſtrationibus,ſed tamen neceſſum eſt, ut dicamus ex uoluntate & arbitrio genitum eſſe Filium à Patre, eaq; cauillatione uoluntatis & arbitrij multis dolo circũueniunt. Hoc aũt ſi quis ex orthodoxis ſimpliciter diceret, nihil eſſet quod male ſuſpicareris de hoc dicto: quippe,ubi bona mens ſuperaret ſimpliciorem loquendi modum. Nunc, quia hæreticorum ea uox, omniaq; hæreticorum uerba ſuſpecta ſint, & ut ſcriptum eſt, impij inſidias tendunt, dictaq; impiorũ doloſa:etiamſi uel ſolum innuant,non tamen id faciunt ſine peruerſitate animi. Age & illud excutiamus, quo in omnibus ubiq; coniuncti, nihil habeãt nouæ alicuius ſententiolæ,quod in poſterum ueluti hydræ excogitẽt,ut honeſta iſta loquendi ratione,& calliditate in ſpeciem credibili,ſuam impietatẽ de integro aſſeminent. Idem enim ſignificat, qui dicit uoluntate filium factum eſſe, & qui dicit,fuit, quando non erat: &, è nihilo extitit,creaturaq; habenda eſt: ſed quia iſtud palam dicere ſubuerentur, homines doloſi, alia ratione rurſus idem ſignificare conantur, idq; ſub prætextu coloreq; uolũtatis, ut quemadmodum ſæpiæ atramentum, ita ſimplicioribus tenebras offundant, ipſi

interim

interim suæ hæreseos nequaquã obliti. Vnde enim illis hoc uocabulum uoluntatis, aut arbitrij, aut ex qua denicꝙ scriptura ea depromunt, dicant mihi isti, qui uerborum suspicione laborant, & cõmentatores impietatis se præbent. Pater enim cœlitus suum Verbum reuelans, his uocibus eum notum esse uoluit, Hic est Filius meus dilectus: per Dauidem quoque locutus est, Eructauit cor meum Verbum bonum, per Ioannem item: In principio erat Verbum, rursusꝙ per Dauidem, Quoniam apud te fons est uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Paulus quoꝙ ad istum modum dixit, Qui est Imago inuisibilis Dei, Omnes denicꝙ omnibus in locis Verbum esse, existereꝙ deprædicant, neꝙ ex uoluntate aut alia ulla ratione factum esse referunt. Isti uero, ubi nam uoluntatem, priorem Verbo Dei anterioremꝙ inuenerunt? nisi fortasse omissis Scripturis dissimulanter adhibent Valentini errorem? Ptolomæus enim ille discipulus Valentini author est, increatum habere bijugum quiddam, cogitationem uidelicet & uoluntatem, ut qui primum cogitarit, deinde uoluerit, & quæ cogitabat nõ potuit producere, nisi cum uoluntatis efficacia superuenisset, inde mutuati hanc doctrinam Ariani, uoluntatem arbitratumꝙ Verbo priorem esse uolunt. Illi igitur Valentiniana sectantur: nos aũt legẽtes Diuina eloquia de Verbo quidem, q̃d erat, inuenimus, eumꝙ solũ audiuimus in Patre esse, Imaginemꝙ Patris existere. Verum de rebus creatis, quæ quia natura aliquãdo non fuere, sed postmodum superuenerunt, præcessisse uoluntatem, decretumꝙ animi diuini cognouimus, Dauide in centesimo decimo tertio Psalmo ita loquente, Deus noster in cœlo & in terra, omnia quæ uoluit, fecit: & in centesimo primo, Magna opera Domini, requisitæ ad omnia uoluntates eius: & in centesimo trigesimo tertio: Omnia quæ uoluit Dominus, fecit, in cœlo & in terra: & in mari, & in omnibus abyssis. Si igit̃ opus, aut aliquid quod factum est, aut unus ex rerum uniuersitate est, age dicatur & ipse uoluntate creatus esse: ita enim Scriptura ea quæ creata sunt, fieri docuit. Asterius autem aduocatus hæreseos his adstipulatus, ita scripsit: Si indignum indecorumꝙ est rerum opifici, ut uolens faciat, undecunꝙ ex omnibus tollatur eius uoluntas, ut ita integrius illi sua dignitas cõseruetur: Sin autẽ congruũ est Deo uelle, etiam in primo genito recipiatur id, quod melius est. Non enim possibile est uni eidemꝙ Deo in rebus faciendis congruere, ut uelit, & nolit. Immane est, quantum impietatis suis uerbis implicuit hic sophista, cui γέννημα & ποίημα idem, cuiꝙ unus ex cæteris genimatis est Filius, ita rem concludens: par esse scilicet, ut opera siue ποιήματα uoluntate placitoꝙ animi dicantur facta. Sed contra, si aliud est diuersumꝙ à cæteris operibus Filius ut in superioribus demonstratum est, & potius opera per ipsum facta sunt, ne dicatur uoluntate extitisse, ut non & ipse ita factus habeatur, quemadmodum cætera quæ per ipsum facta sunt. Nam & Paulus, quum antea non esset, postmodum tamen uolũtate Dei Apostolus factus est, eodemꝙ modo nostri uocatio, ut quæ aliquando non erat, postmodum aũt superuenerit, antecedentem uoluntatem habet: ut ipse Paulus ostendit, qui pro placito uoluntatis eius factus est Apostolus. Iam, quod per Mosen dicitur, fiat lux, & producat terra, & faciamus hominem, superius demonstratũ est, eas

Matth. 3
Psal. 44
Ioan. 1
Psal. 113
Psal. 100
Psal. 113
Gen. 1

uoces

uoces uoluntatem facientis præ se ferre. Nam quæ aliquando nõ fuere, sed postmodum aliunde fiunt, in illis ut fiant, opifex rerum uoluntatem faciendi habet: suum aũt Verbum ex natura gignens, & non prędeliberat, quum Pater in Verbo reliqua omnia, quæ uoluntate decernit, & faciat & condat.

Iac.1 Quemadmodũ Iacobus Apostolus docuit, uolens progenuit nos (inquiens) Verbo ueritatis. Ergo de omnibus regeneratis, atq; adeo, semel cõdendo generatis Dei uoluntas in Verbo consistit, in quo, quæ illi placuere, fa-

1.Thess.5 cit & regenerat, quod ipsum à Paulo Thessalonicensibus scribitur: Hæc est enim uoluntas Dei in Christo Iesu erga nos. Quòd si in eo, per quem facit, uoluntas ipsius est constituta, & in Christo est uoluntas Patris, quomodo potest ipse per uoluntatem aut animi destinationem fieri? Si enim ille ipse nostro more uoluntate factus est, necessum est, uoluntatẽ de eo conceptam in alio Verbo sedem habuisse, per quod & ipse factus sit: quum demonstratum sit, uoluntatem Dei non in creatis consistere, sed in eo, per quem, & in quo fiunt creata. Iam quia idem ex uoluntate extitisse, & fuit quando non erat, contenti sint suis istis solennibus uerbis, fuit quando non erat, ut pudore confusi, quoniam ijs uerbis tempora significantur, cognoscant se, quũ de uoluntate mentionem faciunt, tempora, quæ Filium antecesserint, constituere. Nam in illis, quæ ipsa aliquando non fuere, uoluntas præcedit, ut in omnibus rebus conditis uideas. Iam si Verbũ rerum conditor simul est cum Patre, eiq; semper coexistit, Quæ potest sempiternè existentem, ueluti non existentem, antecedere uoluntas? nam si prior est uoluntas, quomodo per eum omnia? ita enim Filius unus eorum fuerit, quæ uoluntate facta sunt, quemadmodũ & nos Verbo ueritatis facti sumus filij, nihilq; iam inde supereſt, nisi ut quæramus aliud uerbum, per quod & iste cum reliquis omnibus quæ uoluit Deus, sit conditus. Si igitur est aliud uerbum Dei, sit hoc Verbum eo uerbo creatum: sin autẽ aliud non est, ut omnino non est: nam omnia per eum facta sunt, quæ Pater uoluit: qui (quæso) non clare uideas istorum multicipitem calliditatem) qui quum uereantur illum opus esse dicere, aut factum quippiam, aut hanc sententiã proferre, non erat Verbum priusq; nasceretur, alias formulas loquendi concipiunt, eum uidelicet uolũtate extitisse, ac proinde nisi uolũtate extiterit, colligi necessario, quod Pater nolens, Filium adeptus sit. At à quonam Deo necessitas asscribitur ô sceleratissimi, qui omnia ad hæresim uestram trahitis? Id enim quod oppositum est uoluntati, animaduerterunt: id autẽ quod maius est altiusq;, non conspexerunt. Vt enim opponitur uoluntati id, quod est præter animi sententiam: ita altius est priusq; uoluntate, id quod secundũ naturam est. Domum enim uolens quis ædificat. Filium uero gignit secundum naturam: & quod uoluntate conficitur, fieri incepit, & aliunde est q; ex illo, qui facit: Filius autem propriũ Germen substantiæ Patris, non aliunde est, sed à Patre, ideoq; de illo non deliberatur, ne & de se ipso deliberare uideatur: quanto igitur re cõdita Filius est altior, tanto etiam uoluntate id quod ex natura gignitur, præstantius est. Atqui par erat eos in ijs quæ genitura & natura existunt, nihil de uolũtate cogitare. Illi uero obliti de Filio Dei sese audire, nõ uerentur humanas cõtrarietates Deo superinducere, necessitatem scilicet,

&

& præter animi sentẽtiam, ut inficientur eum esse uerũ Filiũ Dei. Alioquin dicant nobis ipsi, quod bonus est,& misericors Deus:ex uoluntate ne hoc illi adest,an non? Si ex uoluntate, ergo ante oculos patet eum incepisse bonum esse,ac fieri posse ut nõ sit bonus. Nam deliberare deligereq; in utrãq; partem momẽta sua habet,& ea affectio in naturã rationalem cadit. Quod si propter ista absurda,concedi non debet,ut ex uoluntate bonus aut misericors habeatur,audiant ipsi ergo,quorsum illorũ ratiocinationes tendant: sequitur enim,ut ex necessitate inuitusq; bonus sit. At quis est qui illi hanc necessitatem imposuerit? Quòd si absurdum est dicere in Deo esse necessitatem,ac propterea illum natura bonum esse,multo magis ueriusq; Filij sui Pater natura extiterit,& non uoluntate.Iam rursum nobis dicant (nam aduersus eorum improbam argutationem,ipse aliam superinducere uolo, audaciorem quidem,sed tamen quæ ad pietatem spectet. Tu mihi aũt Domine propitius sis.)Pater ne ipse post deliberationem, ac ubi iam hoc destinato uoluisset, talis factus est,qualis nũc est? an etiam anteq; deliberaret? necessum est enim,quum talia ausint de Verbo constituere, ut has uoces audiant,quo cognoscant suam temeritatem etiam ad ipsum Patrem pertingere. Si igitur dixerint,semel recepta ista uoluntate,& quam sibi excuti non patiantur,etiam ipsum uoluntate extitisse:qui igitur esse potuit, anteq; uoluit? aut quid plus sui habuit ex quo uoluit? Quòd si istiusmodi argutatio minime consistit, & plane absurda est,nec fas est ulla ratione talia proferri (satis enim est,si uel semel audiamus cognoscamusq; Deũ esse,qui est) qui,quæso,non irrationabile fuerit de Verbo Dei istiusmodi cogitare, uoluntateq; & cupidinem in eius natura constituenda caussificari? Sufficit enim uel solum audientes,de Verbo cognoscere intelligereq;, Deum, qui non uoluntate sua factus est, Verbum habere sibi non ex uoluntate factum, sed ex natura genitum. An non exuperet omnem insaniam uel solum id in cogitatũ admittere quod Deus uelit, consideret, eligat, & se, ut uelit, esse instiget & cohortetur,ne irrationalis sit & insipiens:sed ut Rationem siue Verbum & Sapientiam habeat,eumq; de sua essentia cogitationem cõcipere, uellet ne esse,an non? Iam , quum plurimum abominabilis sit istiusmodi opinio , rite ac pie dici potest,creaturas placito & uoluntate creatas esse:Filium aũt non uoluntate cõditum esse quemadmodum cæteras creaturas , sed naturaliter Paternæ substantiæ propriam ac legitimam Sobolem esse. Nam cum ipse sit propia Patris Ratio , fieri non potuit, ut ante ipsum ulla uoluntas ratiocinata sit:quippe, qui ipse sit uiua uolũtas Patris, ac Potestas, architectusq; eorum quæ Patri uidentur,& placent,quod ipse in Prouerbijs testatum facit,Mea est(inquiens)uoluntas & cautio, mea prudentia est, meumq; item robur. Verum,ut ipse est prudentia in qua cœlos præparauit expediuitq;: ipse item robur & potestas:Christus enim Dei Potentia,nunc nonnihil inflexa mutataq; ratione dicendi,mea inquit prudentia, & Dei Sapientia, & meum robur:ita cum ait , mea uoluntas , ipse quoque uiua uoluntas fuerit: Quemadmodũ à Propheta didicimus,illum esse magni consilij Angelum & uoluntatem Patris appellatum.Ita enim necesse est,ut redarguamus eos, qui humana de Deo cogitant.Ergo si opera,uolũtate, placitoq; emerserũt, uni-

Prouerb.8

Esa.9

uniuersáq; rerum natura cupidine,qua cupíjt hoc Deus,condita est,cumq; Paulus per uolũtatem Dei Apostolus sit uocatus,ipsaq; uocatio nostri placito uoluntateq; conciliata sit,omniaq; per Verbum facta sint: sequitur ergo ut ipse exemptus sit è numero eorum, quæ per uolũtatem condita sunt, illumq; potius esse uiuam sui Patris uoluntatem,in qua omnia sunt facta,ut
Psal.72 Dauid in gratíjs agendis dicit:Tenuisti dextram meam,& in uoluntate tua deduxisti me. Qui igitur potest Verbum,quũ sit uoluntas expetitioq; Patris,uoluntate & expetitione,ut cætera fieri, nisi denuo, ut prædixi, insanientes dicant,ipsum uel per se factum esse,uel per alium quempiam? At quis est igitur iste per quem Verbum factum est? fingant aliud uerbum,& Valentiniana æmulantes,alium Christũ nominent: Nihil enim de ea re in Scripturis: ueruntamen si fingant, semper etiam ille Christus per aliquẽ alium creatus fuerit,atq; deinde nobis ita in ratiocinando pergentibus excutiendaq; rerum ueritate, deprehendas istam hæresim impiorum multicipitem, & ad multos deos, & in immanem insaniam uergere, in qua cum creaturã, & ex nihilo conditum Filium esse uolunt, aliter hoc ipsum significant sub prætextu uoluntatis & placiti, quæ probe in rebus creatis & cõditis suum locum habent.Qui igitur non impíj? quum ea quæ sunt rerum conditarũ, ad opificem rerum conuertant? aut qui quæso non blasphemant, qui dicũt uoluntatem ante Verbum in Patre fuisse? Si enim eum uoluntas in Patre præcedit,mentitur Filius,quum dicit: Ego in Patre. Quòd si ipse quoq; in Patre sit,posterior certe & secundus in Patre esse deputabitur. Nec conueniebat illi ut diceret, Ego in Patre: quum ante eum uoluntas in Patre fuisset per quem omnia sunt facta, ipseq; propter nos sit conditus. Nam tametsi gloria excellat,nihilo tamen minus unus quoq; eorum est, qui ex uoluntate creati sunt. Vt aũt superius admonuimus, si res ita se habet, cur ille Dominus est,& cætera serua mancipiaq; exístunt? ipse enim omnium Dominus,eò quòd Patris Dominatui coniunctus adunitusq; sit. Siquidem omnis creatura ideo famula & ancilla habeatur, quòd extra Patris unitatẽ consistat,& cum aliquando non esset,esse inceperit. Oportebat certe eos, dum aiunt Filium uoluntate extitisse,id quoq; adjícere, eum cogitatu factũ esse. Idem enim cogitatum,animiq; sensum, & uoluntatẽ arbitror. Quod enim quis uult,hoc omnino sentit & cogitat:& quod sentit,hoc ipsum & uult. Ipse igitur Saluator hæc,ut germana inter se mutuaq; ratione coniuncta, re-
Prou.8 censendo copulauit sub his uerbis:Mea uoluntas & cautio, meus sensus siue prudentia,mea fortitudo. Vt enim fortitudo & tutatio idem cum potentia est, eandemq; rem significat:ita quoq; idem est prudentia & uoluntas, quod ipsum est Dominus.Sed impij non admittunt Verbum & uiuam uoluntatem Filium esse,& de Dei sensu & uolũtate humano more,quasi quæ nunc adsit,nunc absit,fabulantur:Omniaq; cõmouent, & Valentini excogitationem uoluntatemq; prætendunt, duntaxat in hoc ut Filium disiungant à Patre,illumq; negent Patris sui Verbum esse, sed potius creaturam. Illi igitur audiant,ut Simon Magus audíjt, Impietas Valentini sit uobiscũ in perditionem.Et quisq; potius Salomoni credat,dicenti,ipsum Verbum
Sap.8 esse Sapientiam & prudẽtiam: Ait enim, Deus Sapientia fundauit terram,

&

& pręparauit cœlos in prudẽtia. Vt aũt hic in prudẽtia, ita et in Psalmis: Verbo Domini cœli firmati sunt: omnia quæ uoluit Dominus, fecit. Et ut Apostolus scribit Thessalonicẽsibus, Volũtas Dei in Christo IESV est: Est ergo Filius Dei ipsum Verbũ & Sapientia, & Prudentia, & uiua Voluntas, & in eo Desiderium Patris, idemq; Veritas & Lux, & Potentia Patris est. Quòd si Sapientia & Prudentia est uoluntas Dei, & Filius est illa ipsa Sapientia, sequitur ergo, ut qui dicat, Filium uoluntate Patris ad essentiam uenisse, tantundem dicere, ac si affirmaret Sapientiam in sapientia factam esse, Filiumq; in Filio conditum esse, & Verbum per uerbum procreatum esse. Cæterum, illud cum Deo pugnat, illiusq; Scripturis aduersatur. Siquidem Apostolus nõ uoluntatis, sed ipsius Paternæ substantiæ proprium splendorem & sigillum Filium deprædicat his uerbis: Qui cum esset Splendor gloriæ, & Forma substantiæ eius. Quòd si igitur, ut prædiximus, ex uoluntate, Paterna substantia & essentia non existit, clarum quoq; est, neq; proprium illud & quod Paternæ essentiæ suum est, ex uoluntate ortum habere. Qualiscunq; enim fuerit Beata illa essentia, talem quoq; esse oportet propriam illius Sobolem. Certe, ipse Pater non dixit, iste est Filius uoluntate genitus, neq; quẽ ex placito, quòd ita mihi uideretur, obtinui: sed simpliciter, Hic est Filius meus: & quod magis, In quo mihi complacui: clare demonstrans, hoc genere uerborum, istum natura sibi Filium esse, & in eo uoluntatem eorum, quæ sibi placerent, repositam esse. Ergo, cum ex natura & non uoluntate Filius ei sit, sequitur iam ut præter uoluntatem, patriq; inuito ac nolenti Filius sit. Nequaq; id uerum est. Siquidem ille à Patre mittitur, & ut ipse loquitur, Pater diligit Filium, & omnia Filio suo ostendit. Vt enim bonus esse, nõ ex uoluntate incepit, cum tamen non inuitus nolensq; bonus sit: nam hoc ipsum quod est, cum uoluntate sua est: ita quoque quòd Filius ille sit, & si non ex uoluntate principium ductum est, non tamen inuito illi & præter sententiam Filius extitit. Sicut enim uolens cupitorq; est suæ essentiæ: ita quoq; Filius qui illi ex substantia proprius est, non est illi inuito superductus. Diligatur igitur Filius à Patre, sitq; is, quem Pater uelit: atque ita uelle & non uelle in Deo cum pietate constituendum est. Nam & Filius, uoluntate qua uult illum Pater, ea & ipse diligit & uult & honorat patrẽ: estq; una eademq; uoluntas illa quæ Patris est in Filio, ut etiam inde spectetur Filius in Patre, & Pater in Filio. Ne quis igitur secundum Valentinum antecedentem uoluntatem introducat, neue quis medium seipsum intrudat inter unicum Patrẽ, patrisq; unicum Verbum sub titulo uolendi aut consultandi. Insanierit enim, si quis inter Patrem & Filium, uoluntatem aut considerationem constituat. Aliud enim est, si dicas eum uoluntate esse factum: aliud autem si dicas, quòd eum qui iam ex natura est Filius, diligat ac uelit. Nam si dicas eum ex uoluntate esse factum, primùm, eum aliquando non fuisse significas: deinde rem utroque paribus momentis librari & urgere, adeo ut liceat cogitare de Patre q; posset non uelle sibi Filium esse, & de Filio uicissim, q; & is potuisset non esse. Impia ista audacia est, quæ pertingit usq; ad Patris substantiam. Simile enim est ac si dicas, poterat enim Pater non esse bonus, sed quemadmodum bonus semper natura: ita semper genitabilis natura Pater. Cæte-

Psal. 32
Psal. 113
1. Thes. 5
Heb. 1
Luc. 10

rum,illud dictum,Pater uult Filium,& Filius Patrem uult, non uoluntatem antecedere,& priorem tempore esse significat, sed naturę qualitatem denunciat:nihil enim nisi ingenuitatem proprietatemq; substantiæ hæc uerba prę se ferunt. Vt enim de splendore ac luce dixeris, splendorem in sui ortu non habere priorem se,& tempore præuiam uoluntatem, sed esse ipsum fœtum germenq; uoluntarium lucis,non uoluntatis respectu, aut ui, sed natura & ueritate:ita quoq; de Patre & Filio recte dixeris, Patrem diligere Filium & uelle,non tamen,ut Filius opus effectumq; uoluntatis pronuncietur,ne Valentiniana hęresis se immittat in Ecclesiam,sed ut in confesso sit,uiuam illum uoluntatem & uerè naturalem Filium esse,quasi lucis splendorem. Ita enim
Psal.44 ille dixit:Eructauit cor meum Verbum bonum. Filius quoq; congruenter
Ioan.14 locutus est:Ego in Patre, & Pater in me: si autem Verbum est in corde, ubi deliberatio? & si Filius est in Patre,ubi uoluntas? & si ipse uoluntas est,quo modo uoluntas in uoluntate fuerit? absurdum id quippe, ne scilicet etiam Verbum in uerbo,& Filius in filio,& Sapientia in sapientia dicatur facta esse:quemadmodum sæpius iam diximus:Omnia enim est Filius Patris, & nihil in Patre ante Verbum,sed in Verbo siue Ratione uolũtas,& per Rationem ea quæ sunt uoluntatis opere consummantur,quemadmodum docuerunt Sacræ Scripturæ. Vellem ego quidem impios in hanc absurditatẽ delapsos,& de uoluntate disceptantes,non quidem ex suis uxoribus grauidis quærere,quas ita interrogare solebant,an haberes filium, antequam gigneres? sed à Patribus quærere, Volendóne patres facti sint, an secundum naturam suæ uoluntatis? & an liberi ipsorum ipsis natura & substantia similes sint,ut saltem à parentibus in confusionem dentur, à quibus responsum de uoluntate in gignendo postularunt, ea spe, ut inde aliquid probationis rebus suis adiungerent.Respondebitur enim illis à parentibus: Quos genuimus,non uoluntatis sunt, sed nostri liberi specie nobis similitudineq; congruentes,neq; prædeliberando parentes efficimur, sed naturæ ui, ad quam proprie spectat opificium gignendi:ex qua fit, ut liberi parentum imagines similitudine referant. Aut igitur damnent sese sui erroris,& desinant uxoribus quæstiones proponere de Filio Dei:aut discant ab ipsis non uoluntate generari Filium, sed natura & ueritate: congrua enim ista competensq; aduersum hos homines ex hominibus mutuata refutatio est: qui non uerentur,ut sunt uesani,humana de diuinitate ratiocinari. Quid igitur est,cur ulterius insaniant Christi perduelles? quum uideant istam suam quæstionem,ut cætera omnia quę obiiciunt,manifestò apparere nihil aliud esse nisi merum fucum & imposturam, ideoq; deberent uel sero tandem conspicientes in quantum uesaniæ præcipitium delapsi sint,referre sese & refugere à diaboli laqueo,nostris super ea re uerbis admoniti. Mitis enim & clemens ueritas
Ioan.10 est,quæ ubique ita clamat, Si mihi non creditis ob amictum corporis mei, saltem operibus credite, ut cognoscatis quòd ego in Patre, & Pater in me: quodq; ego & Pater unum simus:& q;,qui uiderit me,uiderit Patrem. Dominus quidem solito suo more clementer agit, cupitq; omnes à lapsibus suis erigi,ut Dauidis modulis decantatur,impij tamen refugi ab audiẽda Dominica uoce,quibus ægre est,& uisu triste, Dominum ab omnibus haberi

Deum

Deum & Dei Filium, circumeunt, ut scarabæi, cum Patre suo diabolo causas iniquitatis undecũq; aucupantes, sed frustra: quas enim ulterius aut unde poterint calumnias istiusmodi cõquirere, nisi à Iudæis, & à Caiapha blasphemias mutuentur, & ab Ethnicis desumant Deitatis abnegationem? Nã Sacræ Scripturæ istis plane clausæ sunt, eosq; undiquaq; ostendunt, & stolidos & Christi perduelles esse.

ATHANASII ARCHI-
EPISCOPI ALEXANDRIAE
contra Arianos in hoc dictum, Ex Deo Deus est Verbum, &c. Oratio.



X DEO Deus est Verbum, & Deus erat Verbum, itidemq; rursus quorũ Patres, ex quibus Christus qui est Deus super omnia, benedictus in secula, Amen. Cæterum, quia Christus ex Deo Deus, & Ratio Dei, & Sapientia, & Potentia, & Filius, ideo unus Deus in Sacris scripturis renunciatur. Quum enim ratio sit unius Dei, ideo Filius in eũ refertur, cuius est Filius: ita ut duo quidem sint, Pater & Filius, sed tamen unitas Deitatis remaneat, eaq; & indiuisilis & minime discissa. Poterit autem & ad istum modum dici, unum esse principium Deitatis, non duo: unde proprie monarchia unius Dominatus haberi debet. Ex ipso deinde principio, per naturam existit Filius, qui est Verbum, non quasi alterum principium seorsum subsistẽs, neq; aliunde genitus, ne ratione secundi duo principia pluriumq; principatus oriantur: sed unius Principij suus propriusq; Filius, propria Sapientia, proprium Verbum, ex ipso Principio ortum habens. Nam secũdum Ioannem in hoc principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Deus enim principium est, & quia ex principio Verbum est, ideo quoq; Verbũ erat Deus. Quemadmodum aũt unum principium, & pro eo principio unus Deus, ita plane ac re uera una est essentia & hypostasis, quæ dicit: Ego sum qui sum, & non duplex, ne duo sint principia. Ex una porro natura uerus est Filius & Verbum, quod ipsum est Sapientia & Virtus ipsius essentiæ propria, atq; inde inseparabilis, eaq; ut alia non est, ne duo sunt initia: ita quoq; Verbũ quod ex uno est, non fluxibiliter & caducè aut simpliciter uox significatiua est, sed substantiale quiddam est, & substantialis Sapientia, quæ quidem re uera est Filius Dei. Nam si substantialis non sit, sequetur Deum in aerem Verbum suum profundere, Verbumq; corpus habere, nihilq; eximium ultra humanam sortem possidere. Cæterum, quia Deus homo non est, fieri non potest, ut Verbum eius quicquam commune habeat cum hominum imbecillitate. Sicuti enim unum principium, & una est substantia, ita quoq; huius unum est substantiale subsistensq; Verbum & Sapientia. Quemadmodum em̃ ex Deo Deus est, & ex sapiente Sapientia, & ex rationali Ratio siue Verbum, Exod. 3

& ex Patre Filius: ſic ex ſubſiſtētia ſubſiſtēs, & ex eſſentia eſſentialis, et ex exiſtente exiſtens. Nam ſi ſimpliciter et uulgaris ſapientia aut ratio Filius eſſet, ac non potius ſubſtantialis Sapientia, Verbum eſſentiale & Filius exiſtens in Patre, Pater ipſe compoſitus fuerit ex Sapientia & Ratione, ſiue quod idem eſt, Verbo. Iam ſi ad iſtam rem abſurda ea ſequantur, de quibus dictum eſt: erit ipſe ſui ipſius Pater, ipſeq; ſe ipſum gignens, genitusq; à ſeipſo: aut id ſequetur ut mera ſint nomina, Verbum, ſapientia & filius, nec quicq̄ ſit in ijs ſolidum de quibus iſta prædicantur, imo quæcunq; ipſe eſt, inanitatem habebunt. Qui, ſi nō ſubſiſtat, ocioſa fuerint iſta & uana uocabula, niſi quis dicat, Patrem eſſe, eā quæ ex ſe eſt, Sapientiam, & ipſam ex ſe Rationem. Quod, ſi iam admittamus, conſequens erit ut ipſe fuerit, ſui ipſius, & pater & filius, pater quidem cum ſapiens, filius uero cum ſapiēntia nominabitur: ſed non ſunt iſta ut qualitas aliqua in Deo, apage, indecorum enim hoc ipſum: ſic enim reperietur Deus compoſitus ex ſubſtantia & qualitate. Siquidem omnis qualitas in ſubſtantia eſt, ac proinde iſto modo Diuina unitas cum ſit indiuiſibilis, compoſita apparebit, eò quòd ſectilis ſit in ſubſtātiam, & accidens. Quærendum igitur ex temerarijs iſtis hominibus quum conſtatum ſit, Filium eſſe Sapientiam & Verbum Dei, qua'nam ratione illum eſſe uelint, an'ne ut qualitatem: atqui demonſtratum eſt, quanta inde abſurditas ſequatur: an'ne ut Sapientiam ex Patre, quæ ipſa pater ſit: cæterū quid ex ea re abſurditatis emergat, in ijs, quæ aduerſus Sabellium edidimus, ſcriptis comprehenſum eſt. Sūpereſt igitur eum eſſe proprie ut Germen ex ipſo Patre ad ſimilitudinem & ſpeciem lucis. Vt enim ex igne lux, ita ex Deo Verbum, & ex Sapiente Sapientia, & ex Patre Filius. Hoc modo enim unitas integra & impartibilis manet, huiusq; Filius Verbum ſcilicet non inane quiddam ſine ſubſtantia conſtituitur, ſed quod ſolidum ſit ac uerum & ſubſtantiale. Niſi enim res ita ſe habeat, omnia fuerint, quæ de eo feruntur, per ſubintellectionem cogitata, & meræ uoces, non re ſubſiſtentia: quod ſi euitanda eſt ſubintellectionis abſurditas, ergo uerus & ſubſtantialis Filius extiterit, non animi imaginatione intellectuq; formatus. Vt enim uerus eſt Pater, ita quoque uerè eſt Sapientia: atque ita fit ut duo ſint, non autem ſecundum Sabellium idem Pater & Filius: ſed Pater, pater eſt: & Filius, Filius eſt: inde autem unum ſunt, quia Filius naturaliter ſubſtantiæ Patris eſt, eiusq; proprium Verbū, quemadmodum Dominus loquutus eſt: Ego & Pater unum ſumus. Neq; enim Ratio ſegregata à Deo Patre eſt, neq; Pater unq̄ irrationalis aut eſt, aut fuit: Eſt igitur Ratio Dei, neq; Pater unq̄ ſine Ratione, ac proinde ab illo dictum eſt: Ego in Patre, & Pater in me. Et rurſum alibi Chriſtus Ratio Dei eſt. Vtrum igitur per ſe extiterit, & ubi extiterat, coagglutinatus ſit Patri: an Deus illum fecerit, ſuumq; Verbum & Rationem appellarit? Quòd ſi ex duobus iſtis, quod prius eſt, conceſſeris, ut uidelicet ipſe ſibi ſubſiſtat, & Deus ſit, duo ergo fuerint principia, neq; iure cenſebitur Patris ſui proprius, eò quòd non ſit Patris, ſed ſui ipſius. Sin aliunde eſt conditus, creatura fuerit. Reliquum igitur eſt, Verbum ex Deo exiſtere: quod ſi concedas, aliud haud dubie fuerit, quod ex aliquo naturam accepit: & aliud quod ſui alteram naturam dedit, ac proinde duo ſunt. Nam ſi duos eſſe

non

non admittas,ſed utrumcꝫ de eodem prædicari,erit eadem res,cauſa & cauſatum,gignens & genitum,quæ abſurditas in Sabellianis reſidere demonſtrata eſt. Quòd ſi ex Patre quidem ſit,non tamen alius à Patre, futurum eſt ut gignat,& non gignat. Genuerit aũt,quia ex ſe profert: non genuerit aũt, quia id quod profertur,non aliud fuerit à proferente. Quod ſi ita eſt, intellectu animícꝫ fictione idem dicetur & Pater & Filius. Quòd ſi illud perabſurdum,duo igitur fuerint Pater & Filius:unum tamen,quia Filius non aliunde,ſed ex Patre Deo ſit genitus. Quòd ſi quis hic fugiat uocabulum genituræ,ſolumcꝫ cupiat dici, Verbum cum Deo exiſtere: uideat ille, ne dum fugit id quod à Scriptura dicitur,illabatur in eam abſurditatem, ut bigenerum duplicíſcꝫ naturæ Deum introducat. Quum enim non concedat ex unitate Verbum eſſe,ſed ſimpliciter & uulgari ratione coagglutinatum eſſe Patri,duas ſubſtantias introducit,quarum neutra alterius eſt parens: Idem quocꝫ in Potentia fiet. Cæterum,hoc clarius uideas,ſi de Patre tractes:unus enim Pater,& non duo,ſed ex uno eſt Filius. Quemadmodũ igitur nõ duo patres ſed unus:ita quocꝫ non duo principia,ſed unum,et ex uno Principio ſubſtantialis Filius. Sed rurſum hic Ariani percõtandi ſunt. Sabelliani enim de fictione animi qua Filium ſubſiſtere dicunt: Ariani contra de eo, quod Patrem ratione ſpoliant,refelli debent. Dicendum igitur:Deúsne ſapiens et nequaquam irrationalis eſt? an contra, inſipiens, & irrationalis cenſendus eſt? quòd ſi iſtud quod ſecundum eſt probas, indidem ſtatim abſurditas emergit:quod ſi illud alterum quod prius eſt,arridet, quo ſapiens eſſe cenſetur,& non expers rationis,utrum aliunde ſibi rationem & ſapientiam conquiſiuit,an ex ſe adeptus eſt? ſi aliunde, erit aliquis qui eam ipſi prius in munus conceſsit,ante cuius munificentiam inſipiens & irrationalis fuit. Sin autem ex ſe habet, certum eſt, quòd eam non ex nihilo adeptus ſit. neque fuit quando nõ erat:utpote qui ſemper fuerit,eò quòd ille,cuius eſt imago,ſemper ſit. Hic,ſi mihi dixerint ſapientem quidem Patrem, & non expertem Rationis eſſe,ſed tamen propriam in ſe ſapientiam,& propriam rationem poſſidere:uerum illam non Chriſtum eſſe,ſed eam in qua Chriſtum condiderit. Si ergo Chriſtus in illo uerbo conditus eſt,dubitare non debet omnia per illud condita eſſe, idcꝫ ipſum eſſe de quo Ioannes locutus eſt, omnia per eum facta eſſe,& de quo Propheta Dauid:Omnia in Sapientia feciſti, Chriſtuscꝫ mendax fuerit,quum ait:Ego in Patre,cum alius ſit in Patre, & Verbum carnem factum eſſe,falſa res eſt pro eorum opinione. necꝫ Chriſtus fuerit in Patre Verbum illud per quod omnia facta ſunt:ergo Chriſtus ſcilicet non factus eſt caro, & fortaſſe nominetenus dictus eſt uerbum. Quod ſi admittas,alius fuerit,diuerſuscꝫ à ſuo nomine, deinde omnia per eum facta non fuerint, ſed per eum in quo ipſe Chriſtus eſt conditus. Quod ſi dixerint ſapientiam qualitatem in Deo,aut ipſum ſuam ex ſe ſapientiam eſſe, ſequentur abſurda, quæ prius dicta fuerunt. Erit enim ex partibus conflatus, & ipſe ſibi pater & filius. Sed tamen refellendi & confundendi ſunt ex eo, quòd Ratio in Deo creatura eſſe nequeat:aut ex non ente prodierit,cum ab æterno ſit in Deo,eademcꝫ Chriſtus fuerit,qui ait de ſe:Ego in Patre, & Pater in me. Qui ideo unigenitus eſt, eo quod nullus alius ex Patre ſit geni- Pſal.103 Ioan.14

tus. Vnus iſte Filius eſt Verbū, Sapientia, Potentia, quū Deus Pater ex iſtis rebus non componatur, ſed genitabilis ſit. Vt enim creaturas & condit & gubernat, ita naturaliter ſuæ ſubſtantiæ Prolem Verbum progenuit, per quod creat, condit & gubernat uniuerſa. Verbo em̄ & Sapientia facta ſunt omnia, & ordinatione eius permanent uniuerſa. Idem illud & de Filio cenſendum, ſi ſterilis & inefficax Deus fuerit: Partus enim illius eſt, per quem Deus operatur. Quòd ſi illud non admittes, eædem cōtrouerſiæ ſimilesq; importunitates impudentibus iſtis occurrent. Nos autē, qui Deo appoſiti addictiq; ſumus, quæramus eum in hoc ipſo die. Iam iſthinc intelligas hanc differentiam, & cognoueris Filium Dei rem conditam non eſſe, quum Filius dicat, Ego & Pater unum ſumus, &, Ego in Patre, & Pater in me: Creaturæ autem cum proficiunt, apponuntur Domino, nec mirum, quum Verbū quod proprium eſt, ſit in Patre: creaturæ uero quia foris ſunt, apponuntur ut per naturam extranea, ſed per uoluntatem adiuncta. Filius qui genuinus eſt, unus eſt cum genitore: qui autem aliunde adoptatur, generi apponitur. Ideoq; ſtatim ſubinfert, qui fecit gentem magnam, cui appropinquat Deus: Creatis enim, ut diuerſis à ſe, approximatur: Filio aūt, utpote ſuo, non approximatur, ſed in eo conſiſtit: neq; Filius ei apponitur, ſed unà cum Patre coexiſtit: Et ait in Deuteronomio, Vocem eius audietis, eiq; apponemini, Quod autem apponitur, aliunde apponitur. Aduerſus autem infirmam humanamq; opinionem Arianorum, qua ſuſpicantur Dominum indigum fuiſſe cum ait, Datum eſt mihi, & accepi, & cum Paulus loquitur, ſuperexaltauit eum Deus, & ſedit ad dextram, aliaq; ſimilia, dicendum eſt Chriſtū noſtrum, Verbum Filiumq; Dei corpus geſtaſſe, Filiumq; hominis factū eſſe, ut mediator ſequeſterq; Dei & hominum factus, ea quæ Dei ſunt, nobis, & quæ noſtra ſunt, Deo ſubminiſtraret. Cum igitur refertur eſurire, lachrymari, fatigari, uociferari Heloi Heloi: quæ humanæ ſunt, & noſtræ paſſiones, ea ipſe à nobis accipit, & Patri refert intercedens pro nobis, ut in ſe delegantur. Cum aūt loquitur, Data eſt mihi poteſtas: & accepi, &, Ideo ſuperexaltauit eum Deus, ea ſunt munera Dei, in nos, quæ per ipſum Filium nobis elargiuntur: Non enim aut indignum erat Verbum, aut unq; fuit alicuius rei egenum. Neq; è diuerſo, homines ad id ſufficiebant, ut ſibi iſta ſuppeditarent: uerum, quia id per Verbum nobis elargitum eſt, ideo tanq; quæ ſibi data eſſent, nobis impartit. Idcirco enim homo factus eſt, ut quæ illi data eſſent, in nos tranſirent. Homo enim merus, non dignus fuiſſet iſtiuſmodi muneribus: Verbum è diuerſo, ſolum & merum iſtis non indiguiſſet. Coaptatum igitur nobis eſt Verbum, poteſtatemq; ſuam nobis impartijt, & ſuperexaltauit. In homine enim exiſtente Verbo, accepit homo. Quoniam igitur Verbo exiſtente in carne, exaltatus eſt homo, & accepit poteſtatem, ideo iſta ad Verbum referūtur, quia propter Verbum data ſunt: ideo enim, quia Verbum in homine erat, iſtæ gratiæ donatæ ſunt. Et ut Verbum caro factum eſt: ita quoque homo per Verbum ea accepit. Quæcunque enim homo accepit, omnia dicitur Verbum accepiſſe, ut oſtenderetur non fuiſſe hominem dignum ut acciperet, quæcunq; in illius naturā delata perueniebāt: ueruntamen, per Verbum carnem factum, iſtiuſmodi accepit; quapropter

Ioan. 10
Ioan. 14
Deut. 1
Philip. 2
Matth. 28
Philip. 2

ſi audias

si audias certum aliquid donatū esse Domino, aut aliud quod est istiusmodi, intelligere debemus datum illi, non ueluti indigo, sed homini per eū datum esse. Nimirum, omnis qui pro alio intercedit, gratiam quoq; & ipse accipit, at non quasi indigus, sed illius nomine pro quo intercedit. Sicuti enim infirmitates nostras recepit ipse non infirmus, esurijt ipse non esuriens, sed nostra ista alio transfert ut deleantur: ita quoq; imbecillitū nomine Dei munera ipse uicissim accipit, ut coaptatus homo particeps esse queat. Ideoq; locutus est Dominus, Omnia quæ dedisti mihi, dedi eis, & rursum pro eis rogo. Rogabat enim pro nobis, quæ nostra sunt suscipiens, & donabat quæ perceperat. Quoniam igitur coaptato Verbo homini, ad Verbum respiciens Pater, largitiones has in hominē contulit, ut exaltaretur, ut haberet omnem potestatem, & quæcunque sunt istius generis. Ideo omnia isto Verbo imputantur, & perinde sunt quasi ipsi sint data, quæ nos per illum acquisiuimus. Nam, quemadmodum propter nos homo factus est, ita nos per eum exaltamur. Nihil igitur absurdi, si, quemadmodū semetipsum propter nos humiliauit, ita propter nos quoq; dicatur exaltari. Dedit igitur illi, pro eo quod est, dedit nobis per eum: & superexaltauit eum, pro eo quod est, exaltauit nos in ipso. Siquidem ipsum Verbū nobis sublimatis accipientibusq; et adiutis quasi ipse sublimaretur, acciperet, adiuuaretur, Patri gratias agēs, ea quæ nostra sunt sibi imputat, ac dicit, Omnia quæ dedit mihi Pater, dedi eis. Ariani aūt qui Eusebium sequuntur: dum Filio inchoationem attribuunt, ita agunt, quasi qui pati nequeant eum habere principium regni, qđ perq; ridiculum est: Qui enim attribuit Filio principium existendi, certum est, illum Filio quoque principium regni attribuere. Quapropter dum quæ confitentur, negent, plane cæcutiunt. Rursumq;, illi qui dicunt, merum esse nomen Filij appellationem, utpote sine essentia, sine subsistentiaq; esse Filium Dei, hoc est Verbum Patris. Simulant se quidē, quasi indignentur contra eos, qui hanc sententiam usurpant, fuit aliquando cum non erat. Cæterum id ipsum quoq; risu dignum est, Qui enim ei penitus detrahunt ne sit, indignanturq; contra eos, qui saltem aliquo in tēpore eum fuisse cōcedunt, ij, hoc ipsum quod negāt, dum alios obiurgant, confitentur. Rursus Eusebius cum suis, qui confitentur illum Filium esse, non admittunt ipsum naturale esse Verbum, sed ratione tantūmodo uiribusq; intelligēdi Filium appellari censent. Alij rursum, qui eum Verbū agnoscunt, inficiantur illum ipsum esse Filium, & secundum ἐνόησιν, Filium nuncupari eum, qui Verbum est, existimant, ex æquo exhaurientes & ad inanitatē redigentes, quod his uerbis innuitur: Ego & Pater unum sumus. Duo unum esse dicitis, aut unum quod binonime sit, aut unum quod in duo dispartiatur. Si igitur unum in duo diuisum est, necessum est corpus esse, quod hanc diuisionem excepit, & neutrum ex diuisis perfectum esse, utrumq; enim partis naturam, non integritatis obtinet. Sin uero unum est binomine, id ex factione Sabellij est, eundem & Filium & Patrē dicentis, & utrumq; tollentis, ut nunc Filius Patrem absumat, nūc Pater Filium. Quòd si aūt duo unum sunt, necessum est, duos quidem esse ratione personarum, unum tamen secundum Deitatem: tum quia Filius consubstantialis est Patri: tum quia ex ipso Patre Verbum

Ioan. 17

Ioan. 14

Ioan. 10

exiſtit:adeo ut duo quidē ſint, quia & Pater & Filius eſt, qui idem eſt Verbum: unum tamen ſunt,quia unus ſit Deus.Nam ſi ita non ſit,ad iſtum modum dicendum fuerat:Ego ſum ille qui Pater eſt:aut ego, & qui pater, ſum. Nunc contra per hoc uocabulum(ego)Filium denotat, & in hoc uocabulo (Pater)is qui genuit ſignificatur:ſub uoce aūt unum,unam Deitatem & cōſubſtantialitatem eius intelligimus.Non enim pro gentilium opinione idē ſapiens & Sapientia eſt,aut idem Pater & Verbum:abſurdum quippe eundem ſuīpſius Patrem eſſe.Aduerſatur enim huic opinioni Sacrarum literarum conſtitutio quæ Patrem & Filium,ſapientem & Sapientiam, Deum & Verbum:ubiq; tamen quenq; in ſua natura indiuiſilem, indiremptumq; & impartibilem per omnia agnoſcit & ſeruat. Quòd ſi quis audiens Patrem & Filium,duos ex duobus nominibus per calumniam deos facere uelit: tale enim quidam ſibi ipſi fingunt, ſtatimq; deridiculè obīciunt,duos deos à nobis prædicari,aduerſus iſtos hoc ſermone utendum eſt. Si is qui Patrem & Filium agnoſcit,duo numina inducere uidetur, tempus etiam eſt, ut qui unum dicat, tollat Filium & Sabellium imitetur. Si enim is qui duos dicit, ethnizat: ergo qui dicit unum, Sabellizat. Cæterum,id ita nō eſt, abſit:ſed quemadmodū qui Patrem & Filium unum Deum eſſe dicit, ita qui nominat unum Deum,duos intelligit, nempe Patrem & Filium, qui unum ſunt ratione Deitatis,& quod ex eo exiſtit,indiuiſum tamen & indiſiunctū, nec partitione auulſum,hoc ipſum eſſe Verbum ex Patre.Si aūt ex rebus humanis tale exemplum:ignis & qui ex eo relucet ſplendor,duo quidem ſunt, & duo eſſe conſpiciuntur,quum tamen ſplendor ab igne ſit indiuiſilis.Iſti quidem in eandem dementiam cum Arianis præcipites eunt, quum & illi dicant,propter nos eum eſſe conditum,ut nos conderet,quaſi Deus expectet noſtram creationem, ut uel proferat ſecundum illos, uel condat ſecundum iſtos.Ariani igitur plus nobis q̄ Filio largiuntur.Non enim(inquiunt) nos propter illum,ſed illum propter nos factum eſſe: ſiquidem ea de cauſa conditus eſt,ut nos per eum Deus crearit.Iſti uerò ex æquo, uel etiam amplius ſeſe impiantes,minus Deo quàm nobis tribuūt.Nos enim ſubinde ſilentioſi,tamē cogitando aliquid agimus: adeo, ut ex noſtra cogitatione imagines intellectuales fiant.Deum contra, iſti tacentem nihil agere poſſe: loquentē aūt ualere exiſtimant.ſiquidem tacens non potuit facere,loquens autē creare exorſus ſit. Par enim eſt, ut eos interrogemus, an Verbum in Deo exiſtens,perfectum erat, ut uim faciendi haberet:quòd ſi imperfectum erat, cū in Deo exiſteret, genitum autem perfectitudinem adeptum eſt, in nobis cauſa eſt ipſius perfectitudinis: ſiquidem propter nos genitum eſt, & propter nos facultatem faciendi acquiſiuit.Sin autem perfectum erat in Deo,ut etiam creare poſſet,ſuperflua & ocioſa fuerit eius natiuitas.Poterat enim,cū adhuc in Patre eſſet,architectari. Natiuitas enim eius non noſtram creationem demonſtrat,ſed illud tantummodo,q; ex Deo fuerit: quippe quū eſſet ante noſtram creationem.Eadem temeritate aduerſus Patrem utuntur: ſi enim tacens non potuit creare,neceſſum eſt, eum hanc poteſtatē gignendo, hoc eſt loquendo,adeptum eſſe:at unde adeptus eſt,aut per quem? Sin autē poterat creare eò quòd haberet in ſeipſo Verbum, ſuperuacuè gignit, cum

poſſet

posset etiã tacendo creare. Postremo, si antequã gigneretur, in Deo erat Verbum, ergo genitũ extra foris quã à Deo est. Si autem id recipitur, qui fit, ut dicat: Ego in Patre, & Pater in me? Sin autẽ nunc in Patre est, erat igitur etiam tum in Patre, quemadmodum nũc est, et superuacaneum est causificari illud propter nos genitum esse, & postquã nos conditi essemus, recurrisse in Patrẽ, ut fieret tale quale antea fuit. Non enim id erat, quod iam non est: necq; iam id est, quod tum non erat: sed ita est, ut semper fuit, eodemq; se modo habet: alioqui imperfectus & mutabilis uideretur. Si enim quod erat, postmodũ futurus est, quum id iam non sit: uideri potest, necq; id omnino esse, quod uel fuit, uel futurus est. Verbum autem, si prius in deo erat, & postea denuo futurum est, certum est, id in præsentiarum in Deo non esse. Sed refutat eos Dominus his uerbis: Ego in Patre, & Pater in me: ita enim nunc est in Patre, ut antea semper fuit. Porro, si ita nunc est in Patre, quemadmodum fuit semper, euidens res est non contigisse, ut aliquando gigneretur, aliquando non: & aliquando in Deo silentium fuisse, aliquando loquelam: sed semper esse Patrem, & Verbum huius Filium, non quidem nominetenus Verbum, necq; ex intellectu cogitationumq; imaginibus Filium, sed extitisse eum consubstantialem Patri, necq; propter nos genitum esse. Nos enim propter illũ creati sumus, quoniã si propter nos genitus esset, eoq; ipso quòd genitus esset, nos conditi sumus, & ex eius natiuitate rerum natura constat, illeq; eodẽ unde prodijt, recurrit, ut sit, quod prius erat. Primum quidem, futurum est, ut sit denuo non genitus, qui genitus est. Si enim progressus eius ex Patre natiuitas est, restat ut regressus eius in patrem sit, pausa cessatioq; natiuitatis: siquidem eo in Deum regresso, taciturus est iterum Deus: qui si tacuerit, fiet quemadmodum antè fuit, cum ille adhuc in silentio uersaretur: nimirum ut cesset rerum natura, eritq; otium à rebus procreandis. Sicuti enim progrediente Verbo facta est rerum uniuersitas, naturamq; suam accepit: ita recurrente in patrem uerbo, non substiterit eadem illa uniuersitas. Quis igitur usus est in eo, ut nascatur, si natus desiturus est? aut qua gratia loquitur Deus, si postea sese in silentium dabit? aut cur illum emittit, quem reuocat? aut cur gignit, cuius natiuitatem abolitam uult? Quin, quid de illo futurum sit, in incerto habetur: aut enim perpetuo taciturus est, aut denuo loquendo geniturus: & alteram rerum naturam instituet: non enim eandem reficiet, quippe, quæ in suo statu permansura erat, si hoc uoluisset: quare omnino aliam condet, & ex eodem rationis consequio etiam istam nuperam abolebit, & iterum atque iterum nouam condet, & id ad infinitas uicissitudines progressurum est. Hoc genus opinionis fortasse à Stoicis accepit, affirmantibus Deum contrahi, & rursum expandi cum rerum uniuersitate, et infinities desinere. Quod enim dilatatur, ex arctitudine dilatationem accipit: & quod extenditur, ex anteà contracto in latitudinem explicatur, id sibijpsi idem est, nihiloq; seipso maius, nisi quatenus extensionem sustinuit. Si igitur unitas dilatando facta est Trinitas, Trinitas Vnitasq; utique pater est: Trinitas autem pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Siquidem principio dilatata Vnitas, ubi passionem huiusmodi sustinuisset, facta est hoc ipsum quod nõ erat. Dilatata enim est, cum lata non erat: deinde quæ Vnitas fuit, extensa

Ioan. 14

Ioan. 14

est

est in Trinitate, Trinitasq; est Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Idem ergo ipse Pater secundum Sabellium factus est Filius & Spiritus Sanctus, nisi unitas apud deum aliud sit præter patrem, neq; uocabulo dilatationis sit ulterius utendum, scilicet quia sola Vnitas trium personarum sit effectrix, ut primo loco recipiēda sit Vnitas, deinde pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Si enim illa dilatata esset, extendissetq; seipsam, ipsa nimirum hoc ipsum fuerit, quod extensum est: & ita, ubi istiusmodi expansu dilatationeq; in Trinitatem se extendisset, nō ulterius remansit Vnitas, Vnitasq; uicissim ante sui explicationem nondum erat Trinitas: & Pater cum esset, nondum erat aut Filius aut Spiritus Sanctus, in quos cum ille mutatus abierat, Patris naturā iam deinde non retinuit. Hæc solummodo ab illo per mendacium dici poterint, quicunq; est tantæ audaciæ, ut Deo non uereatur corpus asscribere, eumq; passibilem esse pronunciare. Quid enim aliud est dilatari, quàm passio eius rei quæ dilatationem accipit? aut quid'nam aliud est, id quod dilatatum est, nisi quod antea non ita spacioſum, sed angustius fuit? Idem enim est, ac tantummodo tempore à seipso differt. Hoc enim Apostolus Co
2.Cor.6 rinthijs scribēs indicauit, Ne, inquit, coarctemini in uobis Corinthij, sed dilatemini potius: adhortatur ut ijdem sese ab angustia in latitudinem mutēt. Sicut autem si dilatati fuissent ex sua angustia Corinthij, nō alij fuissent, sed ijdem qui antea Corinthij: ita quoq; si pater dilatatus fuisset in Trinitatem, ac iam Trinitas effectus fuisset, æque idem remansisset. Iterum ille hęc uerba usurpat, Cor uestrū dilatatū est. Noe quoq; itidē locutus est: Dilatet Deus Iaphet: idē enim cor, idemq; Iaphet est in latitudine, qui antea in arctitudine fuerat. Ergo si unitas se dilatarit, eadem fuerit iam dilatata quę ante dilatationem fuerat. Quid igitur aut Filium aut Spiritum Sanctum esse uelint, non inscitè ab ijs interrogari potest, quum talia non uereantur in sermonem proferre: aut quis effectus sit istiusmodi dilatationis, aut ut eos ad id quod uerum est, urgeamus, cur'ue ullo modo dilatatio recipitur? Quod enim nō in eodem statu perseuerat, sed sequēti tempore exporrigitur, necessum est causam habere propter quam exporrigatur: si igitur ut Verbū & Spiritus coexistat, superfluum est mentionem facere de Vnitate postmodum dilatata. Siquidem non postea tandem Verbum, siue quod idem est Ratio & Spiritus Sanctus extitere, utpote, qui semper ab ęterno fuerint, ne concedendum sit Deum aliquando Rationis expertem fuisse, ut Arianorum opinio est. Quapropter si ab æterno fuit Verbum, & ab æterno Spiritus Sanctus, ab æterno quoq; dilatatio fuerit, non autem ut primùm Vnitas existeret, deinde ex dilatatione Trinitas resurgeret. Nam si posterius dilatatio introducta fuit, posterius Verbum emerserit: sin autem ob assumptum hominem dilatata est Vnitas, eoq; expansu Trias effecta est, ergo ante assumptionem humanæ naturæ fuit Trinitas, quin & Pater ipse uidebitur caro esse factus: siquidem ipse quum Vnitas esset, in homine assumendo dilatationem accepit, & fortasse in posterum in Vnitatem coibunt, & contrahentur ipse & caro, & quod tertium est, Spiritus. Ipse enim est qui ita expanditur, sequeturq; ut duntaxat nomine tenus censeatur Trinitas. Si aūt ut conderet, dilatationem in se recepit, absurdum id quoq;. Poterat enim cum adhuc Vnitas esset,

omnia

omnia condere, cum Vnitas ipsa istiusmodi uirium nõ inops esset, neq; imbecillitate laboraret, priusq; ita distenderetur. Absurdum enim & impium, tale quid de Deo uel sentire uel loqui. Huic absurditati alia absurditas in comitatu adhærebit. Si enim ob rerum creationem dilatatio facta est, & quãdiu Vnitas subsisteret, rerum creatio non procedebat, rursum futurum est, ut post consummationem seculi ex dilatatione ad Vnitatem redeatur, quũ ipsa rerum procreatio abolenda sit. Sicut enim ob creationem dilatatio recepta est, ita quoque cessante rerum natura, cessabit & dilatatio. Istiusmodi igitur absurda ex dilatatione Vnitatis in Trinitatẽ sese in occursum dabunt. Cæterum, quia, qui ista dicunt, non uerentur distinguere Verbum à Filio, dicereq; aliud quidem esse Verbum, aliud autem Filium, primumq; fuisse Verbum, deinde Filium: age de istis dispiciamus. Est autẽ istorum hominũ diuersa temeritas. Isti enim, hominem quem assumpsit Saluator, Filium esse uolunt: hi contrà, utrumq; simul hominem & Verbum Filium tunc genitũ fuisse, cum ista in unum coaluissent. Alij rursus sunt, qui affirmant Verbum tunc Filium effectum esse, cum hominem induisset: ex Verbo enim (aiunt) factus est Filius, cùm antea Filius non esset, sed Verbum duntaxat. Stoicorũ igitur ambo ista sunt dogmata, si Deum dicas dilatari, & Filium inficieris: deinde superfluum id simul & stultum, quòd cum Verbum nominẽt, illum tamen Filium esse non admittant. Si enim ex Deo non est Verbum, iure abnegauerint illum esse Filium: Sin uero ex Deo est, cur non contuentur eum qui ex aliquo est, eius Filium esse, unde est? Deinde si Verbi Pater est Deus, cur Verbum non fuerit Filius sui Patris? Pater enim is dicitur, cui Filius est: Filius is est, & illius filius dicitur quem patrem habet. Si igitur Christi pater non est Deus, neque Verbum Filius fuerit. Sin uero Pater Deus est, iure quoque Filius eius Verbum fuerit. Quod si postmodum tandem Pater factus est, prius autem Deus erat, prout Ariani sentiunt, absurdissimum est in Deo hanc mutationem constituere: est enim mutatio corporale quiddam? An uero, ut in rerum creatione, posterius creator est q; Deus? Sciendum omnino, ea quæ postmodum creantur, hanc mutationem sentire, non autẽ Deum. Quòd si Filius creatura est, recte posterius Deus illius Pater effectus est: Sin autem Filius creatura non est, sequitur ergo ut Pater semper Pater fuerit, & Filius semper Filius. Nam si semper Filius fuit, quid causę est, cur minus Verbum habendum sit? Sin autem Filius Verbum nõ est, & hoc quisquam ausit dicere, is qua est temeritate, aut Patrem Verbum dicet? aut Filiũ præstantiorem Verbo? Filio enim existente in sinu Patris, non potuit Verbum ante Filium fuisse, quum nihil ante eum sit, qui est in Patre: aut si Verbũ aliud est à Filio, ipsum Verbum fuerit Pater, in quo est Filius: Sin autẽ Verbum non pater, sed Verbum est, sequitur, ut Verbum extra patrem consistat, quum Filius occupauerit patris sinum. Non enim ambo simul Verbũ & Filius in patris sinu consistunt, sed necessum, unum tantummodo ibi cõsistere, illum nimirum, qui Filius est & unigenitus. Rursus, si aliud est Verbum, aliud Filius, præstantior deprehendetur Filius Verbo. Nullus enim cognoscit patrem, nisi Filius, non aũt Verbum. Si igitur non nouit Verbũ, aut si nouit, falsum est neminẽ alium, nisi filium nosse. Idem etiam super hoc

dicto

Ioan.14 dicto censendum, Qui uidit me, uidit Patrem meum: &, Ego & Pater unum
Ioan.10 sumus: uoces enim istæ Filij sunt, non Verbi: quod ex Euangelijs constat ita
Ioan.10 loquente Domino, Ego & Pater unum sumus. Portantibus siquidem Iudæis lapides, ut eum lapidarent, respondet IESVS: Multa bona opera ostendi ex patre uobis, ob quod ergo opus me lapidatis? responderunt Iudæi, de bono opere non lapidamus te, sed ob blasphemiam, quòd tu, quum homo sis, teipsum deum facias: IESVS respondit, in lege uestra scriptum, Ego dixi, dij estis. Si illos deos appellauit ad quos sermo Dei factus est, nec potest scriptura solui: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis me blasphemare, eò quòd dixerim, Filius sum Dei: si non facio opera patris mei, ne credatis mihi: sin autem facio, saltem si mihi non creditis, operibus credite: ut sciatis & cognoscatis, quòd in me pater sit, & ego in patre. Atq; quantũ attinet ad euidẽtiã expressionemq; sermonis, neq; quòd Deus esset, neq;
Ioan.10 q; Filius Dei esset, locutus est: sed tantũmodo, Ego & pater unum sumus. Iudæi igitur dum audiunt, unum sumus, arbitrati sunt pro Sabellij opinione ipsum sese appellasse patrem: Noster aũt Saluator illorum peccatum ratiocinando collegit, nimirum, etiamsi me Deum appellassem, tamen æquũ erat, id à uobis cognitione perceptum esse, quod in Scripturis reperitur, Ego dixi, dij estis & filij, &c. Deinde dum illud dictum, Ego & pater unum sumus, exponit, filij cum patre unitatẽ declarauit, idq; sub his uerbis: Quia dixi, filius sum Dei: nam etsi uoce id non elocutus est, attamen sententiam & mentem huius dicti, unum sumus, deo siue filio assignauit. Nihil enim unum cũ patre est, nisi quod ex patre est. Quod autem ex illo extiterit, quid fuerit (quæso) si non filius? infert ergo, ut cognoscatis, quòd ego in patre, & pater in me. Quid sit unum esse, interpretans, non in eo consistere uoluit, quasi in eodem sit illud quod cum altero est unum, sed q; ipse in patre, & pater in ipso esset, coaptationem, inseparabilitatemq; demõstrans. Etenim Sabellium eo uerbo subuertit, quo dicit, se non patrem, sed filium Dei. Arianum quoq; hoc uerbum subruit (unum sumus). Si igitur filius aliud, & Verbum aliud: fieri non potest, ut Verbum unum sit cum patre, sed filius, neq; ut qui uiderit Verbum, uiderit patrem: sed qui filium uiderit. Istis declaratis, aut maior est filius Verbo: aut Verbum nihilo plus habet, quàm filius. Quid enim maius aut perfectius quàm hoc, unum sumus? aut quàm illud, Ego in patre, &
Ioan.14 pater in me? aut quàm istud, Qui uidit me, uidit patrem meum: istę enim uoces sunt filij. Et rursus, Qui uidit me, uidit patrem, qui misit me: et qui me ex-
Ioan.14 cipit, excipit illum qui misit me: &, Ego Lux in mundum ueni, ut omnis credens in me, non in tenebris maneat. Et si quis audierit sermones meos, et nõ seruauerit, ego non iudico eum: non enim ueni ut iudicem mundum, sed ut seruem mundum. Ita sermonem quem audit ille, iudicabit eum in extremo die: quoniam ego ad patrem abeo. Prædicationem suam (ait) eum, qui non seruat mandata, iudicaturam esse. Si enim non uenissem (inquit) & illis locutus non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem prętextum purgandi sui non habent, cùm audierint uerba mea, salutaria illis qui ea seruant. Fortasse hic igitur impudentissime dixerint, nõ filij, sed Verbi hãc uocem esse. Atqui ex superioribus dictis clarum est, filium fuisse, qui ista loqueretur.

Quum

Quum enim hic dicat, Non ueni iudicare mundum, sed seruare, in confesso est, non alium esse, quàm unigenitum Filium Dei. Dicit enim superius Ioannes: Ita Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum traderet, ut quisquis in eum credat, non pereat, sed habeat uitam æternam: non enim misit Deus filium suum ut iudicet mundum, sed ut seruetur mundus per ipsum: qui credit in eum non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: eò quòd non crediderit in nomen unigeniti filij Dei. Hoc autem iudicium est, quoniam Lux uenit in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras q̄ꝫ lucem: erant enim opera eorum mala. Si is, qui dicit, non ueni, ut iudicē mundum, sed ut seruem, ille ipse est, qui dicit, Qui uidit me, uidit & eum qui misit me: nam qui dicit, qui credit in me: &, si quis audiuerit uerba mea, ego nō iudico eum: de eo qui filius est, ista loquitur, Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, eò quòd non crediderit in nomen unigeniti filij Dei. Ac rursum hoc iudicium eius, qui non credit in filium, eò quòd Lux in mundum uenerit, & non crediderunt ei, filio scilicet: ipse enim Lux est, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et q̄ꝺiu in terra uersatus est, per humanitatem assumptam, Lux erat in mundo, ut ipse testatur. Quamdiu lucem habetis, credite in eum, ut filij lucis efficiamini. Ego enim Lux ueni in mundum. Hoc ita ad istum modum demonstrato, clarum fuerit, filium esse Verbum: & quia filius Lux est, quæ in mundum uenit, sine omni contradictione relinquitur, mundum per filiū conditum esse, ut Ioannis Euangelistæ uerba apertè demonstrāt, ubi de Ioanne Baptista loquitur: Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de luce. Erat enim, ut iam antea diximus, ipse Christus uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: in mundo erat, & mundus per eum factus est. Necessum igitur, ipsum esse Verbum Dei, de quo testatus Ioannes est, omnia per ipsum facta esse. Aut enim cogentur duos mundos statuere, ut alter per filium, alter per Verbum habeatur conditus: aut si unus est mundus, & una rerum natura, ex cōsequio patet, unum eundemq̄ꝫ & filium & Verbum ante conditam naturam extitisse: siquidem per eum conditus sit. Ergo, si ut per Verbum, ita quoq̄ꝫ per filium omnia sunt condita, nihil contrarij apparebit, si idem dicas, ut in principio erat Verbum, ita in principio erat filius: sin autem quia non dictum est à Ioanne, In principio erat filius, nihil ea quæ uerbi sunt, filio competere asseuerabunt, restat scilicet ut asseuerent, quæ filij sunt, nō competere Verbo. Ad filium autem pertinere demonstratū est: Ego & Pater unū sumus: ut etiam illud, qui est in sinu Patris: & illud quoq̄ꝫ, Qui uidit me, uidit eum qui misit me. Cōmune aūt est & Verbo & filio: mundū per eum creatum esse, ut inde demonstretur, ante mundum filium extitisse. Necessum enim est, opificem ante opera sua subsistere: Iam quod Philippo responsum est, non Verbi fuerit, pro ipsorū opinione, sed filij, ubi ait, Tantum temporis uobiscum sum, & non cognouisti me: Philippe, qui uidit me, uidit Patrem meum. Si igitur hominem, quē gesit Verbum, ipsum inquiunt filium Dei unigenitum esse, non aūt Verbum filium esse, sequitur ut homo sit ille ipse qui in Patre est, & Pater in eo homine, & homo sit ille qui ipse & Pater unum est: & qui est in sinu patris,

Ioan.12 Ioan.3 Ioan.3 Ioan.12 Ioan.1 Ioan.10 Ioan.14

& qui est Lux uera. Et necessario cogētur ut dicant, per eum hominē mundum esse factum, eumq; hominem esse, qui uenerit, non iudicare mundum, sed eum seruare: eum denicq; esse, qui prius extiterit quàm Abraham gigneretur. Amen amen dico uobis, loquutus est Iesus ad Iudæos, antecq; Abraham fieret, ego sum. Et qui (quæso) non absurdum est eum, qui genitus est ex semine Abrahæ post quadraginta duas ætates, hæc uerba sibi usurpare: sese antecq; Abraham fieret, extitisse? Qui aūt non absurdum, si caro quum gestauit Verbum, ipsa habeatur Filius, eamq; ex Maria genitam illam ipsam esse pronunciemus, per quam sit mundus conditus, aut quomodo tuebuntur dictum illud, In mundo erat. Euangelista enim id quod ante natiuitatem carnis Filij præcesserat, significās, subintulit hæc uerba, In mūdo erat. Quomodo aūt, si Filius non est Verbum, sed homo, mundum seruare potuit, cū & ipse unus sit ex mundo? Quòd si ad ista impudenter agere uelint, quęrendum est ex illis, ubi erit Verbum, cum homo sit in Patre, eumq; occupet, aut quo tum numero erit Verbum apud Patrem, si homo & Pater unum sunt? Quòd si homo unigenitus est, cuius tunc ordinis erit Verbum? Aut enim secundæ dignitatis illud dixerint, aut si superior unigenito sit, habeatur pro Patre. Sicuti em̄ unus est Pater: ita unus ex illo unigenitus. Quid autē plus habet Verbum cq; homo: si Verbum non est Filius. Siquidem per Filium & Verbum, mundus esse conditus describitur, & commune est Verbo & Filio mundum ædificare. Cæterum, uidere Patrem non itidem de Verbo scriptum est, sed de Filio, & seruari mundū nō per Verbū dictum est, sed per unigenitum Filium. Dixit enim Iesus, tantum temporis uobiscum sum, & nō
Ioan.14 gnouisti me? Philippe, qui uidit me, uidit Patrem meum: Patrem autem non
Ioan.14 describitur Verbum agnoscere, sed dictum est non Verbum, sed unigenitum Filium, qui est in sinu Patris, uidere Patrem. Quid aūt Verbum plus cq; filius ad nostram salutem confert? ut pro ipsorum opinione aliud habeatur filius, aliud Verbum, quippe, cum credere iubeamur non in Verbum, sed
Ioan.3 in filium? Ait enim Ioannes, Qui credit in filium, habet uitam æternam, qui aūt discredit filio, non uidebit uitam, quin & Sacrum Baptisma in quo uniuersæ fidei nostræ ratio consistit, non in Verbo, sed in Patre & filio, & Spiritu Sancto traditur. Si igitur pro ipsorum sententia aliud est Verbum, & aliud est filius, nec est Verbū filius, nihil ad uerbū Baptisma spectat. Quomodo igitur secundum illos uerbum cum Patre coexistere potest, cum illi non adsit in datione Baptismi? Sed dixerit aliquis, sub nomine Patris continetur & uerbum: cur etiam non Spiritus Sanctus? an extra Patrem Spiritus Sanctus consistit? Et homo quidem, si non admittas uerbum filium fuisse, post Patrem nominatur, & post hominem Spiritus Sanctus. Iam non uere in Trinitatem Vnitas pro ipsorum opinione dilatatur, patrem uidelicet & filium, & Spiritum Sanctum, sed in quaternionem. Hic aūt confusi ad aliud confugiunt, dicuntq; non hominem per se, quem gestauit Dominus, sed utrumq; simul uerbum scilicet & hominem, filium esse. Coniuncti enim ambo simul, filius (ut ipsi uolunt) nominatur. Quid igitur, & qua de causa, & uter utrum filium constituit? aut, ut clarius loquar, an propter carnem, uerbum est filius: an propter uerbum, caro filius appellatur, an neutrū

istorum

istorum in causa est, sed potius amborum congressus coalitusq; ? Si igitur Verbum propter carnem, necessum est, carnem Filium esse, & sequenter tot absurda, quot prius enarrauimus ex eo, si dicas hominem Filium: Sin autem propter Verbum caro Filius efficitur, & ante carnem Verbum omnino existebat, nec Filius erat: quomodo possibile est illum ius filiorum alijs impetrare, qui ipse Filius non est, maxime cum subsistat Pater? Si igitur sibi filios efficit, Pater ipse fuerit: sin autem contra, necessum est, ipsum esse Filium, per quem & alij filij efficiuntur. Alioqui, si eo non existēte filio, nos filij sumus, non iam Deus eius Pater, sed noster tantummodo fuerit. Quomodo igitur hoc ipsum ut proprium sibi potissimum uendicat, dum dicit: Pater in me, & ego in Patre? Si enim communis omnium Pater est, non illius duntaxat Pater est, nec ille solus egressus est ex Patre: sed æquum est, ut & nos aliquando eum Patrem uocitemus, eò quòd communicauerit se nostræ carni. Ideo enim Verbum caro factum est, ut per uerbum, qui filius est, & habitat in nobis, filij efficeremur: Ideo & noster Pater dicitur, Emittit enim (inquit) Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba Pater. Igitur in nobis filius suum Patrem inuocans, efficit, ut noster ille Pater appellitetur. Certè, in quorum cordibus non est filius, horum Pater Deus nominari non potest. Si igitur propter uerbum homo appellatur filius, necessum omnino, & ante susceptam humanitatem, quum ex priscis aliqui filij appellentur: & ante aduentum uerbi in terras, filium extitisse, cum inquiat, Filios ego genui: & in Noe uidentes filij Dei: & in Cantico, Nónne ipse est Pater tuus? erat igitur reuera filius, per quem & illi filij appellantur: Sin autem secundum istos neutrū horum est filius, sed per amborum coalescentiam congressumq; filius constituitur, necessus est, ne alterutrum quidem filium esse, non uerbum inquā, non hominem, sed eam ipsam causam propter quam coaptati sunt: & ita causa, coaptatione prior erit, quæ filium efficit, ergo secundum hoc, ante carnē filius extabat. Istis ad istum modum disputatis, ad aliud defugient dictitantes, non hominem esse filium, neque utrumq; simul coniunctum, sed in principio uerbum simpliciter appellari: ex quo autem homo factus esset, iam inde eum filium esse nominatum: non enim anteq; homo apparuisset, filium fuisse, sed uerbum duntaxat. Et ut uerbum caro factum est, cum ante caro nō esset, ita uerbum filius effectum est, cum antea filius non esset. Talia sunt illorum nugamenta, sed refutatio clara in promptu est: si enim omnino inde quòd hominem induisset filius effectus est, aut illa ipsa susceptio humanitatis pro causa, cur filius sit, habenda fuerit. Et si homo in causa, ut uerbum sit filius, aut utrunq; coniunctim id efficiunt, eadem absurda rursum occurrarent. Deinde si primum uerbum, & postea filius, apparebit posterius cognouisse Patrem, & non prius: siquidem non uerbum cognoscit, sed filius. Nemo enim cognoscit Patrem, nisi filius. Porro & illud offensabit, eum postea in sinu patris fuisse, & postmodum ipsum & patrem unum esse factos, & posterioris temporis esse, Qui uidit me, uidit patrem meum. Hæc enim omnia de filio dicta sunt. Atque ita cogentur dicere, uerbum nihil fuisse, sed duntaxat merum nomen. Non enim in nobis neque cum patre, neq; qui uerbum uidit, patrem uidit, neq; omnino cognitus factus est pater: siquidem per fi-

Gal. 2

Ioan. 14

lium cognoſcitur Pater: ita enim ſcriptum eſt, Et cui Filius reuelauit. Quum igitur Verbum nondum erat Filius, nondum quiſq; Patrem cognoſcebat. Quomodo igitur Moſi, quomodo Patribus uiſus eſt, quum ipſe tamen in libris Regnorum dicat, reuelando reuelatus ſum ad omnes patres ueſtros? Si uero reuelatus eſt Deus, nimirum erat Filius, qui illum reuelaret, ut ipſe inquit, & cuicunq; Filius reuelauerit. Impium igitur & ſtultum eſt dicere, aliud eſſe Verbum, & aliud Filium. Vnde aũt hanc opinionem ſibi parauerint, pulchrũ eſt quærere. Aiũt aũt, quia nulla fit mẽtio in Veteri Teſtamento de Filio, ſed de Verbo, ideo filiũ uerbo ætate minorẽ aſſeuerauere, quod illius ſit mentio in ueteri teſtamẽto: Iſtiuſmodi ſunt quæ impĩ illi crepant. Primũ igitur diuidere Teſtamenta, & alterum ſine altero accipere, Manichæorum & Iudaicæ factionis eſt, cum illi ueteri Teſtamento, iſti nouo obtrectent: deinde ſecundum eos, ſi ea quæ in Veteri Teſtamento ſunt poſita, tempore præcedunt, & ea quæ in Nouo Teſtamento memorantur, recentiora æſtimanda ſunt, & ex ſcriptis tempora iudicanda: neceſſum eſt uiciſ-
Ioan.10 ſim, recentiora iſta eſſe: Ego & Pater unum ſumus, & unigenitus qui eſt in ſinu Patris: & qui uidit me, uidit Patrem meum: non enim ex ueteri Teſtamẽto, ſed ex nouo iſta cõteſtata fiunt. Atqui re uera multa de Filio in ueteri Te-
Pſal.2 ſtamento referuntur, ut in Pſalmo: Filius meus es tu, ego hodie genui te: & in titulo noui Pſalmi in finem, ſuper occultis filĩ, Pſalmus Dauidi, & in qua drageſimi quarti inſcriptione, in finem, ſuper rebus mutandis filĩ Chorę ad prudentiam: Canticum ſuper dilecto, & in Eſaia, Cantabo Dilecto, cantionem dilecti ad ſuam uineam, uinea fuit dilecto. Iam Dilectus ille quis fuerit, niſi filius unigenitus, ut in Pſalmo centeſimo nono patet: ex utero (inquiẽs)
Pſal.109 ante luciferũ genui te, de quo in ſequẽtibus dicetur: Et in Prouerbĩs itidẽ:
Prou.8 Et ante omnes colles genuit me: & in Daniele, ſpecies quarti quæ appare-
Dan.3 bat ſimilis filio Dei, aliaq; compluria. Si igitur ex ueteri Teſtamento uetuſtas rerum colligitur, uetuſtus etiam fuerit filius, cuius mentio eſt declaratioq; frequens in ueteri Teſtamento. Sed mihi hic dixerint: eſt quidem in ueteri Teſtamẽto de eo habita mentio, ſed prophetico more in futurum rem gerendam ſignificans. Igitur & de Verbo quoq; Propheticè iſtiuſmodi dicta fuerint: non enim hoc Propheticè, illud alterum nõ Propheticè. Si enim illud: Filius meus es tu, ad futuras actiones pertinet, certum eſt, etiam iſtud: Verbo Domini cœli firmati ſunt, ad futuram rerum configurationem pertinere: quippe, qui non dixit, facti ſunt, aut fecit. Quòd aũt firmauit, de futuro locutus ſit, indicat illud alterum, Dominus regnauit, quod primo loco poſi-
Pſal.92 tum eſt, cui deinde ſubiungitur, Firmauit orbem terræ qui non commouebitur. Sic autem in quadrageſimo quarto de Dilecto in futurum locutus eſt. Certum eſt, & eo ipſo quod ſubſequitur, ea in futurum locutum fuiſſe,
Pſal.44 dum ait: Eructauit cor meum Verbum bonum. Iam ſi ex utero de homine dicitur, nimirum & ex corde de homine dicetur. Nam ſi uterus hominis eſt, etiam cor hominis fuerit, & ad corpus referendum eſt. Quòd ſi ex corde æternum quiddam, etiam ex utero æternum quiddam in fructu ſuo ſignificare debet. Et ſi unigenitus in ſinu æternũ quiddam denotat, etiam Dilectus in ſinu ſua ſignificatione idem ſibi obtinuerit. Eadem enim res eſt unigenitus

tus & Dilectus,ſicuti & ibi:Hic eſt Filius meus dilectus.Non enim, quo ſuam in eum dilectionem oſtenderet,Dilectum illud appellauit, ne ea ratione cæteros ſe odiſſe indicaret:ſed ea uoce unigeniti naturam oſtendere uoluit, quo palam faceret illum ſolū ex ſe eſſe genitum.Certe,Abrahæ demonſtrare uolens unigenitum ſe petere,ita locutus eſt:Offer filiuum tuum dilectum illum. Iam cuiuis conſtat Iſaacum unigenitum eſſe ex Sara. Eſt igitur Verbum Filius non nuper factus,aut nominatus Filius:ſed ſemper Filius. Nam niſi ſit Filius, Verbum non fuerit.Et ſi non ſit Verbum,non etiam Filius fuerit.Nam ex Patre eſſe,Filium eſt eſſe.Quis enim ex Patre eſt,niſi uerbum ex corde progreſſum? & ex utero genitum? Non enim Pater Verbum eſt, neque Verbum Pater eſt,ſed ille Pater eſt,iſte autem Filius: & ille genuit, iſte autem gignitur.Inſanit igitur Arius,qui dicit filium è nihilo extitiſſe, & fuiſſe aliquando cum ipſe non eſſet.Inſanit quoq; Sabellius,cumdicit patrē eſſe filium,& uice uerſa Filium eſſe patrem.Eſſentia perſonaq; eſſe unū eos, ſed nomine duos.Inſanit aūt dum pro eius rei ſimilitudine gratijs utitur Spiritus Sancti.Ait enim,Quemadmodum diſcrimina ſunt gratiarum, idem autem Spiritus:ita quoq; pater,quum idem ſit,dilatatur in filium et Spiritum. Cæterum illud plenum eſt abſurditatis.Si enim ut in Spiritu ſe habet diuerſitas gratiarum,ita quoq; ſe habet triplicitas perſonarum in Deo, ſequitur, ut pater & Verbum ſit,& Spiritus Sanctus,ut qui hoc modo pater,illo modo Verbum,iſto modo Spiritus Sanctus haberi poſsit, dum ſe accōmodat ad uniuſcuiuſq; neceſsitatem,atq; ita fieri,ut nomine duntaxat filius, & Spiritus,reuera tamen non niſi pater exiſtat, utpote, qui ex ſe habeat principium ſui ut naſcatur:deſinens aūt naſci,pater appelletur:& hominem quidem nominetenus factum eſſe,reuera tamen non aduenisſe, & in eo eum falſum dixiſſe,Ego & pater unum ſumus:cum ipſe ſolus pater ſit: & quæcunq; alia abſurda apud Sabellium inueniuntur. Atqui ita neceſſum eſt, deſinere nomen filij & Spiritus Sancti impleto eo uſu, cui deſtinabantur, actaq; omnia ridicula erunt,eò quòd nō reuera,ſed nominetenus perpetrata ſint.Iam uero,deſinente nomine filij pro ipſorum opinione,deſinet quoq; eſſe Baptiſmatis gratia,quippe,quod in filio dabatur.Et quid aliud ſequetur,cū aboliti rerum naturæ? Si enim,ut nos conderemur,prodijt Verbum, eoq; progreſſo,ſubſiſtimus, certum eſt, eo regreſſo in patrem,ut ipſi aiunt,nos ulterius ſuperſtites futuros uon eſſe.Ita enim erit,quemadmodum fuit: & ita nō futuri ſumus,ut antea non eramus.Nam eo ulterius non prodeunte, non erit ulterius rerum natura:abſurda igitur ſunt iſta. Quòd aūt filius principiū exiſtendi non habuit,ſed ſemper & ante ſuſceptum hominem,in patre erat, declarat Ioannes in prima epiſtola,dicens:Quod erat ab initio, quod audiuimus,quod uidimus oculis noſtris,quod cōtemplati ſumus, & manus noſtræ cōtrectauerunt de Verbo uitæ,& uita manifeſtata eſt,& uidimus, & teſtamur,& annunciamus uobis uitam æternā,quæ erat apud patrem, & manifeſtata eſt in nobis. Quo in loco dixit, nō q̄ uita facta erat, ſed quòd erat apud patrem:in fine epiſtolæ ipſum filium hanc uitam eſſe ait, dum ſcribit, Et nos ſumus in uero, nempe in filio eius Ieſu Chriſto: ipſe enim eſt uerus Deus,& uita æterna. Quòd ſi filius eſt Vita,& Vita erat apud Patrem,ergo

Matth.3

Gen.22

Ioan.10

& Filius quoq; erat apud Patrem. Vt enim Filius Verbū est, ita deus quoq; fuerit Pater, Filius autem secundum Ioannem non quouis modo aut simpliciter, sed uerus Deus appellatur, cum ait & Deus erat Verbum: Ipseq; adeo
Ioan.14 Filius dixit: Ego sum uita. Eaq; de causa filius est Verbum, & uita quę est apud Patrem. Idem Ioannes rursus ita his uerbis: Vnigenitus filius qui est in sinu Patris, declarat eum filium esse. Quem enim Ioannes filium appellat, hunc Dauid manum appellauit: Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam è medio sinus tui? Ergo si manus est in sinu, & filius est in sinu, ipse filius fuerit manus, & ipsa manus fuerit filius, per quam pater omnia fecit. Tua enim manus, inquit, fecit hæc omnia: & manu tua eduxisti populum. Ergo hoc ipsum per filium fecit. Iam, si ipsa mutatio dextræ excelsi: & etiam illud, in finem pro mutandis, canticum super Dilecto: Dilectus scilicet manus illa est, quæ mutationem accepit, de qua etiam loquitur uox illa Diuina: Hic est filius meus dilectus, idem ergo manus mea, ac si diceret, filius meus. Cæterum, quia nonnulli insciti homines tollentes filium: sordidum esse uolunt
Psal.109 hoc dictum, Ex utero ante luciferum genui te: quasi illud in Mariam competat, affirmantes scilicet eum ante exortum stellæ matutinæ ex Maria natum esse: non enim congruere in Deum uteri uocabulum. Necessum est, ut hic pauca disputemus. Si igitur, quia uterus humanum quiddam sapit, alienum id à Deo esse uolunt, certumq; est, etiam uocabulum cordis aliquid humani significare: sequitur enim ut qui cor habeat, uentrem etiam habeat, cum ambo æque ad homines pertineant: aut necessum erit, utrumq; simul tolli: aut requiri oportet, quid sibi ambæ dictiones uelint. Vt enim ex corde Verbum: ita & ex utero fœtus, & sicuti dum mentio fit de corde Dei, non humanum cor intelligimus: ita quoq; dum Scriptura loquitur de utero Dei, non ita excipiendum est, quasi corporeus sit ille uterus. Consuetudo enim est Sacræ scripturæ humanitus ea, quæ supra hominem sunt, eloqui & significare. Certè, de creatione uerba faciens, Manus tuæ (inquit) fecerūt me, & plas-
Psal.118 mauerunt me, &: Manus tua fecit hæc omnia: & ipse mādauit & creata sunt,
Esa.66 congruenter admodum singula denotauit, dum & filij genuitatē, proprie-
Psal.32 tatem, & creaturæ primordia describit. Quædā enim pater facit & condit: quædam gignit ex se, Verbum nimirū & Sapientiam. Vterus enim & cor, id quod proprium est & genuinum demonstrat: nam & nos, id quod nobis genuinum est in prole, ex utero habemus: opera autē manu perficimus. Quid igitur garriunt de genitura ante luciferum? Ego aūt libens dixero. Si illud de genito ante luciferum, partum Mariæ mirabilem demonstrat, multos etiam alios ante exortū eius stellæ in lucem esse editos. Quid igitur miri in his uerbis, ubi tamen quasi de eximio aliquo mentionem facit, quum ista ratio nascendi uulgaris sit? Est quoq; discrimē inter gignere & edere. Nam gignere principium iacti sementis indicat: edere autem nihil est aliud, quàm quod iam est, in lucem producere. Si igitur de corpore uox ista congrua & apta est, sciendum est non tum principium generationis eum assecutū esse, quum pastoribus id noctu euangelizatū fuit, sed tum cum Angelus loquebatur ad Virginem, quo tempore uox non fuit, quæ tum erat, cum ex utero prodijt. Hanc differentiam ponit Scriptura, & genitum esse ante lucife-

rum

rum dixit: ex utero aũt prodire, egressum nominat, ut in Psalmo uigesimo primo: Tu es qui extraxisti me de utero, alioqui non dixit ante exortum lu- Psa.21
ciferi, sed simpliciter ante luciferum. Si igitur istud de corpore accipiendum est, necessum est, ut istud corpus ante Adam sit genitum: quippe, cum ante Adamum stellæ fuerint. Aut quæ sit sententia istius scripti, requirenda est, quam ex Ioanne desumere licitum est. Is enim ait in Apocalypsi: Ego sum Apoc.22
alpha & ωμεγα, primus & nouissimus, principium & finis: Beati qui lauant Apoc.22
stolas suas, ut sit illis facultas ad lignum uitæ: & per portas in ciuitatem introeant: foris canes & uenefici, & scorta, & homicidæ, & idolorum cultores, & omnis qui facit & amat mendacium. Ego Iesus misi Angelum meum, Apoc.22
ut hæc testaretur uobis in Ecclesia. Ego sum radix & genus Dauidis, & stella illa lucida & matutina, & spiritus & sponsa, cuius ea sunt uerba, Veni, & qui audit, dicat ueni: & qui sitit, ueniat: & qui uelit, accipiat aquã uitæ gratis. Si igitur genus Dauidis est, si stella illa lucida & matutina est, certum est Seruatorem ratione carnis suæ luciferum dici, quem antecessit Dei natiui- tas, ut idem sit cum uerbis Psalmi: Ex meipso genui te, anteq; in carne appa- Psal.2
reres. Illud enim, ante luciferum, idem est ac si dicas, ante incarnationẽ Verbi. Est igitur in ueteri Testamento, ubi clara mentio Filij habeatur, tametsi superuacaneum sit de illis disputare. Si enim ea quæ posita non sunt in ueteri Testamento, recentiora habenda sunt, dicant isti contentiosi ubi in ueteri Testamento de Paracleto Patris mentio habita est. De Spiritu quidem Sancto dictum inuenias, de Paracleto autem nihil. An igitur aliud est Spiritus Sanctus, & aliud Paracletus ac nouitium magis, quia nõ in ueteri Testamento sermo de eo est habitus, iam ne ideo alterum ab altero distinguere oportebit, aliudq; dicere Spiritum Sanctum esse, & aliud Paracletum, quum tamen unus idemq; Spiritus sit, & qui tum, & qui nunc sanctificat, & consolatur eos qui ipsum recipiunt? quemadmodum unum & idem Verbum & Filius, qui etiam tum ad ius filiorum adoptionem q; promouebat dignos? Erant enim & in ueteri Testamento filij, non per alium, q; per Filium adoptati. Nam si ante Mariam Filius Dei nõ fuisset, quomodo ille ante omnes fuerit, quum eum iam alij filij tempore antecesserint? Quomodo aũt primogenitus, quum deprehendatur in gradu nascendi post multos sequi? Sed neque Paracletus inter secundos numerari debet, quum ante omnes fuerit, neque Filius nuperus, aut nouitius, quippe cum in principio Verbum extiterit. Sed ut idem est Spiritus, & Paracletus: ita quoq; idem Filius & Verbũ, ut ait Saluator: Paracletus ille Spiritus Veritatis, quem mittet Pater in no- Ioan.16
mine meo, eundem esse pronuncians citra ullam distinctionem: Itidẽ quoq; Ioannes de Verbo referens, & Verbum, inquit, caro factum est, & habitauit Ioan.1
in nobis, & uidimus gloriam eius ut unigeniti ex Patre. Neque enim isthic eos distinxit, sed identitatem in utroque posuit, & ut non aliud Paracletus, & aliud spiritus sanctus, sed unum & idem: ita quoque non aliud Verbum est, & aliud Filius: sed Verbum unigenitus Filius habendum est. Non enim de gloria ipsius carnis locutus est, sed de gloria Verbi. Qui igitur audet distinguere Verbum & Filium, distinguat quoq; & diuidat spiritum à Paracleto. Quòd si Spiritus à Paracleto diuidi nõ potest, indiuisibile quoq;

sit Verbum, quod ipsum est Filius, & Sapientia, & Virtus. Quin & ethnici literarum periti, sciũt hanc uocem Dilectum idem ualere cum hoc uocabulo unigenito, quum Homerus Telemachum unigenitum Vlysis dilectum appellet, idq; in secunda Odyssæa. Quidnam hæc clarè tuo uoluis sub pectore fili? Aut cur nam statuis peregrinas uisere terras? Solus dilectus, siquidem præclarus Vlysses, Ignotos inter perijt, procul urbe domoq;. Nimirũ quia unicus erat Patri suo, Dilectus appellatur. Quidam ex discipulis Samosatensis diuidentes Verbum à Filio, dicunt Filium quidem esse Christum, Verbum tamen alium: eiusq; occasionem arripiunt ex actis Petri, dicentis:
Acto. 13 Verbum emisit filijs Israel, pacem euãgelizans per Iesum Christum. Hic est omnium Dominus. Aiunt enim Verbum ita locutum per Iesum Christum, quemadmodum etiam in Prophetis loqui solet, ac proinde aliud Prophetã esse, aliud Dominum. Sed possumus contra hanc obiectionem aliquid simi
1. Cor. 1 le reperire, idq; ex Epistola ad Corinthios: Expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit uos inculpabiles usq; in diem Domini nostri Iesu Christi. Vt enim non alter Christus, diem alterius Christi expectantes confirmat, ita quoque Verbum misit Pater carnem factum, ut quum iam homo esset, ipse per seipsum euangelizaret. Atque ideo statim
1. Cor. 1 subnexuit, Hic est omnium Dominus. Dominus autem omnium Verbum est. Eadem ratione dixit Moses ad Aaron: Accede ad altare & sacrifica pro peccatis, & incensum offer, & propitiationem facias pro teipso, & pro domo tua, & offer munera populi, & fac expiationem pro eis, quemadmodum præcepit Dominus Mosi: Ecce tibi etiam hic quanq; de uno Mose, tamẽ ueluti de altero Mose mentionem fecit. Eodem igitur modo de Diuino Verbo, si dicat Petrus illud missum esse filijs Israel per Iesum Christũ, non intelligendum est, aliud esse Verbum, aliud esse Christum, sed unum eundemq; ob susceptam humanæ naturæ conditionem, & pro nostro modulo sui attemperationem. Iam, tametsi duplex relatio in intelligendo fiat, non tamen ita ut Verbum segregetur, quemadmodum ex Diuiniloquo Io-
Ioan. 1 anne patet, cuius hoc dictum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod igitur probè & rectè dictum est à Beato Petro, hoc isti Samosatenses, quia in ueritate non manent, praue, peruersèq; intelligunt. Christus enim id esse intelligitur quod ex utroq; constat, quare Verbum etiam intelligi debet, quum dicitur, Christus Dei uirtus, & Dei Sapientia. Si igitur dicat Petrus, uerbum per Iesum Christum missum esse filijs Israel, id ita accipiendum est, uerbum incarnatum filijs Israel apparuisse, ut consonet cum hoc dicto. Verbum caro factũ est. Sin aũt aliter illud intelligant, & uerbum quidem, quemadmodũ etiam est, Numen confiteantur: hominem tamen ab eo assumptum, cum quo unitus est, disseparant: dicentes per Iesum Christum uerbum missum esse, ipsi sibijpsis cõtraria, in hac sententia pronũciant. Qui enim isthic eum segregantes à Diuina incarnatione Diuinum esse uolunt, ijdem illi uilipendunt eum carnem factum esse, & quæ gentilium sunt, sapiunt. Quemadmodũ & hic sentiunt, dum ante uerbum, incarnationem Diuinam fuisse suspicantur, sed ita non est, apagesis. Nam quemadmodum ineffabilem natiuitatem Ioannes isthic deprædicat deglutito absumptoq; eo

quod

quod mortale est à uita, & ab ipso, qui est ipsa Vita. Quemadmodũ ad Martham Dominus locutus est: Ego sum Vita: ita quoq; dum dicit Petrus per Iesum Christum Verbum missum esse, Diuinam illam counitionem eius significat. Vt enim dum quis audit Verbum carnem factum esse, nequaq; existimat, non iam inde supereſſe Verbum, quo quid absurdius? ita Verbum audiens coniunctum carni, unum Diuinum & simpliciter intelligat mysterium. Manifestius aũt & submota omni controuersia dicta Archangeli ad Deiparam Virginem, unitatẽ Diuini Verbi & hominis indicauerint. Ait enim Spiritus Sanctus superueniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideo quod natum ex te fuerit Sanctum, uocabitur Filius Dei. Stolidè igitur discipuli Samosatenses id seiungunt. quod manifestè demonstratur unitum fuisse cum homine ex Maria genito. Non igitur missio est per eum, sed misit potius in seipso, dicens: Euntes docete omnes gentes. Consuetudo autem est Scripturæ, incuriè & simpliciter uerba pronunciare. Ita enim in libro Numerorũ inuenias: Dixit Moses Ragueli Madianitæ socero Mosis: Non enim alius Moses qui ista locutus est, & alius Moses, cui Raguel socer erat: sed unus erat. Si enim Verbum Dei Sapientia & uirtus, & Dextra, & Brachium, & quæcunq; sunt istiusmodi appellatur, & hominum studio & amore nobis unitus est, primitias nostras circumamictus eisq; attemperatus: sequitur ergo, ut ipsum Verbũ omnia istius generis nomina, ut par est, sortiatur. Nam quod dictum est In principio Verbũ esse & hoc apud Deũ, & ipsum Deum esse, & omnia per eum, & sine eo factum esse nihil: planè ostendunt hominem Dei Verbi plasma & figmentum esse. Si igitur hunc hominem Verbum iam caro factum in se recepit, eumq; instaurauit, denuo firma innouatione ad æternam perdurationem: susceptа ea de causa hac unitione, ut ad diuiniorem sortem eum subueheret, qui fieri potest, ut dicãt per hominem ex Maria genitum Verbum missum fuisse? aut cur eum reliquis Apostolis, hoc est, Prophetis, nimirum qui ab ipso missi legatiq; fuere, adnumerandum putent: quum ipse Apostolorum, hoc est, eorũ qui missi fuere sit Dominus? quomodo ergo, inq;, merus homo uocari possit Christus, qui unitus uerbo recte appellatur Christus, & Filius Dei? cũ clare Propheta exclamet, prædicetq; Paternam in eo substantiam: emittam (inquit) Christum in Iordanem. Hic est Filius dilectus. Quum enim expleuisset pro missa, recte fecit, quòd eum clare demonstrabat, quem se missurum pollicitus fuerat. Vtrumq; igitur intelligimus sub nomine Christi, uerbum nimirum coadunitum in Maria, homini, ex Maria oriundo: nam in huius utero uerbum sibi domum conformauit, eo modo quo ab initio Adam ex terra genitus est, uel potius Diuiniori, de quo & Salomon ait, cui occultum non fuit, uerbum etiam Sapientiam appellari. Sapientia, inquiens, ædificauit sibi bi domum, quod Apostolus interpretans ita locutus est, cuius nos domicilium sumus: & alibi nos templũ nominat, quatenus Deo sit congruũ in templo habitare: cuius imaginem ex lapidibus à priscis hominibus per Salomonem ædificari uoluit. Quapropter apparente ueritate desijt illa domus. Quum enim uellent efferati Iudæi imaginẽ rei rem ipsam esse, & ipsum uerbi corpus quod erat uerum templum, destruere, nihil ipse uicissim cõminatus

Ioan.14

Mar.16

Matth.3

Prou.9

tus est,sed quia sciebat ultro eos hanc temeritatem suscepturos, locutus est
Ioan.2 eis:Soluite templum hoc,& intra triduũ excitabo illud, quibus uerbis clare ostendit Saluator,quòd quæ ab hominibus procurantur, ultro & ex sese in perniciem abeunt.Nisi enim dominus ædificauerit munitionem,& custodierit ciuitatem,in uanum laborauerint, qui ædificant,aut custodiunt eam. Quæ igitur Iudæorũ erant,destructa sunt,utpote,quę res umbratiles,erant: ea autem quæ Ecclesiæ erant,cõstabilita sunt,quippe,quæ fundata erant supra firmam petram,nec portæ inferorum prævalent aduersus eam. Illorum erat dicere,Quomodo tu cum sis homo,Deum te facis? Horum discipulus Samosatensis est, quare non immerito ea quæ illorum sunt,suis discipulis renũciat.Sed nos non eam æstimationem de Christo percepimus:siquidem illum audiuimus,eiusq; doctrina imbuti sumus, exuentes quidem ueterem hominem pereuntem secundum appetitiones impostura,resumẽtes autem nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis.Christum igitur utrunq; esse pio homini intelligendum est.Quòd si Scriptura subinde corpus illius Christum uocat,ut cum dicit Petrus Cornelio,ut Iesum Nazarenum quem unxit Deus Spiritu Sancto:& rursum ad Iudæos,ut Iesum Nazarenum,uirum à Deo declaratum inter uos: & Paulus Athenienſibus,In uiro in quo statuit,fidem adferens omnibus, eò quòd illum excitarit è mortuis:hanc autem declarationẽ missionemq; subinde inuenimus idem esse cũ unctione. Vnde cuilibet licet cognoscere, nullam esse discordiam in uerbis Sanctorum:& citra ullum discrimen: Verbi coadunitionem cum homine ex Maria nato,nunc denominare unctionẽ, nũc missionem,interdum quoq; declarationẽ.Quod igitur à Petro dicitur, rectam & synceram unigeniti Deitatem prædicat, nequaquam separans essentiam Verbi Dei,ab homine ex Maria genito:absit precor.Quomodo enim id fa
Ioan.10 ceret,quippe qui sæpissime audierit? Ego & Pater unum sumus:&, Qui ui-
Ioan.14 dit me,uidit patrem.Atq; ideo etiam post resurrectionem idem corpus clausis ostijs ingrediens ad uniuersum Apostolorum consessum, si qua in ea re difficultas credendi fuerat,dissoluit,dum ait:Palpate me,& uidete quia spiri
Ioan.20 tus carnem & ossa non habet,sicuti me uidetis habere. At non ad istum modum locutus est: Videte istum, aut uidete hominem quem assumpsi, sed uidete me. Vnde fit,ut nullam ueniam sibi parare poterit Samosatensis, cum ex istis uerbis euincatur, super Dei uerbi cum homine coadunitione, refuteturq; ab ipso Dei uerbo,quod tum omnes cohortatione ad se palpandum inuitabat,suiq; specimen approbationemq; exhibebat, comedendo,& contrectationem ferendo.Res enim ea opere completa fuit. Nam qui ei cibum dederunt,siue unus is fuit,siue plures,manus illius attigerunt,quippe qui illi dederint partem assati piscis,& aliquid ex fauo,quos ubi acceperat,coram ijs comedit,Et ecce tibi,si non ut Thomæ, alia tamen ratione certitudinem sui,documentumq; præbuit, dum non tergiuersatur ab illis cõtingi. Quod si maiora ambias, & cicatrices uidere concupiscas,eius rei certitudo ex Tho
Ioan.20 ma discenda est. Huic enim imperatum est, Admoue manum tuam, & insere in latus meum, & digitum tuum in manus meas, suum illud latus, suasq; manus Deus Verbum appellat, ut intelligeres eum simul & Deum

& hominẽ esse. Etiam hic sensum aliquẽ sui, unde cognosci posset Verbum, discipulis suis per corpus suum præbuit, eò nimirum, quò ingrediebatur ianuis clausis, quippe quòd recta penetrabat, præsensq; sui certitudinem adferebat. Hæc fidelibus quidem in cõfirmationem, infidelibus ad emendationem scripta utcũq; suffecerint. Corrigatur igitur Samosatensis, huius Diuinæ uocis auscultator factus, quibus suum id corpus esse asseuerat, & quasi hæc uerba pronunciat, ne alterum Christum à me, sed Christum mecũ esse, & me cum Christo idem esse existimes. Ego enim sum chrisma siue Vnctio: Christusq; siue unctus homo est, qui à me assumptus est. Nõ igitur sine me Christus nominari debet, sed unà mecum, & ego cum illo. Quapropter ex Verbi missione per Iesum, coniunctionem illam intelligi conuenit, qua uerbum cum Iesu Mariæ Filio in unam personam coaluit, cuius uocabuli etymon Saluatorem significat. Nihil autem aliud hoc dicto indicatum uoluit ꝙ se Dei Verbo coadunitum fuisse, dum ait. Qui misit me Pater, & à me nõ ueni, sed Pater me misit, Vnitionem enim cum homine, quo hominibus inuisibilis natura Dei per uisibilem innotescere posset, missionem nominauit. Non enim Deus locum mutat nostro more, qui locis continemur, neq; ad similitudinem nostræ paruitatis præsentia Dei tota comprehensa intra carnem humanam latuit: quomodo enim id fieri posset, quum cœlum & terram impleat: sed quia se in carne præsentem sistebat, ideo Sancti uiri uocabulo missionis uti uoluerunt, atq; ita idem qui & Deus Verbum est & Filius Mariæ est, unus Christus censeri debet, nõ diuersum quiddam: sed unus ille & idem, qui ante secula ex Patre, in extremis temporibus ex Virgine natus est, antea inuisibilis etiam potentatibus Sanctis qui in cœlo sunt, nunc autem uisibilis redditus, per ipsius cum homine qui uisibilis est unionem. Visibilis (inq;) non inuisibili Deitate, sed Deitatis per humanum corpus operatione, quod denuo instaurauit sua assertione, quia id sibi uendicauit & proprium fecit. Huic igitur Maiestas et adoratio, qui erat antequàm erat, & nunc & semper, & in secula seculorum.

ATHANASII ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE IN HOC dictum, Omnia mihi tradita sunt à Patre: &, Nullus cognoscit Filium nisi Pater: aut Patrem, nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare.

NON intelligentes istud sectatores hæreseos Arianæ, Eusebius, cæteriq; eius gregarij impie in Dominum agũt: Aiunt enim, si omnia illi tradita sunt, sub hac uoce (omnia) imperium naturæ intelligentes, fuit igitur quando non habebat hæc omnia: si aũt non habebat, non est ex Patre: si enim ex Patre, fuisset, habuisset hæc omnia, utpote, qui ex ipso Patre esset minime indigus ut illa acciperet: at ex illo ipso dicto, multo magis illorũ insania refutabitur.

Non

Non enim Dominatus in res creatas, aut imperium naturæ istis uocibus innuitur, sed significatio nonnulla dispensationis denotatur. Si enim cum hęc diceret, tum illi ista tradita fuissent, nulla tum temporis per Verbum creatio esse potuisset. Atqui, si illud concedas, ubi tum (quæso) illud de Verbo dictum, omnia in eo constituta sunt? Sin autem eodem tempore quo creabantur, data sunt illi omnia, non opus fuit traditione: siquidem omnia per eum
Ioan.1 facta sunt, & superfluum erat tradi illa Domino, quorum ipse opifex erat: quippe, qui inter creandum ea in sua potestate ac dominio retinebat. Quòd si post creationem tradita sunt, illi, uide mihi (quæso) rei absurditatem. Si enim tradita sunt, Paterq; gubernaculis decessit, quò filius rerum imperium acciperet, in periculum uenimus, ne in quorundam fabulas præcipitemur: nimirum eum qui tradidit, à traditione imperio defunctum esse. Aut si habente Filio, habet & Pater, nõ opportuna fuit hæc formula uerborum, Tradita mihi sunt omnia: sed dicendum erat, assumptus sum ut socius & particeps, sicuti à Paulo Syluanus in societatem receptus fuit: Cæterũ illud multo magis absurdum: non enim indigus est Deus, neq; per necessitatem assumpsit Filium in opitulatorem, sed quia Pater Verbi est, ideo omnia per eum facit, & non tradit illi res creatas, sed per eum, & in eo res creatas procurat: adeò ut ne passerculus quidem sine Patre in terram cadat, neque her-
Ioan.5 ba suo cultu induatur citra Deum, & operãte Patre operetur & Filius usque in præsens: Quapropter impiorum sententia uana & futilis est. Neq; enim ut sentiunt, res ita se habet, sed sub ijs uerbis dispensatio rerum per carnem gerendarum significatur. Postq; enim peccarat & lapsus esset homo, eusq; lapsu, perturbatis omnibus, mors inualuisset ab Adam usq; ad Christũ, teraq; execrationi data esset, infernus apertus, paradisus clausus, cœlum infensum, & tandem corrupto & interempto homine insiluisset diabolus contra nos, tum demum Deus hominum amator ac nolens perire hominem, ad suam Imaginem conditum, in hæc uerba locutus est, Quem emittam? & quis proficiscetur? omnibus obticentibus, locutus est Filius: Ecce ego, emitte me: quo tempore illi respondit Pater, uade ergo: tum inq; dedit illi hominem, ut ipsum Verbum caro fieret, carnemq; assumptam in omnibus instauraret. Tradita enim sunt illi ut medico, qui sanaret morsum serpentis: & ut uitæ, qua excitaret mortuum: & ut luci quo illuminaret tenebras: & ut rationi, quo redintegraret uim rationalem. Postquàm igitur tradita illi sunt omnia, & factus est homo, correcta sunt omnia, & perfecta terra, pro maledictione benedictionem obtinuit: paradisus reserata est: infernus se metu contraxit: monumenta aperta sunt resurgentibus mortuis: portæ cœli eleuatæ sunt, ut intraret ille ex Edom. Certè, qua ratione sibi omnia tradita essent, indicare uolens Saluator, per Matthæum subintulit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Datum enim est mihi, ut fatigatos reficiam, & mortuos uiuificem. Consentit cum istis etiam illud di-
Ioan.3 ctum: Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus eius. Dedit enim, ut quemadmodum per eum facta sunt, ita in eo omnia refici possent. Non em̃, ut ex paupere diues fieret: neque ut qui non haberet potestatem, acciperet, assumpsit omnia, absit: sed, quo omnia utpote Saluator instauraret. Decebat enim

bat enim exordium creaturæ per eum fieri,ut esse posset:& instaurationem in eo fieri,ut corrigeretur. Vide uerborum differentiam.In principio enim creata sunt per eum,ut essent:postea uero lapsis omnibus, Verbum caro factum est,& carnem induit,ut in eo omnia instaurarentur.Ipse enim patiendo,nos refocillauit: & esuriendo,aluit: & ad inferos descendendo, extulit. Tunc igitur,rebus omnibus creatis,præceptum datum est,ut fierent:quale illud est,Producat,& fiat.Ad emendationem autem tradi illi omnia decuit, ut homo fieret, & in ipso omnia renouarentur: eo enim ipso quo homo erat,humanitas nostra uiuificabatur. Nam ideo coniunctum est Verbū homini, ne maledictio ulterius uim suam in hominibus haberet. Ideoq; in septuagesimoprimo Psalmo ad istum modum inducuntur loqui, qui super humano genere ad Deum preces fundunt: Deus iudicium tuum regi da, Psal.71 ut & iudicium mortis contra nos,quod hactenus cōstituerat, traderetur Filio,ac iam deinde ipse in se ipso illud aboleret, mortem oppetēs pro nobis: Istud enim etiam ipse significās,dixit in Psalmo octogesimoseptimo, In me Psal.87 confirmatus defixusq; est furor tuus: siquidem iram aduersus nos conceptā ipse gestauit,ut in Psalmo centesimo trigesimo loquitur:Dominus retribuet pro me:atq; ita,tradita esse omnia Saluatori,intelligendum est. Quod si denuo resumendus est intellectus istorum uerborum, tradita sunt illi quę non habebat:antea enim homo non fuit,sed ideo factus est homo ut hominem seruaret:& in principio Verbum caro non erat, sed postmodū factum est,in qua inimicitiam nostri reconciliauit secundum Apostolum,& legem præceptorum in decretis aboleuit,ut duo conderet in unum nouum hominem, pacem faciens, & reconciliaret utrosq; in uno corpore apud Patrem. Quæ enim Pater habet, mea sunt, inquit. Omnino probe uerba concepta Luc.10 sunt:cum enim quod prius non erat,factus esset,tradita illi sunt omnia.Cæterum, ubi suam cum Patre indicare uult unitatem, non obscuriter id agit, sed uerbis difertis explicat, Omnia, inquiens, quæcunq; habet Pater, mea sunt: Mirabilis istic uerborum cautio. Non enim dixit, Omnia quæcunq; habet Pater, mihi dedit,ne quasi aliquando non habuisse, argui posset: sed dixit,Omnia mea sunt:cum enim omnia constituta sint in Patris potestate, quæ eadem est Filij,in Filio quoq; constituta fuerint. Quid aūt Pater habeat,examinandum est denuo.Si enim illud de creatura intelligendum est, nihil ergo habuit ante conditam rerum naturam,& uidetur accepisse à creatura.Absit aūt ut hoc quisquā cogitet.Vt enim Pater est ante creaturam,ita etiam ante creaturā habuit, quæ habet, quæ etiam filij quoq; esse credimus. Si em̄ in Patre est Filius,ergo sequitur,ut omnia quæ Pater habet, Filij sint. Illudq; dictum subuertit malitiam prauè opinantium,qui dicunt:Si omnia tradita sunt Filio, desijt ergo Pater habere eorum potestatē, quæ in Filium alienauit: quandoquidem in uicem suam Filium constituit, quippe cum Pater nihil iudicet, omneq; iudicium dederit Filio. Sed obturentur ora loquentium iniquitatem.Non enim,quia dedit omne iudicium filio,suo ipse Dominatu spoliatus est: neq; ideo quia dictum est, omnia tradita esse Filio, ipse non præest omnibus: ita enim segregant manifeste unigenitū Dei

à Deo, à quo insegregabilis est natura: uerbisq; illum dirimunt homines insani, qui per impietatem neutiquam intelligũt fieri non posse, ut lux à sole disiungatur, in quo naturaliter cõsistit. A rebus enim quæ præ manibus sunt, tenuem imaginem mutuare licet, ad rei intellectum, cum alioqui audax facinus esset, penetrare in naturã plane inintelligibilem. Vt igitur nunquam lumen ex sole mundum illustrans, sine sole illustrare intelligi potest, saltem apud illos qui mente ualent, eò quòd naturaliter cum sole coniunctum sit lumen solis: & si dicat lumen, accepi à sole, ut omnia illustrarẽ, fœcundarem, uegetarem per meum, qui in me est, calorem: non inde quispiam furiose cogitauerit, solem ipsum à sua natura, quæ luce constat, segregatum esse: ita quoq; pie interpretandum est, Diuinam substantiam Verbi unitam esse naturaliter suo Patri. Et illud dictum, quod iam in manibus habemus, clarissimam claritatem istius rei, quam quærimus, in medium adducet, di-
Ioan. 14 cente siquidem Saluatore: Omnia quæ habet Pater, mea sunt, quod ipsum indicat eum semper cum Patre esse. Nam hæc uerba, quæcunq; habet Pater, Patris Dominatum ostendunt. Rursus ista uerba, mea sunt, inseparabilem unitatem demonstrant. Necessum igitur est, ut intelligamus in Patre esse æternitatem, sempiternitatem, immortalitatem, eaq; esse in illo non ut aliena, sed in eo, & in Filio, ueluti in fonte suo residentia. Quum igitur de filio cogitare instituis, didiceriscq; quænam in Patre sint, tum te credere oportet, ea quoq; in Filio esse. Si igitur Pater creatura aut opus est, eadem illa de Filio sentias: Et si fas est dicere de Patre, fuit, quando non erat, aut eum ex nihilo prodijsse, dicãtur eadem illa & de Filio. Quòd si ista impia sunt, quæ de Patre dicãtur, impium quoq; habeatur, eadem illa de Filio sentire. Quæ enim Patris sunt, eadem sunt Filij. Nam qui Filium honorat, Patrem honorat, qui misit illum: Et qui excipit Filium, excipit etiam Patrem cum eo. Qui enim uidit Filium, uidit Patrem. Vt igitur non est creatura Pater, ita nec Filius: & ut non potest dici de eo, fuit quando non erat, aut ex nihilo prodijt: ita quoq; non competit, ut eadem de Filio dicas: sed potius ut in Patre æternitas, immortalitas, sempiternitas creditur, eumq; creaturam non esse: ita etiam de Filio sentire perquam consentaneum est: iuxta enim illud quod scriptum est, Quemadmodũ Pater habet uitam in semetipso, ita dedit & Filio habere uitam in semetipso. Expresit aũt hoc uerbum (dedit) ut munerator patrem intelligeres. Cæterũ, ut in patre est uita, ita & in Filio est uita, ut indiuisibilitatem, & æternitatem doceret. Ideo enim bona cum cautione dictum est, quæcunq; habet Pater, ut Patrem nominans, ipse pro Patre non haberetur: utpote, qui non dixit: Ego sum Pater, sed quæcunq; habet Pater. Patrem igitur habet ô Ariani, & ipse unigenitus Filius ab Patre appellatur: nonnunquam & ipse quoq; Patris nomine insignitur, non eo tamen sensu quem uos pro uestro errore suspicari soletis, sed ita ut & Patris sui Filius, qui ipsum genuit, maneat, & tamẽ pater futuri seculi nominetur. Necessum eñ est, ut uobis omnes suspiciones detrahamus. Dicit certe per
Esa. 9 Prophetam, Genitus nobis est Filius, & datus est nobis, cuius imperium super humeros ipsius, & uocatur nomen eius magni consilij Angelus, Deus fortis

fortis,potens, Pater futuri seculi. Igitur & Patrem futuri seculi unigenitum esse,& Deum fortem & potentē esse,& omnia quæ habet Pater,ipsum habere,clare demonstratum est: nec non eundem, ut Pater dat uitam,ita & in ipsius esse potestate,quos uelit,uiuificare. Audient enim, inquit, uocem Filij Dei mortui,& uiuent. Vnamq; uoluntatem Patris & Filij, idemq; in rebus statuendis consilium esse,quoniam una natura,eaq; indiuisibilis in ambobus. Frustra igitur Ariani seipsos stimulant, non intelligentes dictū Saluatoris nostri: Omnia quæ habet Pater, mea sunt:ex eo enim Sabellij sub uertitur stoliditas,& Iudæorum redarguitur amentia. Inde enim fit, ut habeat uitam in sese Vnigenitus,sicuti ipse Pater,& solus nouerit Patrem:nec mirum, quum in Patre consistat, & in se habeat Patrem, utpote illius Imago, & consequenter in eo ueluti in Imagine, omnia quæ Patris sunt,consistunt: Sigillum enim est simile eiusdemq; sculpturæ, in sese Patrem ostendens, Sermo uiuus,uerus,Potentia,Sapiētia,Sanctificatio,Redemptio nostra In eo enim uiuimus, mouemur, & sumus, & nemo cognoscit Patrem, nisi Filius,aut Filium,nisi Pater. Mirum igitur est, impios ista nefaria audere garrire,cum & homines sint,& quæ in terra sunt,nequeāt explicare. Sed quid dico quæ in terra sunt? imo uel sua ipsorum nobis exponant, uideantq; num satis explorate inuestigare queant,quæ ipsorū naturæ sunt:Homines profecto audaces & proterui, qui non tremunt eam gloriā, in quam cupiunt Angeli proni inclinatiq; adspicere: quum præ illis longe sint natura & ordine sublimiores. Quid enim propinquius Cherubinis & Seraphinis? illi non obtuentur hanc Maiestatem, aut in pedibus erectos se tenent, imo ne faciem quidem nudam relinquunt: sed ea obuelata gloriam Maiestatemq; Dei labijs nunquam cessantibus extollunt, nihil aliud quàm Diuinam & ineffabilem naturam triplici titulo Sanctitatis glorificātes. Neq; est quisquam Sanctorum Prophetarum inter eos, qui maxime digni habiti sunt, ut istiusmodi spectaculis interessent,qui nobis id se audisse renuncia uit, Angelos illos in primis uicibus exclamandi, Sanctus, maxima uoce usos esse:in secūdis aūt non æque magna,in tertijs adhuc submissiori:& primam Sanctificationem propriam legitimamq; esse, secundam aūt inferioris notæ,tertiam adhuc gradatim deterioris conditionis esse. Apage sis,ualeat dementia execrabilium hominum. Trinitas enim undecunq; laudabilis,& uenerabilis,& adoranda una est, & indiuisibilis, & quæ figura exprimi nequeat. Coniunguntur aūt unà hæ Sanctificationes pro insecabili illa Vnitate. In eo enim ipso,quo amplissima ista animantia tertio proferūt glorificationē, dum aiunt,Sanctus,Sanctus, Sanctus, triplici numero tres perfectas,absolutas,integras personas ostendunt,quemadmodū sub unica uoce, Dominus, unam substantiam declarant. Qui igitur diminuunt Vnigenitum Dei Filium,in Deum blasphemant,praue sentientes de eius perfecti tudine,eumq; inabsolutum criminantur, reosq; se cōstituunt maximæ pœnæ. Qui enim in ullam personarum blasphemant non habebunt remissionem neq; in hoc seculo,neq; in futuro: potest aūt Deus aperire oculos cordis illorum,ut sentiant & intelligant solem iustitiæ: ut agnoscentes, quem

Thes. 4

Ioan. 14

Apoc. 4

olim aſpernati ſunt, continua pietatis cogitatione unà nobiſcum glorificẽt, quoniam ipſius eſt regnum, Patris nempe, Filij & Spiritus Sancti, & nunc & in ſecula. Hæc eſt enim uera doctrina, hoc eſt uerum ſignum argumentumq́, quod ita iſta inter ſe conſentiunt neq; diſſident, uel inter ſe, uel inter Patres. Qui enim ita affecti non ſunt, ſcelerati potius & non ueri præceptores appellari debuerunt: ideo ethnici qui non confitentur iſta, ſed inter ſeſe diſceptant, nihil ueri habent in ſuis doctrinis, quippe qui diſcordes uerbis, non Diuina ſe tradere, ſed humana declarant. Sancti contrà inter ſe conſonant, nec diſſident unq̃. Neq; enim controuerſias habent in ijs, quæ uel prophetant uel erudiunt. Nam etſi temporibus diſtent, in id tamen omnes contendunt, neq; immerito: unius em̃ Dei Prophetæ ſunt, unumq́; & idem uerbum concorditer prædicant. Quæ enim Moſes docuit, eadem illa Abraham obſeruauit, Noe cognita habebat, diſtinguens munda ab immundis, neq; Abeelem latuerunt offerentem ex primogenitis, quippe qui illud didicerat ab Adam, qui ea ex Deo audierat. Ideoq́; & ipſe rerũ omniũ Deus poſteris illorum in Ægypto apparens: parentum nominibus eos in ſui
Gen. 46 memoriam reuocabat, inquiens: Ego ſum Deus parentũ ueſtrorum, & Dominus ait: Non præceptum nouum, ſed quod audijſtis, do uobis. Ita etiam Lucas à Filio Dei exorſus, uſq; ad Adam recurrit, ut oſtenderet corpus ꝙd Ieſus aſſumpſit, ab Adamo originem trahere, qui à Deo formatus fuit. Et ſeruabunt Filij Iſrael Sabbata, colentq́; in generationes ſuas: Fœdus æternum inter me & filios Iſrael ſignum eſt in me æternum, eò quòd in ſex diebus fecerit Deus cœlum & terram, & ſeptima die feriatus ſit. Signum eſt ut ſciatur dies creationis, & quando eius finis conſequi debebat. Quamdiu enim prior ætas & creatio uim ſuam & efficaciam in Ieruſalẽ obtinebat, tam diu Sabbata ſuam obſeruationem habuere: uerum ubi ſucceſſerat alia generatio, aliusq́; populus iam creatus erat, ſecundum id quod in Pſalmis di-
Pſal. 101 ctum uideas, ſcribatur illa in generationem alteram, & populus qui creabitur, laudabit dominum, non neceſſe ulterius fuit hunc nouũ populum prioris nationis obſeruare finem, ſed exordiũ potius ſecundæ creationis & ætatis. Quando igitur eſt iſtud exordium, niſi quo tempore Dominus reſurrexit? Iam inde enim initium habuit noua creatura, de qua locutus eſt Paulus: Quapropter ſi qua eſt in Chriſto noua creatura: priorem igitur creationem cum abſoluiſſet Deus, quieti ſe dedit. Ac propterea Sabbatũ in die ſeptimo obſeruabant homines illius generationis. Cæterum, ſecunda ætas ſiue creatio finem non habet. Ideoq́; neq; quietem aſſumpſit, ſed uſq; in præſens operatur. Atq; hic eſt quòd Sabbati diem, non ut in prima ætate obſeruamus, ſed ſperamus futura Sabbata Sabbatorum, in quibus finem non habebit noua creatura: ſed manifeſtabitur, & perpetui temporis feſtum colet. Ideo enim Sabbatum iniunctum eſt priori populo, ut cognoſcerent finem & principium creaturæ. Cæterum, nouæ creaturæ non præcepit obſeruationem Sabbati, ut initium quidem in Dominica die agnoſceret, ſed tamen infinibilem eſſe, & nunq̃ deſituram gratiam, certum haberet. Idcirco autem initium, hoc eſt, Dominicum diem certum declaratumq́; uoluit,

ut finem

ut finem præteriti ſentires. Apoſtolus certe de priori ſcribens ait: Cum ue-
niſſet plenitudo temporis, emiſit Deus Filium ſuum. Et rurſus, In conſum-
matione ſeculorum. Prima igitur adimpleta eſt & conſummata non alio
tempore quàm eo de quo Prophetæ dixerunt: In extremis diebus fundam
de Spiritu meo: finitis aũt prioribus diebus, alĩ dies ſuperueniũt, ut inquit
Hieremias: Ecce dies ueniunt, inquit Dominus: non enim principaliter o-
cĩ cauſa dedit Deus hominibus Sabbatum, quippe qui ita loquatur: Viæ
ocioſorum conſtratæ ſpinis, Et in libris Numerorum, Ipſo die Sabbatorũ
iuſsit duos agnos anniculos immaculatos, & duodecim panes ex ſimilagi-
ne in oleo confectos, in ſacrificiũ, & libationem, & holocauſtum in Sabba-
tis apponi ad holocauſtum æternum. Et rurſus aliquanto ſuperius, Pone-
tis in ara thus & ſalem, iacebuntq; panes ita propoſiti in recordationẽ Do-
mino. Die Sabbatorum proponetis eos ſemper coram Domino, in conſpe
ctu filiorum Iſrael ad æternum teſtamentum. Si enim illi cordi eſſet ocioſi-
tas, non imperaſſet proponere, offerre, mactare Leuitis: Nam ſi ocium ſan-
ctificet, ergo ſequitur, ut negocium contaminet, atqui Leuitę operando nõ
contaminabantur, non igitur ocium ſanctificauerit, alioqui cur fieret, ut ſo-
li Leuitæ ſanctificatione non ſpolientur, dum offerunt, mactant, & propo-
nunt in Sabbato? tantum aũt abſunt ut inquinentur, ut etiã propiciationẽ
impetrent illis qui offerunt. Non igitur Sabbatum ocium deſignat aut in-
nuit, ſed cognitionem conditoris, eò quòd ceſſatum ſit à forma creandi, ut
in Ezechiele ſcriptum eſt: Sabbata mea dedi illis, ut eſſent in monimentum *Ezech. 20*
& recordationem mei, & in monimentum & recordationem illorum, ut co
gnoſcerent, me eſſe Dominum, qui ipſos ſanctifico. Intelligentiæ igitur &
non ocĩ datum eſt Sabbatum, quia cognitio magis neceſſaria eſt, quàm oci
um. Ideoq; Dominus locutus eſt illis, qui incuſabant diſcipulos, q; ſpicas
uellerent: Si cognoſceritis quid illud ſit, Miſericordiam uolo & non ſacrifi- *Matth. 9*
cium. Ocioſos enim illos in Sabbato culpabat, eò quòd illud, quod propri
um eſt Sabbati, non habebant, hoc eſt, ueritatis cognitionem. Ideoq; circa
Hiericho tuba canere imperantur, qui legem Sabbati ſuſcipiebant in ſeptẽ
diebus, in quos Sabbatum incidebat. Si igitur ocĩ gratia datum eſt Sabba-
tum, cur operatio tubicinandi imperatur? quinimo creditum fuit, eos ita ca
nendo ſabbatizari. Non enim ocio, ſed cognitione Deum ſibi opitulatorẽ
comparabant, ſicuti in eo quoq; qui octauo die circũciditur. Neceſsitas em̃
habet, ut Sabbato circumciſio fiat, atq; eo modo Sabbatum operando co-
lunt: ſed ita tamen ut Deum cognoſcant. Certe dies, qui Sabbata non ſunt,
tamen ob remiſsionem peccatorum, cognitionemq; Dei, Sabbata appella-
re lex ipſa ſolet: ut ex Leuitico conſtat, Decimo die menſis huius hebdoma *Leuit. 23*
dæ, dies quæ propitiationis eſt dicta, ſancta nominabitur inter uos, & hu-
miliabitis animas ueſtras, & adducetis holocauſta Domino, & nullũ opus
facietis in die illa: fietq;, ut anima quæ in illa die opus fecerit, deleatur ex om
ni populo. Nullum opus facietis ex recepto & ſolenni more in æternum: ea
uobis Sabbata Sabbatorum erunt, & humiliabitis animas ueſtras à deci-
mo menſis die à ueſpera uſq; ad ueſperã, & ſabbatizabitis Sabbata ueſtra.

Igitur non ſeptima dies Sabbatum eſt,ſed remiſsio peccatorum, cum quis requieuerit à peccatis: quũ ocium non Sabbatum ſit,ſed confeſsio & humiliatio animi.Non enim requieſcite in Sabbato,dixit,ſed ſimpliciter in decima die,quam incurrere uidemus etiam non in Sabbatum: & tamen occurrentem diem illam propiciationi deſtinatam nõ ſimpliciter Sabbatum, ſed Sabbata Sabbatorum appellat. Quòd ſi in hoc die etiam Sabbatum conſtituit, & in Sabbato operari iubet: non ocij igitur principaliter eſt Sabbatũ, ſed cognitionis & propiciationis, & feriationis ab omni malitia : neq; ocij cauſa Sabbatum dedit, ſed ut cognoſcerent ceſſationem creationis, quippe,cum præceperit Deus ad iſtum modum,dicens : Vt cognoſcatis, quòd in hac die requieuerit Dominus Deus ueſter ab operibus, quæ cœperat facere. Volebat aũt, cognito iſtius creationis fine,initium quærere nouę creaturæ. Finis igitur prioris creationis Sabbatum : ſecundæ autem creaturæ initium, Dominica dies : in qua ueterem hominem renouauit & inſtaurauit. Sicuti igitur prioribus temporibus Sabbati diem ſeruari uoluit in monumentum finis priorum : ita Dominicum diem ueneramur,ut monumentum exordij ſecundæ reparationis.Non enim aliam creaturam colendo ſuperaddidit, ſed ueterem renouauit: & quam incepit facere, conſummauit: eaq; de cauſa in ſexto die,quæ creabantur, perfecta ſunt:in ſeptimo requieuit ab omnibus : Et in Euangelio dicit Chriſtus, Veni ut perficerem. Qui enim ab omnibus requieſcit,ſignificat quædam fine & cõſummatione indigere,quæ ipſe ueniens cõſummauit. Ait enim,Opera quę dedit mihi Pater, ut perficiam ea : item ipſa opera quæ ego facio, teſtantur de me. Iam imperfectum erat hoc opus:ſiquidem ex peccato Adæ moriebatur homo : cæterum,id Chriſti uiuificatu integritatem ſuam recuperauit. Ideoq;,quum creaturam intra ſex dies conditam renouatione interpolaſſet, diem illam huic inſtaurationi conſecratã uoluit,quam in Pſalmo Spiritus prænunciat. Hæc eſt dies quam fecit Dominus. Solis enim inſtar Deus exoritur,illuſtrans uniuſcuiuſq; animum. Quocirca & in ſalutifera paſsione nõ apparuit ſol, indicans finem prioris creaturæ adeſſe, & principium alterius ſuperuenire, quæ diluculum ſuum & exortum in Saluatore conſecuta eſt. Hanc cum uidiſſet Propheta, ita locutus eſt : Ecce uir oriens illi cognomen. ac rurſum: Vobis timentibus eum,exoritur ſol iuſtitiæ. Non enim omnium hæc dies eſt,ſed eorum qui mortui ſunt peccato, & uiuunt Deo. Ideo enim in octauo die circumcidi à lege imperatum fuit,neq; id unq; uiolabatur,quo ſchemate innuebatur renaſcentia omnium poſt ſeptimum diem. Nam circumciſio nihil denotabat niſi depoſitionẽ exuuiasq; detractæ natiuitatis. Eum enim qui ſexto die mortuus eſt exuimus, & renouamur Dominica die,cum antiquus ille exutus,regenerationẽ reſurrectione acceperit. Hoc enim Paulus ad Coloſſenſes loquitur: In quo circunciſi eſtis circumciſione non manufacta,in expoliatione carnis, in circumciſione Chriſti, cui cõſepulti eſtis in Baptiſmate ad infernum,in quo & reſurrexiſtis : Nam circumciſio figura erat exuuiarũ, quæ per baptiſmũ deponuntur,illamq; in membris genitalibus iuſsit fieri, ut animaduerterẽt circumciſi, circumciſionẽ ſignum eſſe

Exod.20

Zach.6

Col.2

exuendæ

exuendæ uetustatis. Abraham enim, ubi Deo crediderat, circũcisionem re-
cepit pro nota insignibusq; eius regenerationis, quæ per Baptismum confi-
citur. Quapropter, ubi uenerat res quæ figura denotabatur, nota ipsa figu-
raq; intercidit & conquieuit. Circumcisio enim nota erat, lauacrum aũt re-
generationis idipsum est quod denotabatur. Veteri enim homine in totũ
exuto, superflua erat nota illa, quæ ex parte rei adumbrationem præ se fere
bat: & ut Dominica dies quæ initialis est nouæ creaturæ, Sabbatismum fi-
nit: ita eadem illa regenerato homine in ociũ, dedit circũcisionem. Vtrunq;
enim in octauo perfectum fuit, & initium creationis, & hominis regenera-
tio. Ideoq; octauo Sabbatum dissoluit, & non Sabbatum octauum: siqui-
dem in Sabbato circũcidebatur homo, & in Sabbato non habebat circum-
cisio ullas ferias: nam octaua, quæ initialis erat reparationis siue recreatio-
nis, finem cessationemq; intulit priori: arbitror autẽ circũcisionem ideo da-
tam esse. Ex eo enim quod Adamo dictum fuit: Terra es, & in terram reuer- Gen. 3
teris, & quia propterea corpus moriebatur & interibat, inde est, quòd par-
tem corporis, eamq; corporis procreatricem, iussi sunt mulctare. Atque ita
iam antea didicere totum corpus exuendum esse, ut exuto eo quod damna
tum erat, seruari possent. Et sicuti sacrificia umbræ erant rerum futurarũ, ita
circumcisio particularis, totius hominis circumcidendi adumbratio delinea
tioq; fuit. Illud autem in Iosue Scriptura clare demonstrat: Iesu enim Na-
ue ad imperium Dei populum circũcidente in Galgalis ultra Iordanem, Io- Iosue 5
cutus est ei Dominus: Hodierna die abstuli opprobrium Ægypti à uobis,
& uocauit (inquit) nomẽ loci illius Galgala. Igitur circũcisio, ablatio est, Æ-
gyptiacæ generationis, quum præputium character sit Ægyptiaci habitus,
eusq; nationis insigne. Hoc (inquit) abstulit Deus, ne ulterius ueluti in Æ-
gypto nati, seruitia haberentur: sed terræ repromissionis filij indigenæq;
existimarentur, in quam illos Dominus induxit. Rebus aũt ita constitutis,
uidetur in totum circumcisio data esse, ut auferatur uituperiũ terreni stem-
matis ab Abrahamitis, quo in posterum non obnoxij simus huic maledi-
cto, Terra es, & in terram reuerteris. Ablatum est enim opprobrium deli- Gen. 3
cti. Id aũt tum factum est ad figuram eius Baptismatis, quod in Christo per-
ficitur: tunc enim ex parte fiebat, utpote ad umbram: nunc autem, sicuti A-
postolus ait, terrenam originem exuentes, per lauacrum Baptismi regenera
mur, ne ulterius pro ratione priorum natalium morte oppetamus, sed cir-
cumcisione ea qua corpus exuitur, quæ non nisi lauacro Baptismatis confi-
citur, uiueremus. Quemadmodũ autem dixit Dominus Iosue, Abstuli uitu- Iosue 5
perium Ægypti hodierna die à uobis: ita multo magis dici poterit unicuiq;
eorum, qui baptizantur: In hac die abstuli conuicium terrenæ regeneratio-
nis, & opprobrium corruptionis mortis à te in hoc ipso die.

Hæc per compendium è superioribus descripta sunt contra
eos, qui dicunt Spiritum Sanctum creaturam esse.

Ego quidem arbitrabar etiam uel ita pauca scripsisse, meamq; imbecilli-

tatem accusabam, qui non tantum potuerim scribere, quãtum aliis permissum est dicere, idq; contra eos, qui impie sentiunt de Spiritu Sancto. Cæterum, quia, ut scribis, nõnulli fratrum postulauerũt, ut ista conciderem in cõpendium, quo in promptu esset, quibus paucis responderent eis, qui interrogant de Fide nostra, & ut refutarent impie sentientes: feci illud audacter bona cõscientia, & ea spe nixus, ut si quid in istis omissum esset, tu adimpleres. Ariani siquidem in se conuersi, & in unum coacti, quod perinde est ac si foris uersarentur, more Saducæorum humanis ratiocinationibus Diuinam Scripturam excipiunt & cauillantur. Audientes enim Sapientiam, & Splendorem, & Verbum Filium Patris existere, pro consuetudine sua dicunt, Quomodo hoc poterit esse? Quasi esse non poterit, quod ipsi nequeunt intelligere. Restat igitur, ut simili modo de uniuersitate disceptent: Ecquonam modo potuit rerum natura, cum aliquãdo non existeret, extitisse? Aut quomodo potest puluis terræ deformari in rationalem hominem? aut quomodo potest, quod corruptibile est, incorruptibile fieri? Aut quomodo terra super mare fundata est? aut quomodo eam super flumina præparauit Deus? Restatq; ut addant tandem, sibiq; ita loquantur: Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vt scilicet, ipsis corruptis, unà corrumpatur insania hæreseos Arianæ. Est igitur letalis pestilens q; istiusmodi sententia. Veritatis contrà sermo, de quo illos decuit cogitare, ad istum modum se habet. Si Fons, & Lux, & Pater est Deus, nefarium dictu est, Fontem exaruisse, lucem sine splendore, Deum sine Verbo, aut Ratione fuisse, ne Deus insipiens, aut irrationalis, aut lucis expers habeatur. Cum igitur æternus sit Pater, necessum est, & Filium æternũ esse. Quæ enim in Patre intelligimus,
Ioan. 14 ea in Filio esse dubitandum non est, loquente ipso Domino: Omnia quæcunq; habet Pater, mea sunt, & omnia mea sunt Patris. Aeuiternus igitur Pater est, æuiternus est Filius: per eum enim, æuum & secula condita sunt, qui est Deus in omnibus benedictus in secula, Amen, ut inquit Paulus. Neutiquam fas est dicere de Patre, Fuit quando non erat. Omnipotens Pater est, omnipotens Filius est, attestante Ioanne: Qui est, qui erat, qui uenturus est, qui omnipotens est. Lux est Pater, iubar radiusq; Filius, & lux uera: uerus Deus Pater, uerus Deus Filius. Ita enim à Ioanne scriptum est: Sumus in uero filio Iesu Christo. Hic est uerus Deus & uita æterna, & in summa, nihil est ex eis, quæ habet Pater, quod non sit Filij. Ideoq; Filius in Patre, & Pater in Filio: quia quæ Patris sunt, eadem sunt in Filio: ac uice uersa, ea quæ
Ioan. 10 in Patre intelliguntur, Filij sunt. Ita interpretandum est dictum illud: Ego & Pater unum sumus: quandoquidem non alia in hoc, alia in illo, sed quæ in Patre sunt, eadem sunt in Filio. Et quæ uides in Patre, eadem uides in Fi-
Ioan. 14 lio. Probeq; intelligitur & illud: Qui me uidit, uidit Patrem. Rebus igitur ita demonstratis, impius sermo est, creaturam esse Filium. Cogetur enim idem ille dicere, fontem ipsum scaturire sapientiam, quæ creatura sit, & Verbum esse creatitium, in quo tamẽ omnia sunt Patris, alioqui etiam uel hinc deprehendas quàm sit friuola & nugax hæresis Arianorum, quibus similes existimus, siquidẽ ijdem identitate naturæ conuenimus, & homusij sumus.

Certe,

Certe,homines qui similes inter se sunt, quum sint eadem natura cõiuncti, homusij,hoc est,eiusdem substantiæ censeri debent. Eadem enim in hominibus mutabilitas,mortalitas,eadem origo,qua ex nihilo prodierunt.Angeli quoq; inter se generis ratione,& cætera omnia cognata sunt, & eiusdẽ naturæ.Quapropter,si interrogent curiosi isti,an sit Filio aliqua similitudo cum rebus creatis, aut ea quæ in Filio sunt, reperiri queant in rebus conditis, quo occasionem habeant calumniandi Filium Dei creaturam esse. Cæterum,nihil tale unq; inuenerint isti ad omnia temerarij,& in omni religione errabundi.Inter creata enim nihil est omnipotẽs, & nihil sub alterius potentia detinetur: Quippe quum singula ipsius sint. Cœli enim enarrãt gloriam Dei,terra aũt Domini est,& plenitudo eius. Mare uidit & fugit, omniaq; sunt mancipia conditoris sui,facientia uerbũ eius,& obedientia mandato eius.Filius contra omnipotens est,ut Pater,& hoc ipsum scriptum est & demonstratum. Rursum, in creatis nihil est immutabile natura, quippe cum Angeli quidam non seruauerint suum ordinem, & stellæ non habeantur puræ coram eo, & diabolus ceciderit è cœlo: Adam autem præuaricatus sit,omniaq; alterentur. Filius contra, inalterabilis est & immutabilis ut Pater:& hoc Paulus subindicauit, uerba Dauidis in hoc ipsum mutuatus, Tu Domine in initio terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli:Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes quasi uestimentum ueterascent: & quasi amictum conuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem ipse es,& anni tui non deficient.Iesus Christus heri & hodie, idem & in secula. Ediuerso,omnia creata quum non essent, creata sunt: Terra quum nulla esset,condita est.Et ab eo ea quæ non sunt,tanq; quæ sunt,uocantur. Et quia opera sunt creaturæ,ideo initium existendi oriuntur. Initio enim fecit Deus cœlum & terram,& omnia quæ in eis sunt.Et, Manus mea fecit hæc omnia. Filius aũt,quia ipsa essentia est, super omnia Deus est: non aliter q; Pater,& hoc ipsum ita esse demonstratum est:Eundemq; non factum esse, sed facere:non creatum,sed creare,& Patris sui opera operari.Per eum enim secula condita sunt,& omnia per eum facta sunt, & sine eo factũ est nihil. Vt aũt Apostolus demonstrat:Ipse in principio fundauit terram:& opera manuum eius sunt cœli. Ac rursum, nihil creaturarum ex natura Deus est: sed unumquodq; ex rebus conditis,hoc ipsum quod factũ est, nomine suo appellatur,hoc enim,cœlum dicitur,ista,terra:illa luminaria:hæ stellæ, maria, abyssus,quadrupedia,homo,& ante homines Angeli,Archangeli, Cherubin,Seraphin,Potestates,Principes,Virtutes,Dominationes,paradisus, & ita singula in suo ordine & uocabulo permanent. Quòd si ex istis nonnulli dij appellati sunt,id non factum ratione naturæ ipsorum,sed ex cõmunicatione Verbi.Ita eĩ ipse locutus est:Si illos Deos appellauit ad quos sermo Dei factus est: Atq; inde est, quòd, quum natura Dei non sint, ubi sese in peius mutarunt,hæc opprobria & conuitia audiant,Ego dixi dij estis,& filij Altissimi:uos omnes tamen ut homines peritis. Talis & ille fuit, qui audijt:Tu homo,& non Deus.Filius contra,uerus est, ut Pater. In Patre enim est,& Pater in ipso:& Ioannes quidem, ut docuimus, scripsit. Dauid item:

Gen. 1
Esa. 66
Psal. 81

Thronus

Psal.144 Thronus tuus Deus in secula seculorum, uirga rectitudinis, uirga regni tui.
Esa.45 Et Esaias: Laborauit Ægyptus & mercatus Æthiopum, & oriundi ex Saba, uiri alti ad te transibunt, & sequentur te à tergo uincti manicis, & adorabunt te, quoniã in te Deus. Tu enim es Deus Israel, & ignorauimus. Quis
Ibidem autem est hic Deus, in quo est Deus, nisi Filius ipse? qui de se inquit: Ego in
Ioan.14 Patre, & Pater in me. Quis igitur, rebus ita constitutis, & ad eum modũ descriptis, non perspicit in rebus creatis nihil simile habere Filium? Omnia autem Patris, ad Filium spectant, quia ille cõsubstantialis est Patri. Vt enim, si cum rebus creatis haberet aliquam cognationẽ, consubstantialis illis fuerit: ita alienus à creatis per substantiam remanens, proprium fuerit Verbũ Patris, & alius diuersusq; ab illis: Cæterum, quia omnia Patris illi propria sunt, cõsubstantialis esse Patri merito reputabitur. Ita enim Patres rem intelligentes, confessi sunt in Nicæna synodo coessentialem, & ex substantia Patris Filium esse. Satis enim perspiciebant, creatam substantiam nunq; sibi posse
Luc.14 arrogare hoc dictum, Omnia quæ Pater habet, mea sunt. Quomodo enim, quæ initium existendi sortita sunt haberent in se illud, qui est, & qui erat in æternum? Ideoq; quum Filius habeat hæc omnia, & quę Patris sunt, necessum est, Filij naturam non creatam, sed cõsubstantialem Patri existere: præsertim, quum natura illa creatitia neutiq; capax esse possit eorum, quæ propria sunt Dei. Propria autẽ Dei sunt, ex quibus cognoscitur Deus, qualia sunt omnipotentia, ipsa essentia & immutabilitas, aliaq; superius dicta: ne cõsubstantialis cum creaturis suis ipse creator appareat secundum istos stultos habeatq; tantũmodo ea, quæ res creatæ in se habere possunt. Et ita refutaueris impietatem eorum, qui dicunt Filium Dei creaturam esse. Nostra Fides in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum est, dicente Filio ad Apostolos
Mar.16 suos: Profecti erudite omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Dixit aũt ita, ut ex eis quæ cognita habemus, intelligeremus ea, quæ ab ipso dicebantur. Vt igitur nunq; dixerimus, patres conditores suorum liberorum, sed genitores: utq; nos ex nostris parentibus editos, nunq; appellauerimus illorũ creaturas, sed filios, & naturæ eiusdem cum parentibus consortes: ita si Pater Deus est, omnino Pater est eius Filij, qui secum est eiusdem generis. Abraham certe, non condidit Isaacum, sed genuit. Sebeleel autẽ & Eliam non genuerunt, sed fecerunt omnia opera tabernaculi. Nauium item cõstructor, domusq; ædificator non gignunt, sed faciũt, quisq; suum opus, iste nauem, ille domicilium. Isaac certe, non facit, sed gignit Iacobum naturaliter sibi cõsubstantialem, ut & ille Iudam suum. Quemadmodũ igitur insanierit, quisquis dicat cõsubstantialẽ esse ædificatori domum, & nauem fabro nauali: ita congruenter dixeris, quemlibet filium coessentialem patri suo esse. Si igitur pater est, & filius, necessum est, Filium naturalem & uerum esse, hoc est, coessentialem Patri, ut iam multis argumentis declaratum est. Certe, de operibus ita sermo Diuinus: Ipse di-
Psal.44 xit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt: de Filio aũt, Eructauit cor meum Verbum bonum. Daniel porro nouerat Filium Dei, nouerat & opera Dei, & Filium quidem uidit irrorantem caminũ, cum de operibus diceret,

Bene-

Benedicite omnia opera Domini Domino. Vbi, cum singulas creaturas recenseret, nequaq̃ Filium istis adnumerauit: cum certum haberet, eum opus non esse, sed per eum opera facta esse: qui unà cum Patre laudatur & superexaltatur. Vt igitur per eum, prout qui ipsum cognoscunt, reuelatur Deus: ita quoq; per eum benedictio, hymnus & gloria, & potentia Patris extollitur per eum, & in eo, ut accepta fiat huiusmodi laus & cõfessio, sicuti in Scripturis proditum est. Ex istis igitur alijsq; multis declaratur demonstraturq; impius esse, quisquis fabulatur Dei Verbum creaturam esse. Cæterũ, quandoquidem caussificantur & in calumniã deuocant, quod in Prouerbijs scriptum est: Dominus creauit me initium uiarum suarũ ad opera sua, secumq; disceptant, En qui creauit, ipse quoq; creatura est, necessum est, ut etiam uel ex istis ostendamus, quantopere oberrent ignorantes scopum sacræ Scripturæ. Si igitur Filius est, ne nominetur creatura: sin aũt creatura est, ne nominetur Filius. Demonstratum est enim superius, quanta sit differentia creaturæ & Filij. Et quia initiatio Baptismi, non in nomine creatoris & creaturæ, sed in nomine Patris & Filij obtinet, necessum est, ut Dominus non dicatur creatura, sed filius. At id non scriptum est (inquiunt) imo scriptum est q̃q; maxime, & necessum est ita esse, ut dictum est: sed quod dictum bene est, male interpretantur hæretici. Si enim intelligerent & cognoscerent stylum Christianismi, nunq̃ Dominum gloriæ creaturam appellarent, neq; impingerent in id, quod recte scriptum est. Illi igitur non cognouerunt neq; intellexerunt, ideoq; ut scriptum est, in tenebris ambulant: nobis tamen necessarium est dicere, ut illi quidem uel ex hac re stulti declarentur: nos autẽ non supersedeamus à refellenda ipsorum impietate, forsitan & ipsi resipuerint. Dogma igitur stylusq; Fidei in Christo, talis est, Filium Dei Verbum, Deum esse. In principio enim erat Verbum, & Deus erat Verbum: Sapientiã quoq; & Potentiam Patris esse. Christus enim Dei Virtus, & Dei Sapientia: eundemq; sub cõsummationem seculorum, hominem factum esse propter nostram salutem. Ioannes enim inquit: In principio erat Verbum, &, Verbum caro factum est, quod idem est, ac si diceret, homo factum est: Et Dominus de seipso dixit, Cur quæritis me interficere hominem, qui uobis ueritatem locutus sum? Et Paulus ait, Vnus Deus, & unus Mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. Homo aũt factus, humanitatis negotia administrauit, in fugamq; egit & profligauit mortẽ nobis infestam: sedetq; nunc in dextera Patris, cũ in Patre sit, & Pater in ipso, ut fuit semper in perpetuum: hoc igitur dogma, phrasisq; est Apostolorum, eaq; à Patribus recepta est. Oportet aũt, quisquis in posterum Scripturas leget, diligenter examinare & distinguere, quando de Diuinitate Verbi mentio fiat, & quando de illius humanis negotijs, ne alia pro alijs sentientes, offendamus itidẽ ut Ariani. Sicuti igitur illum Verbum esse agnoscimus, ita quoq; agnouerimus per eum omnia facta esse, & sine eo factum esse nihil: & Verbo Domini cœlos firmatos esse: & cp emittet Verbum suum, & sanabit eos. Sapientiam autẽ illum deprehendimus esse, eò quòd in Sapientia Deus fundauerit terram, & Pater in Sapientia omnia fecerit. Itidem qui illum Deum scimus,

Prouer. 8

Ioan. 1

Ibidem

Ibidem

Psal. 32

Psal. 106

Psal.144 scimus,credimus ipsum esse Christum:Thronus enim tuus(inquit Dauid)
Esa.61 in secula seculorum,& reliqua. Esaias item: Spiritus Domini super me, eò
Matth.16 quòd unxerit me. Petrus quoq; itidem professus est: Tu es Christus Filius Dei uiuentis. Vt igitur ista cognouimus:ita quoq; cognitum habemus, illum hominem esse factum,& humana quæ de eo recensentur, inficias non imus,qualia sunt esurire,sitire,lachrymari,dormire, ac tandem pro nobis & crucem & mortem suscepisse. Hæc enim omnia de eo scripta sunt:ita quoq; hoc uerbum (creauit me) quod in homines competit,noluit occultare Scri ptura,sed expresit. Creati enim & facti sumus, qui humana natura præditi sumus. Cæterum,sicuti audientes eum esurire & reliqua huiusmodi, non in ficiamur eius Diuinitatem:ita quoq; audientes illud dictũ (creauit me)bo no consequio in memoriam redierimus,quòd,quũ ipse qui Deus est, refer tur creatus, eum eatenus creatum esse dicamus, quatenus homo sit factus. Hominum enim proprium est,creari. Sicuti autem superiora dicta de esuri endo,rebusq; similibus:ita quoq; istud probe dictum,male ab illis intelligi tur:Loquor autem de die illa & hora,quam nemo cognitã habet neq; An geli,neq; Filius. Illi enim arbitrantur,eò quòd additum sit,neq; Filius,igno rare Filium,ac proinde creaturam esse. Minime gentiũ id uerum, apage sis. Nam quemadmodũ loquendo hæc uerba (creauit me) humanitus loquu tus est,causaq;,cur ita uerba conceperit, proba & recta: postq; enim homo factus esset,sicuti scriptum est,quæ propria sunt hominis,sibi desumpsit, ut est ignorare,esurire,aliaq; eius generis. Iam,qui causam non perspiciunt, au diant tandem & discant, ideo Dominum ignorantiam hominũ in suo cor pore gestasse,ut humanitatem liberatã ab omnibus illis malis, defecatamq; ac proinde perfectam & sanctam,Patri suo repræsentaret. Quid igitur dein ceps causæ inuenerint Ariani? aut quibus cõmentis iam deinde obganniẽt, quum deprehensi sint non intelligere hanc sententiã:Dominus creauit me? certum enim est, eos non percipere quid sibi hoc uelit: De illa die & hora, quam ne Filius quidem nouit. Nam sicuti loquendo (creauit me) humani tatem significat,eò quòd homo factus sit & creatus:ita loquẽdo (Ego & Pa
Ioan.10 ter unum sumus:&,Qui uidit me,uidit Patrem:&,Ego in Patre,& Pater in
Ioan.14 me) æternitatem & coessentiam suam cũ Patre declarat. Ita quoq; cum ait:
Ibidem Nullus id norit ne Filius quidem,ut homo loquitur:Hominũ est enim pro-
Luc.10 prium,ignorare. Porro,quum dicit,Nullus nouit Patrem nisi Filius, neque Filium nisi Pater,si ergo Patrem nouit,multo magis nouerit res creatas. Di-
Ioan.14 scipuli igitur dixerunt Domino,Nunc scimus quòd noueris omnia,ex quibus liquet,nihil esse quod ignoret. Quum Verbum ipse sit, per quem omnia facta sunt:& in hoc cumulo uniuersitatis,quum dies illa comprehendatur,fieri non potest, ut qui ipsam horam consummationis decernat, eam ipsam ignotam habeat,etiamsi Ariani ueritatis ignari,sexcenties rumpantur.

Operum D. ATHANASII Archiepiscopi Alexandriæ, Primi TOMI FINIS.